John Carter Brown
Library
Brown University

Printed at Strasburg
in 1504

Hospitalis S. Matthæi ...

Margarita Philoſophica.

Reposito: II. ...

Suo Gregorio Reiſch generoſi Comitis de Zolrn alumno: Adam Vuernherus Temarenſis. Salutem. P. D.

Tu cohibere paras Epitoma/tui monumentum
Ingenij clarum ne exeat illud opus:
Falleris & vano merito fruſtrabere voto:
Auctore inuito tale legetur opus.
Docte vir ignoras. Seruata magis cupiuntur:
Et magis irritant queqꝫ negata putas.
Indignere licet cupidus prodire in apertum.
In lucem veniet mox tuus ille liber.
Palladium fruſtra ſeruabat milite Troia:
Turris & incluſam non tenuit Danaen:
Nec tua perpetuo/mihi crede/ſepulta manebunt
Scripta modo digitis tam ſtudioſa tuis.
Ergo age/ſponte tua/precibus noſtris ve rogatus
Annue/& in lucem mox volitabit opus.
Annue/quod fiet ꝗuis prohibeberis ipſe.
Dædalus impreſſor fac tua ſcripta premat:
Hæc puer atqꝫ ſenex/& ſi quem arcana iuuabit.
Noſcere quæ condit Philoſophia: leget.
Sic tua mox vaſtum clareſcet phama per orbem:
Viueqꝫ Gregori Reiſch: tibi quiſqꝫ canet.
Et ſi te haud capiet ventoſæ gloria phamę:
Communi at ſaltem commoueare bono.

Ex Heydelberga. iij. Kl. Ianuarias. M.CCCC.lxxxxvi.

MARGARITA PHILOSOPHICA
totius Phiæ Ratiōalis/Naturalis & Moralis pri- cipia dialogice duodecim libris cōplectēs. Quorꝫ

Primus Grammaticæ rudimenta per omnes eius partes/ & proſa & carmine continet.

Secundus Dialecticæ principia exemplari demōſtratione abunde ſa/ tis cōmemorat.

Tertius Rhetoricæ partes/cum arte Memorandi & Epiſtolādi ſuccin ctim ædocet.

Quartus Arithmeticæ ſpecies/ theorice & practice cum diuerſis al gorithmis pertractat.

Quintus Muſicas cōſonātias theorice & practice cōſiderat. Et Mono chordū in dyatonico genere diuiſum ipſi manugāmaut coaptat.

Sextus Geometriæ elementa primo quidem theorice / deinde pra/ ctice/cum diuerſis inſtrumentis & dimetionibus exponit.

Septimus Aſtronomiæ theoremata / totius mundialis machinæ di/ ſpoſitionem/cœleſtium & elementalium regiones/ſitum orbis iu xta Coſmographorum traditionem/cum generali mappa diluci/ dat. Aſtrologię prçterea partes omnes percurrens/Genethliacos prçcipue & fatidicos/prophetarum oraculis & a ſanctorum patrū ſententijs confutat: omnemqꝫ Superſtitionis ſobolem/Necroman ciam/Pyromanciam/Geomanciam/artem Notoriam & imaginū ritum & execrationes pandit & reprobat.

Octauus Naturalis philoſophię principia/a diuerſis diuerſe quidem ęnumerata concorditer declarat.

Nonus originem primordialem & productionem omnium rerum naturaliū tam ſimpliciū qꝫ mixtarū explanat. Alchimiæ p̄terea prin cipia & auctores cōmemorans Leichimiſtas ęliminat & retaxat.

Decimus Animę vegetatiuę & ſenſitiuæ potentias/ organa/obiecta & operationes explicat: & circa ſenſum Viſus perſpectiue theore/ mata cōmemorat.

Vndecimus Animę rationalis originem/naturam/īmortalitatē/fu/ turum ſtatū tam in miſerijs infernalibus qꝫ gaudijs cœleſtibus per nouem Campos inueſtigat. & ob id multoruꝫ & philoſophorum & theologorum poſitiones de natura animę enumerat.

Duodecimus Philoſophię Moralis partes pertractat. Paſſionum/vir tutum moralium: intellectualium & theologicaliū rationes: cum oppoſitis vitijs explicat.

Superadditur Regiſtrum ſeu inuentarium iuxta litterarū ordinē quçqꝫ notabiliora in toto opere contenta Lectoris obtutibus oſtentās.

Figuris quoqꝫ artificioſiſſime effigiatis & pene innumeris totū opus illuſtratur.

petrus Lombards
Theologia seu Methaphi.
TYPVS·GRAMATIC
phisica
Musica
Euclides geometria
Astronomia
Logica
Tullius
Rethorica. poesis
NICOST RATA
TRICLINIVM·PHILOSOPHIE

Philoſophiæ partitio.

- Philoſo/phia diuiditur in
  - Theoricã ſiue ſpeculatiuam Et eſt aut
    - Realis. q̃ ruſus in
      - Methaphiſicã. & hæc aut eſt
        - Diuinitꝰ inſpirata & eſt Theologia vera in veteri ac nouo teſtamento tradita
        - Humanitus cõquiſita quam Ariſtoteles Auicenna &c. in multis libris deſcripſere.
      - Mathematicã cuiꝰ partes ſunt
        - Arithmetica
        - Geometria
        - Muſica
        - Aſtronomia
        - integrantes quadruuiũ
      - Phiſicã ſiue naturalem. ſub q̃ & Medicia theorica cõtinet & tradit in libris
        - Phiſicorum
        - De cœlo & mundo.
        - De generatiõe & corruptiõe
        - Methaurorum
        - Mineralium
        - De Elementis
        - De Anima
        - De animalibus & plantis
        - De ſenſu & ſenſato
        - De memoria & reminiſcẽtia
        - De Somno & vigilia
        - De iuuentute & ſenectute
        - De reſpiratiõe & inſpiratione.
        - De nutrimento & nutribili
        - De ſanitate & ęgritudine
        - De motu cordis
        - De morte & vita. Et multis aliis breuitatis cauſa hic prętermiſſis.
    - Rationalˀ cuius partes ſunt
      - Grammatica
      - Rhetorica &
      - Logica cõſtituentes Triuiũ.
  - Practicam q̃ eſt aut
    - Actiua q̃ tradit in
      - Ethica.
      - Politica
      - Iconomica
      - Monaſtica
      - Sub his utrunq; ius continetur.
    - Factiã cuius ptes ſt artes Me/chãicę ſc3
      - Lanificum
      - Armatura
      - Nauigatio
      - Agricultura
      - Venatio
      - Medicina
      - Theatrica

MARGARITAE PHILOSOPHICAE

Liber Primus De rudimentis Grāmatices. Tractus primus De noticia partiū orationis. Capitulum primū. De definitione & diuiſione Philoſophiæ. DISCIPVLVS.

QVid eſt q̄ te iamdudū æſtuāti animo/alacri ſtudio
Philoſo pnia qd & indefeſſo labore in diuerſis libris venari video?
MAG. Philoſophiā quero. DIS. Et quid ſit
Philoſophia ignoro. MAG. Philoſophia eſt di/
uinarū humanarūq; rer̄ cognitio: ſtudio bene vi/
Sapień. uendi coniuncta. Vel eſt rerū humanarum diuina Auguſti.
rūq; ſciencia. In cuius amorē Sapiēs inuitat: dicēs de trini. li.
Phię laudes Hæc ſpecioſior eſt ſole: & ſuper omnē diſpoſitionē 14. ca 1.
ſtellarum: & luci cōparata inuenitur prior. Omne aurū in cōparatione
illius arena eſt exigua: & tanq; lutū ęſtimabitur argentū in cōſpectu il/
lius. Nam oīm bonor̄ mater eſt: & theſaurus infinitus hominibꝰ: quo
qui uſu ſunt/participes facti ſunt amicitiæ Dei &c. unde & Seneca vi Seneca
rum ſpeculatiuū quaſi deū in humano corpore hoſpitatum/aſtruebat.
DIS. Miras Philoſophiæ laudes p̄dicas: ſed unde iſtoc inſignita ſit
nomine/ędicito. MAG. Philoſophia nomē gręcū eſt: non latinū or
tum a philos id eſt amicus & ſophia id eſt ſapientia: quaſi amata ſapi
entia. Si em̄ ſapientiæ forma: ut aiebat Plato: oculis videri poſſet: maxi Plato
me ad amorē ſui hoīes cōcitaret. DIS. Et hinc Philoſopli dicti: qui
Pythagoras. amatores ſunt ſapientiæ? MAG. Etiam fili. ſic em̄ primus Pythago
ras non ſapientē/ſed philoſophū potius ſe eſſe reſpondit. id eſt amato
Auguſti. de tri. li. 9 c. 3. & li. x c. 1. & 2. rem ſapientię. DIS. Quomodo amatores ſapientiæ ſunt: quā (ut
ais) oculis cernere nequeūt: nihil autē amatū niſi cognitū? MAG.
Sapientia & ſi oculis corporis neutiq; videatur: cū ſit ſole ſpecioſior: in
tellectualibus tn̄ facile videtur: ab his qui diligunt eā. Et partim qui/
Sapień. 7 dē ut a patre luminū (a quo omne datū optimū) īmediatius inſpirat: Iacobi. 1.
partim autē ut humana induſtria p ea q̄ facta ſunt ſenſibilia indagatur. ad Ro. 1.
Hinc & in plures partes ſecernitur, ut in p̄tacta deſcriptione liquet.

De Ratione & ordine dicendorum Capitulum ſecundum. DIS.

n On me puto fœliciorem diē hactenus hac iſta vixiſſe: quo hęc
& iocunda & animo meo gratiſſima audiui: nec inferiorē fœli/
citatis partē me attigiſſe exiſtimarē/ſi hor̄ ſaltem generalem
cognitionē paucis conſequi poſſem. MAG. Optime ſentis. Nam Ariſtoteł
Ariſtoteles mortalium fœlicitatē/non in diuitijs/non in honoribus/ x. Ethico.

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

nec cęteris bonis exterioribus:ſed ſpeculatione ſubſtantiarum ſepara/
Vergiliꝰ tarum(de quibus Methaphiſica)poſſe reperiri aſtruit.Et Poeta fœlicē
Georg. I. dicit eum/qui rerum potuit cognoſcere cauſas(quę in cęteris philoſo
phiæ partibus inquiruntur.) Horū tamen omnium noticiam:& ſi ge
Horatius neralem/paucis ędocere labor eſt nō modicus. Dum em̄ iuxta Ho
in arte ratij ſententiā/breuis eſſe volo:obſcurus fio.Et ſi quid forte non tam
ſcitu dignum / q̄ꝫ vulgatum ſilentio præteritum iri contigerit: non
deerunt qui ſubductis ſupercilijs:rugato naſo & toruis oculis in ſuper
ficie palpitantes/canino dente omnia ſimul corrodent. Malens autē
horum ſubire calumnias / q̄ꝫ te optimæ indolis Adoleſcentem / cla/
ro ſatum ſanguine/& philoſophię cupidiſſimū:more pecudum ſine lit
teris vitam agere: partium philoſophię/eo quo ennmeratę ſunt ordi
ne/prima rudimenta explanabo.A Grāmatica igitur omniū artiū pri
ma initiū ſumentes: in primis inextricabiles quoſdā eius labyrinthos
abijciendos reor:ne in his diutius īmorati/tempus p̄cioſiſſimū(quod
natura mortalibus parte diſtribuit)ſine fructu prętereuntes utiliora at
tingamus minime.Quid em̄ proderit ingenia puerorꝫ tenerrima:in
fictis ſingulorum dicendorꝫ cōtinuationibus:diuiſionū excogitatis re
ductionibus & ſufficiētijs/perplexis regiminū viribus aniliū fabularꝫ
recitatiōibus : de Quis & Qui ſi inter pronomina cenſenda: De vo
catiuo ſi verbo perſonali in ratione ſuppoſiti iungi poſſit: De quincꝫ
Figuris:de Imperſonalibꝫ:& an ne gerūdia inter participia collocāda
veniant:Inſup & de varijs impedimentis in cōſtructionis ordine.& cō
ſtructionū ſupuacuis nominibus fruſtra occupari? Aut quid demum
penſi habebit modos ſignificandi & omnimodā eorundē diuerſitatē
tenerrimis auribus inculcari:quos ſine naturis rerum/ & philolſophia
prima neſciri nemo doctus dubitat? Hæc itacꝫ & ſimilia miſſa faciētes
quo tendimus pergamus. DIS.Perge.

De Grammaticæ definitione/ inuentore & litterarum numero/ & diſtinctione. Capitulum tertium.

MAG.

g Rammatica igitur(a qua exordiri oportuit)eſt recte ſcriben
di & loquendi ſcientia: fons & origo omnium artium . De
Quintil. qua & Quintilianus.Niſi Grammatica fundamenta fideliter
iecerit/quidqd ſuperſtruxeris corruit.Dicta aūt παρα τα γραμματα
id eſt litteris:quaſi litteraria ſciētia: eo q̄ꝫ littera minima grammaticæ
pars ſit. DIS. Quis hanc primus homines ędocuit? MAG.
Grammaticę prima elementa/ quæ (ut diximus) ſunt litteræ:ſcd̄m
linguarnm diuerſitatē diuerſi tradidere.Hebraicas nancꝫ litteras ab
Adam Adam prothoplaſto noſtro parente/poſteris relictas facile accipi/
mus: cum & omnibus creatis nomina indiderit. Harum & nomina
& figuræ characterum ſunt.

hebræum alphabetū

tes.	hes.	ſain.	vav	ke.	daleſ.	gimel	beſ.	aleph.
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
ſamech.	nun.	nun.	mem.	mem.	lamech	chauf.	kauf.	ioſ.
ס	ן	נ	ם	מ	ל	ך	כ	י
tauf.	ſchin.	res.	quf.	zadeck.	zadeck.	fe.	pe.	ayn.
ת	ש	ר	ק	ץ	צ	ף	פ	ע

Gręcas vero Cadmum ex Phœnicia adduxiſſe perhibent: videlicet
alphabetū græcum alpha. vita. gama delta. epiſim. ſita. ita. thita: iots capa. laſda. mi. ni. xi.
α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ
omicron. pi. ro. ſigma. tau. ypſilon. phi. chi. pſi. omega.
ο ϖ ρ σ τ υ φ χ ψ ω

Nicoſtrata Sed Latinarū de quibus nos agimus Nicoſtratam Euandri matrē inuentricē hiſtorię tradunt. Non tn̄ omniū / ſed illarū tm̄. A B C D E F G I L M N O P R S T V. alię autē ſcȝ H K Q X y Z. longo poſt tempore his quas Nicoſtrata inuenerat nō ſine cauſis adiectę ſūt

DIS. Quibus de cauſis? MAG. H. addita eſt ut eſſet aſpiratio/nis nota. aſpirantur em̄ vocales oēs. ut ha he hi ho hu. Sed cōſonantes in latinis nunq̄ (dempto pulcher) aſpirantur. In græcis autē & q̄ ab his c p r t aſpiratas conſpicimus. ut philoſophus / rhetor / theologus Chriſtus quod græce per X q̄d valet ch: & ρ quod valet r & c quod valet s adiecto titello ſcribitur: in hac forma Xp̄c. Hinc quidam ex noſtris Chriſtus per x p c ſcribendum inſulſe ignoranterq̄ tradidere. Chriſtus

K aſſumpta eſt: ut inter c & q diſcrimen faceret. Nulla tn̄ dictio ſeu vox latina k ſcribenda eſt, licet uſus in aliquibus male habeat. Pro q nonnunq̄ antiquiores c ſcribebant. Sic pro x / c & s vel g & s pone/bant, Nunq̄ȝ ergo poſt x ſcribendum eſt s. y vero & Z a gręcis mutuauit latinitas: ꝑpter gręca ſcribēda quibus nonnunq̄ȝ utitur y pro i: & z pro ſſ duplici ponitur. Sunt itaq̄ litterę numero. xxiij. quarū quinq̄ vocales dictę: quia ſine aliis plenam vocē efficiunt. ſcȝ a e i o u Reliquę omnes conſonantes: quaſi cum vocalibus ſonātes: ut b cū e ſonat be. Similiter v & i in principio vel medio dictionis / ſi mox vocalis ſequitur in vim conſonātis migrant. ut valor Iacob. maior. audiui

23 litteræ vocalss | cōſonātes mutæ Semiuo/cales Liquidæ

V. vero imediate ſequēs g q & ſ. vim litterę ꝑdit: qa nec dyphthon/gon: nec poſitionē efficit. ut lingua. aqua ſuadeo. Conſonantes rurſus bipertiuntur in Mutas & Semiuocales. Mutę ſunt q̄ vocali in qua deſinūt dempta abſq̄ voce ſunt, ut b c d f g k p q t. Cętere Semiuocales ſunt: quia vocali a q̄ incipiunt dempta / ſemiuocē faciūt, ut l m n r s x. E quibus duæ liquidę ſunt: ſcilicet l & r. quia alicui mutę adiūctę

DE NO TICIA PARTIVM ORATIONIS

vocalem pręcedentē ancipitem reddunt.ut tenebræ repleo &c. F.autē
& ſi more ſemiuocalium a vocali incipiat/mutis tamē deputabitur:cū
dictionē ad inſtar ſemiuocaliū finire nō poſſit. Ex his q̄dā in gutture
aliæ labris/ nōnullæ v̄o appulſu linguę circa dentes & palatum for
mantur:quod labia mea & linguę deflectionē animaduertēdo/facile
intelliges. DIS.Capio.ſed in quē uſum aſſumptę ſint ędicito.

De Syllabis. Capitulum.iiij. MAG.

X connexione:litterarꝫ diuerſę emergūt ſyllabę. Cum em̄ duæ
vocales iunctę fuerint:dyphthongos quattuor efficiunt qua Dyph/
rū duę primę Au & Eu & ſcribi & legi poſſunt.ut audio euan/ thongi
geliū.poſtremę autē duę æ & œ ſcribi poſſunt: ſed legi cōceſſuꝫ nō eſt
ut æneas.fœdus. Si autē conſonās una vel plures vocali aſſociatę fue
rint/varias ſyllabas cauſant ut ba ca da &c.Non autē plures tribus vo
calem in eadem ſyllaba aut pręire/aut ſequi poſſunt. Si autē tres p̄ce/
dant/duę ſequuntur.ut monſtrans.Si tres ſequuntur: duę p̄cedūt.ut
ſtirps.ſemꝑ autē harū triū prima vel ultima eſt l vel r. Quotęcunq̄
autē ſine vocali cōbinatę fuerint/ſyllabam nō cōſtituunt. Syllabam ſyllaba ab
omnes litterę incipiunt y dempta: q̄ ſemꝑ in principio h aſpirationē oībus in/
ante ſe reqrit.ut ab bos cos.dos.ex fur glos.hic in.kalendę.laus.mōs choari po
non.os pes.qui.rus ſus.tu.urbs xenodochiū hydria zona. Vocali teſt
bus omnibus ſyllabam terminare cōceſſum eſt.ut menſa.cubile. gu
mi.leo.genu.Conſonantibus autē hæc poteſtas certa lege conſtricta
eſt. DIS.Quare? MAG.B nullius ſyllabę finis eſt: niſi & ſequen B
tis initium ſit.ut abbas.Excipiuntur dictiones cōpoſitæ ex p̄poſitione
in b terminata.ut ſublego. obtrecto obduco &c. C ſyllabā termi/ C
nat ſi ſequens a q vel c incipiat.ut ſiccus.quicq̄ (quod & quidq̄ dici/
tur.) D in ſimplicibus ſyllabā nō teminat:in compoſitis autē ſi ſe/ D
quēs a d incipiat.ut reddo addo. Sed adquiro idcirco quidquid:in pri
ma ſyllaba d retinent. Si autē ſequens ſyllaba ab s & alia conſonāte in
cipiat. d ſubtrahitur.ut aſcendo.aſpiro aſto. F tunc ſyllabā finit: cū F
ſequens ab f incipit.ut afficio. Idem iudiciū g ſubit. ut ſuggero agge G
ro. H in appocopatis ſyllabā terminat.ut ah vah abaha vaha.Proh H
ſine c ſcribitur. K in latinis non ponit̄. ut ſupra viſum eſt. L ſyl/ K
labam finire poteſt quacunq̄ conſonante ſequente: q r k h demptis. L
ut albus ulcus valde alfeus algeo illud ulmus ulna culpa fulſit altus
ſilua mulxi. M ſyllabam terminat:ſi ſequens ab m b vel p incipiat M
Vnde & ſi has conſonantes n p̄ceſſerint/in m mutatur.ut ambulo im
perium immunis. M in ſequentibus c d f q t in n tranſit.ut quēcūq̄
tandem anfractus nunq̄.identidem. Si autē n contigerit ſequi m
tunc in eadem ſyllaba erunt.ut damnum ſcamnū:nunq̄ autē p inter
ponenda eſt. Si autem m ſequitur s vel t interponitur p cauſa melio
ris ſoni.ut compſi comptū.Inueniuntur etiam b c d l r s t u conſona

interpoſita litteris/cauſa ſoni melioris.ut ambigo ex am/ & ago.ſicubi
ex ſi & ubi. Prodeſt:ex pro & eſt. Dirimo ex di & emo. Obſcurus ex ob
N & cura. Identidem ex idem & idem Bouis a bos. N ſyllabā finit ſe
quente c.ut truncus.d.ut mando.f ut confiteor. g ut angulus (ſi au/
tē n ſequitur g ipſum preire nō poteſt.ut agnoſco) n ut annus/ſolē
nis ſine p.q ut inquiro.ſ ut conſitus.t ut mantua.i conſona ut cōiunx
v conſona ut conuerto.x ut anxius. Sequenti vero r vertitur in idem
r ut corrumpo. Vertitur & in m: ſi ſequatur b m p exemplo ubi ſu/
P pra. P ſyllabā nō finit:niſi ab ea ſequēs incipiat ut lippus. Q nul
Q lius ſyllabę finis eſt. R ſyllabā finit quacūq; cōſonante ſequente b
R dempta. ut morbus porcus ordo perficio margo perhibeo periuro
perluceo carmē carnis corpus arquitenēs currus morſus artꝰ Xerxes
S coruus barʒiʒia. S ſequente ſ in ſimplicibus ſyllabā finit ut aſſis. Et
in cōpoſitis ſequente c i p t ſ. ut obſcurus diſcretus diſcutio diſplicet
deſtinat diſſuo. In ſimplicibus autē ſc ſm ſp ſt ſunt eiuſdem ſyllabę. ut
T Paſcua coſmus proſper teſtis. T tunc ſyllabę finis eſt cum ſequens
ab eadem initium ſumit ut attinet. ti autē ſyllaba ut ci ꝓfertur: ſi mox Syllaba
alia vocalis ſequitur:niſi ſ vel x ti p̄cedat. ut geſtio mixtio. Dicimus tn̄ ti fit ci.
litium a lis & vitium a vitis ad differentiā licium & viciū & ſi qua ſunt
ſimilia. Genitiuus autē ſingularis in nomine:vel ſecunda perſona prę
ſentis indicatiui in verbo facile indicant:ſi hæc & ab his deriuata per ci
vel ti ſcribenda ſint. ut ab aſtuti aſtutia amici amicitia. Sitio ſitis. facio
X facis. X ſyllabam finit in cōpoſitis ab ex:ſequente c l p q t. ut Ex/
y curro exlex expecto exquiro extendo. y ſyllabā terminat. ut zephy
Z rus Z quandoq; in fine reperitur. ut achaʒ. Dicta autē de ſyllaba quā
alia ſequitur intelligenda ſunt. Cętera ſi quę de litterarꝫ naturis in men
tem venient in proceſſu ſuis locis interſerenda veniunt. ut in capi. de
verborum declinatione & p̄poſitionum compoſitione. DIS. Opti
me. Sed quid demū ex ſyllabis fit? MAG. Dictiones. Ex quibus
tandem orationem conſtruimus. per quam omnē mentis noſtrę con
ceptum alteri indicare cōgrue poſſumus. Hinc & dictiones partes ora
tionis dicunt̄. Differētia vero earundē octo generibus dep̄hendit̄: q̄
ſunt. Nomen Pronomen Verbum Participium Aduerbium Con/
iunctio Prępoſitio Interiectio. De quibus eodem ordine diſſertabi/
mus. Et primo de Nomine.

De Nomine. Capitulum. v. DIS.

menNo Omen quid eſt? MAG. Eſt pars orationis cum caſu/corpus:
n aut rem ꝓprie cōmuniter ue ſignificans. Omne eñ nomen aut
ſignificat rem groſſam aliquo ſenſu exteriori p̄ceptibilē:& hoc
corpus corpus dicit̄. ut lapis:aut ſignificat ens ſolo intellectu app̄henſibile:&
res hoc res appellatur. ut aīa angelus. Dicit̄ autē hæc orationis pars No
men:quia res quibus nomē imponit̄ nominat. DIS. Quo pactꝰ

coğnoſcam facilius q̃ dictio nomen ſit? MA. Primo per eius vulga Cognitio
re: cui ſi addi poteſt ein vel ein ding. nomẽ eſt, ut homo ein menſch al nominis
bum ein weiſʒ ding. Secundo ꝑ eius accidentia. DIS. Q uot acci
dunt nomini? MAG. Octo. ſcʒ qualitas: numerus: figura: perſona
caſus: declinatio: genꝰ: & ſpecies. DIS. Q ualitas noĩm quottuplex
eſt? MAG. Duplex: propria ſcʒ & appellatiua: a qua & nomẽ pro/ Q ualitas
prium vl̃ appellatiuũ dicit̃. DIS. Q uod eſt nomẽ ꝓpriũ? MA. noĩs pro/
Q uod ſignificat rẽ unã alteri nõ cõmũicabileʒ. ut ſũt oĩa noĩa q̃rũcũ pria & ap
q; rerũ ꝓpria. ut Chriſtoferus. DIS. Q uod eſt nomẽ appellatiuũ pellatiua.
MAG. Q uod ſignificat rem pluribus cõmunicabilem. ut hõ hu/
manitatẽ q̃ pluribus coĩcat̃. Eſt & alia penes qualitatẽ noĩs diuiſio: in
adiectiuum ſcʒ & ſubſtantiuuʒ. DIS. Q uod nomẽ eſt ſubſtãtiuũ?
MAG. Q uod ſignificat rẽ ꝑ modũ ꝑ ſe ſtãtis. & cognoſcit̃ ꝑ ſuũ nomẽ ſub
vulgare: cui nõ põt addi wyb man vel ding. Non em̃ dicit̃ hõ mẽſch ſtantiuũ
ding. DIS. Q uod nomẽ eſt adiectiuum? MAG. Q uod ſigni adiectiuũ
ficat ſuũ ſignificatũ ꝑ modum adiacentis alteri. Et cognoſcitur ꝑ ſuũ
vulgare: cui poteſt addi wyb man vel ding. ut albus weiſʒ man/alba
weiſʒ fraw/album ein weiſʒ ding. DIS. Numeri noĩm quot ſunt?
MAG. Duo ſingularis & pluralis. DIS. Q uod nomẽ eſt ſingu Numerꝰ
laris numeri? MAG. Cuiꝰ vulgari addit̃ ein. ut homo ein menſch
DIS. Q uod nomẽ eſt pluralis numeri? MAG. Cuius vulgari
addit̃ vil. ut hoĩes vil menſchen. DIS. Figurę nominũ quot ſunt? Figura
MAG. Duę. Simplex & compoſita. DIS. Q uod nomẽ eſt ſim
plicis figuræ? MAG. Q uod non poteſt diuidi in plures partes ſi
gnificatiuas prioris ſenſus capaces. ut homo. DIS. Q uod nomẽ
eſt compoſitum? MAG. Q uod poteſt diuidi in plures partes ſi/
gnificatiuas prioris ſenſus capaces. ut equiferus. DIS. Perſonæ
nominum quot ſunt? MAG. Duę ſcilicet ſecunda & tertia. DI.
Q uod nomen ſecundæ perſonæ? MAG. Omne nomen vocatiui Perſona
caſus eſt ſecundæ perſonę. Alia omnia ſunt tertię perſonę. DI. Ca
ſus nominum quot ſunt? MAG. Sex ſcʒ Nominatiuus Genitiuus Caſus
Datiuus Accuſatiuus Vocatiuus & Ablatiuus: quorum primus re/
ctus dicitur/reliqui omnes obliqui. Per hos caſus omnia nomina de
clinantur: & per terminationes ſuas variantur. DIS. Q uot ſunt
declinationes nominum? MAG. Q uinq;. DIS. Q uomodo Declina/
cognoſcuntur? MAG. Penes Genitiuum vel ablatiuum. Nomen tio
enim quod habet in genitiuo æ vel in ablatiuo a eſt primę declinatio/
nis. Q uod autẽ in genitiuo habet i vel in ablatiuo o eſt ſecundę. Et
quod in genitiuo habet is eſt tertię. Q uod vero in gtĩo habet us: vel
in ablatiuo u eſt q̃rtę. Illud autẽ quod in gtĩo habet ei diuiſim eſt quin
tę. DIS. Vndę cognoſcere poſſum qualiter ſingula noĩa ſuis aptẽ
tur caſibus? MAG. Per regulas ſequentibus metris comprehenſas
ut memorię firmius inſideant.

De prima declinatione in ſingulari. Capi. vi.

S A M
Menſa
Adam
Aeneas
anchiſes

ſ Vnt rectis prime/tres finales ſociate
Quattuor et voces a vel am iunges ſimul as es

Omnia huius inflectionis nomina ī genitiuo & datiuo ſingularibus per e quod ſit dyphthongos ſcribuntur. ut muſæ vel muſę andreę.

Ae genitiuis habet cū terno. Quartus ī am fit.
An dat a grecus et as:es atqꝫ per en tibi mutes. egina
Attendas ultra quod rectum nomina neutra
Quartum/cum quinto/ſimiles dant/hic et ubiqꝫ. Paſca
A quintus ſextus/poſt es e vel a reperimus
Recto qui fit in am/quintum/ſextum quoqꝫ iungam.

In plurali

p Luralis primus dabit e:quintuſqꝫ ſecundus
Arum dat. ternus dabit is ſextuſqꝫ. ſed abus
Dant equa mula/dea/ſic filia/nata liberta:
Cum domina pariter anima/famula/quibus abus
Aut is forte dabis:a ſina ſociabis.
As quartus finit: ex dictis prima patebit.

Aliquando conciditur ſyllaba ar de genitiuo plurali. ut cœlicolū pro cœlicolarum.

Et ut hæc clarius intelligas tibi huiuſce inflectionis formā ſubijciam ſcd̄m quā reliqua omnia articularibus (prout generū exigit diuerſitas) terminationibusve: ut datę admonent regulę variatis: declinabis facillimę. Modum vero vulgarizandi omniū nominum/ſingulos per caſus & numeros cuiuſcunqꝫ declinationis fuerint/ facile depręhendes ſi caſuum officia conſiderabis; eo quo ſequitur modo. ut nominatiuus omnia agere. Genitiui omnia eſſe. Datiuo omnia acquiri. Accuſatiuum omnia pati. Vocatiuum vocari. Ab ablatiuo venire/ aut eo mediante varia fieri intelligatur. Ex eo nāqꝫ nominatiuus per der die das Genitiuus per des der von. Datiuus per dem der zuo. Accuſatiuus per die den das im. Vocatiuus per du ir vel o. Ablatiuus per mit von uſqꝫ in fur durch vel umb ſcd̄m rei proprietatē in ſingulari. In plurali vero genitiuus frequenter p deren. & accuſatiuus per die. datiuus & ablatiuus exponitur per denē. Signa autē caſuum ſunt. Noīatiui Quis wer. Genitiui Cuius wes. Datiui Cui wem. Accuſatiui quem wen. Quid was. Vocatiui o. Ablatiui Quo/mit was/uſqꝫ was in was. In his te exercitatum iri volo & non in vana & curioſa caſualium & tēporalium recitatione.

Modus vulgarizandi nominū per ſuos caſus

Forma declinationis prime.

In ſingulari:

der tiſch
Nr̃o hęc menſa
des tiſchs
Gr̃o huius menſę
dem tiſch
Dr̃o huic menſę
den tiſch
Acr̃o hāc mēſam
du tiſch
Vr̃o o menſa
von dē tiſch
Ablatr̃o ab hac mēſa

In plurali:

die tiſch
Nr̃o hę menſæ
deren tiſchen
Gr̃o harum menſarū
denen tiſchen
Dr̃o his menſis
die tiſch
Acr̃o has menſas
ir tiſch
Vr̃o o menſę
von denen tiſchen
Ablatr̃o ab his mēſis

De Secunda declinatione. Capitulum ſeptimum. **In Singulari**

Vnge Secundę tres finales: ſex quoq; voces
Er. vel ir. umq; vel ur. hic us. ſimul eus ſociāt.
Fit genitiuus in i. formam vult er variari.
Nam niſi muta preit er/i. ſimpliciter ſibi iungit.
Et ſi muta preit: e. vocalem remouebit
Celtiber et liber/iber/excipias quoq; dexter/
Preſbyter atq; later/proſper/ſocer/ aſper adulter/
Mulciber his iungis cum de gero vel fero natis.
Et iungo gibber. dat tri vel eri tibi dexter.
I ſumunt ir. er. ur. us in i ſimul um. variantur.
Eus in eu muta. dat eos formatio greca.
Vnus poſt ille/ ſolus/totus quoq; flecte.
Yllus/nullus/uter/iunges alius/ſimul alter/
Quod dabit alterius. alius quoq; format alius.
Tertius o poſuit: cum Sexto. Quartus in um fit.
Grecus us. on finit. A. dat eus. hinc quintus in eu fit.
Rectus in er. vel in um. ſimilem faciet ſibi Quintum
E. facies ex us. fili dic abijciens us.
Sic proprium quod ius habuit. dic agne vel agnus.
Et populus popule/deus/et fluuiuſq; choruſq;.

Armiger
Dapifer
domini
templi
Spōdeos
ille illius.
unꝰ uniꝰ
uterq̃.
neuter

thidea.
thideus
theſeus
theſea.
o theſeu

In plurali.

viri cōcidit m̄ or ſyllaba q̄n̄q; du ī p duorum

P Lurali primo quinto ſimul i. ſociato.
Attamen a. neutris iunges: orum genitiuis: templa
Is ternus ſextuſqȝ dabunt. dabit os tibi quartus.

Forma ſecunde declinationis:

	Nominatiuo hic magiſter		Noīatiuo hi magiſtri
	Gn̄o huius magiſtri		Gn̄o horum magiſtrorum.
	Dn̄o huic magiſtro		Dn̄o his magiſtris
In ſingl'ri	Actīo hūc magiſtrū	In pl'ri	Actīo hos magiſtros
	Vtīo o magiſter		Vacatiuo o magiſtri
	Ablatiuo ab hoc magiſtro		Ablatiuo ab his magiſtris.

Alia

	Noīatiuo hoc pomum.		Nominatiuo hęc poma
	Gn̄o huius pomi		Gn̄o horum pomorhm.
In ſingl'ri	Dn̄o huic pomo	In pl'i	Datiuo his pomis
	Actīo hoc pomū		Accuſatiuo hęc poma
	Vtīo o pomum		Vocatiuo o poma
	Ablatiuo ab hoc pomo		Ablatiuo ab his pomis

Ad inſtar horum reliqua eius eiuſdem declinationis prout rerum proprietas & genus exigunt & vulgariſabis & declinabis.

De tertia Declinatione. Capitulum octauum. In Singulari.

a e o c l n r s t x
dogma monile virgo

Finales terne ſunt bis quine ſociate:
Et ſexaginta voces: dempta tamen una
Sunt a. vel e. ſimul o. teſtes. a c ec. ſociato: lac. allec
Vocali cuius l. n. r. ſimul s. ſociabis:
V. tamen n. non das. aus/uls/ems/irps quoqȝ ponas.
Quamlibet s. iunge b. vel n. p. vel r precunte. laus puls
Vps. irs. non dices. u. ſolam t. ſuperaddes. hyems
Quelibet x. preſit. anx/alx/aux/inx/ſibi iungit. ſtirps caput
Vnx/arx/erx/addo/ dant omnes is genitiuo/
Sed diuerſimode/tamen inferius manifeſte
Formas ponemus. A. primo tis ſociemus.

monilis ſermonis

E. fit is. o/dabo nis. homo/ cardo/ margoqȝ demis.
Ordo cum virgo nemo. ſimul excipe dogo. dogmatis albedo rubigo

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

Feminei generis:et apollo.teredoq; iungis:
Hec ex o.faciunt i.breuem.turbo ſibi iungunt.
Et caro carnis dat tibi.nomen gentis o.curtat:
Lac lactis ponit.allec allecis habebit.
Is poſt l. pono. ſed lis mel fel ſociabo:
Alis dic. elis olis longas genitiuis.
Haſtrubal hinc demis: Hannibal quoq; ſal ſibi iungis.
Curtas dicis ilis et ulis. ſaul hinc tibi demis.
Ex an facanis.ut titan.vel dabit anos/
En fit inis: ſiren lien enis dant.quoq; ren ſplen:
Delphin delphinis:et in In non plura videbis.
On ſibi copulat is. quedam peregrina dabunt tis: licophron
R.capit is.epatis dat epar.ſed far dabo farris. eglocerō
Imber cum natis demis:nam mutat r in ris. ſtilpon
Ter quoq;.mobile cer iungas.celeberq; ſaluber. decēbris
Vtuntur lege luther pantherq; laterq; nouēbris
Ether cum crather/ſtater/ his coniunge character. Pater tris
Cor cordis donat.in oris femur ut tibi format.
Huic ebur atq; iecur iunges:robur ſimul addes.
Jupiter atq; iouis dat.iter tineris facit ex ter.
Producas aris. nectar iubar hinc remouebis/
Cum natis par.lar boſtar ceſar ſimul aſpar impar
Corripiatur eris.iris ac uris aſſociabis diſpar
Crather dematur. panther quoq; ver/mulier/fur.
Oris dic longam,ſed demas propria quedam.
Et rhetor caſtor arbor marmor ſimul equor.
Ex as fac atis.elephas as mutat in antis, ut Atlas
Et diamas adamas gigas et propria iungas.
Vas vadis et vaſis.dic mas maris. as dabit aſſis.
As in adis pallas vel ados mutat quoq; lampas.
Archas cum grecis.his patronymica iungis.
Es fit is.attamen es vertunt in itis comes/ales. virgilias adis ados

Ceſpes/eques/palmes/gurges/fomes/pedes/hoſpes/
Limes cum miles/trames ſoſpeſqʒ ſatelles/
Antiſtes/poples/diues/celeſqʒ ſuperſtes/
Cum ſtipes/veles/preſtes/proſtes/ſimul obſtes/
Interſtes/ſubſtes/et hames/termes quoqʒ merges.
   Sed teres/interpres/hebes/indiges/addito perpes/
Es formant in etis.impes/prepes ſociabis.
His aries/paries/abies/ſeges/et teges addes.
Sic etiam longam facit inquies/et lebes addes/
Magnes atqʒ quies/locupleſqʒ/tapes/ſimul agnes/
cohæres Heres cum natis/pres/merces es dat in edis
Sic pes curtat edis ſed apes apis aſſociabis
Datqʒ ceres cereris:es eris conſociabis
præſes preſidis Et quod dat ſedeo formabit idis genitiuo
   Is non mutabis genitiuo:ſed lapis aſpis
Is mutant in idis belis et dyplois chlamys egis.
Et pixis cuſpis iaſpis tapiſqʒ parapſis
Pyramus et phillis et talia plura videbis.
priamis p Cum grecis multis:his patronymica iungis
amidis vl Que formant in idos quandoqʒ ſuos genitiuos.
Priaidos. Vt geneſis.multa dant is vel eos quoqʒ greca.
Et quedam ſeruant normam: vel idis ſibi formant.
Vt caſſis tigris iris tibris paris iſis.
Iſtis iunge thetis:vel dat thetios genitiuis.
   Dant in eris cucumis vomiſqʒ cinis quoqʒ puluis.
Lis litis.quiris quiritis.glis dabo glitis.
Et gliſſis gliris:dis ditis conſociabis.
Prebet inis ſanguis ſardis pollis ſociabis.
Semis pars aſſis cum ſit/ſemiſſis habebit:
Sed pro dimidio nunq̃ʒ variabile credo.
   Oris fac ex os longam.curtam dabit arbos.
Cos dos pos qʒ nepos otis dant atqʒ ſacerdos.

Sed pos curtat otis: cuſtodis dat tibi cuſtos.
Heres formabit herois. bos bouis adde.
Deuorat os oris quidquid lucratur os oſſis.
Glos gloſſis lignum vetus eſt de nocte ſerenum:
Flos eſt glos gloris. glos glotis femina fratris.
Ex us fiat oris. quod comparat o tibi longat.
ius
tempus
Sed formant in eris venus et vetus et ſcelus addis
ioris
temporis
Vellus viſcus olus opus et fedus latus ulcus
Sidus pondus acus glomus et genus. addito vulnus
Munus funus onus. udiſqꝫ palus dat et incus
Intercus dat utis curtam: longamqꝫ iuuentus:
Et quod dat ſeruus: virtuſqꝫ saluſqꝫ ſenectus.
Vris dat tellus. monoſyllaba conſociamus.
eruit⁹
Sed ſus iungo ſuis. et grus gruis annumerabis.
s rus.
Dat pecus hec pecudis. pecus hoc pecoris ſibi iungit.
Laus laudis donat et fraus fraudis ſibi format.
Bs s demit. et ps is ſibi iungit.
Ebs. eps e mutant in i ſi polyſyllaba fiant.
plebs
ſtirps
Aucupis excipitur ex auceps quod reperitur.
bs bis
Formant a caput eps. ex eps ipitis velut anceps.
ceps
cipis
Puls pultis ponit. et hyems hyemis ſibi iungit.
Ns s demit. et rs tis quoqꝫ ſumit
mētiſ
Quod cor componit vel pendo s remouebit.
rtis
Dis capit. et iungo frons lens glans tis ve tenento.
vecors diſ
Atqꝫ quod uncia dat. s demit. cis quoqꝫ ſumit.
libripēs li
bripendis
Cum natis fit iens in euntis. iunge quienſqꝫ.
ens
Ambio ſub lege manet. atqꝫ ſuperbio iunge.
untis
Vt mutas in itis. et x mutabitur in cis.
ncuns
utitis
Si tamen e teneant ſuper x poliſyllaba mutant
ex icis
Hanc in i. ſed lodex i. longat. et e tenet exlex.
His iungas verucx. et lectilis atqꝫ ſupellex.
X ingis dat rex. iungas lex grex quoqꝫ remex.

Sic grecum format ut ſpinx. vel gos ſibi donat.
Dic ſenis et noctis et coniugis et niuis addis.
Hinc reliquos formo tibi caſus a genitiuo:
S remouet ternus. is in em mutat tibi quartus:
Im dat maguderis peluis ſitis ſic et eclipſis.
Vis buris tuſſis tibris cum tigris erynnis.
Treucris et tongris tripolis ſirtis ſimul iris.
Iſtis adiungo dans is vel eos genitiuo.
Vt geneſis freneſis. et in im bene plura videbis.
æthera. aera Quedam latina mutant is in a quaſi greca.
Em dat et im turris reſtis puppiſqȝ ſecuris.
Par quintus recto. tamen s quedā remouēto Vtĩus
Vt pallas palla. tibris iris ſint quaſi greca.
Formatur ſextus in e. ſed tn̄ excipiemus Ablatiuus
monile Cum ſit in e rectus/iſtis is et e ſociemus.
alacer ala Acer is e iungis. et al alis et addis araris.
cris cre Hec is in i vertunt. dans im quarto ſibi iungunt
Hauſape preſepe preneſteqȝ cepe ſoracte.
Hinc hannibal ſotular ſal demas haſtrubal et far
Nectar epar cum lar boſtar ceſar iubar aſpar.
Dant e vel i ſextis faſcis piſcis ſimul ignis
Et poſtis fuſtis vectis lactiſqȝ ſecuris
Cum turris reſtis puppis quoqȝ mobile iungis:
His reliquum demas: hoſpes ſoſpes ſuperaddes.
qa tantm̄ habent e. Degener aſt uber iungas. e vel i dabit imber:
decembri Attamen i naris tantum dat. iungis aprilis.
ſeptembri Quintilis iungas et ſextilis ſuper addas.
cardinalis Cardi cum nalis: iungas ſimul officialis.

Habentia genitiuū ſimilem nr̄o: vel i ſolam in ablatiuo: & q̄ termi/nantur in us vel rs per is quandoqȝ terminant accuſatiuos plurales: præſertim q̄ ium habent in genitiuo plurali.

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

In plurali.

Pluralis primus is in es format quoq; quartus:
Et quintum ſocia: ſed dant is in a tibi neutra:
Preter que donant i ſextis/ hec ia formant.
Et que dant e vel i. tamen hinc ampluſtra retracta
Ludicra vel vetera: quod comparat atq; retracta.
Is in ium vertit genitiuus. et hinc tibi demis
Quod fit in a vel in o que dant is in um genitiuo.
Il ſimul ul iungas n et r. ſimul as ſuperaddas.
pidum — Cum creſcunt dabimus iſtis is et es ſimul os us.
rietum — Et panis ſoboles apis et canis indole proles — inuenit &
Cum proceres fruges iuuenis volucriſq; penates. — apium
His grecum iungo: dant is vel eos genitiuo. — h ereſum
Laus fraus puls iungo: ſimul s b p precunte. — vatum
Iungis hyems/ conſorſq; cohors. caput his ſuperadde. — artificum
Complex atq; ſenex. X fixum iungito ſupellex — locupletū
Ex iſtis demas caro. quod fit in ar ſibi iungo: — p̄ter cæſar
lacrum — Acer is e. preter celer. his addas ſimul imber. — cæſarum.
Cor ſimul. as aſſis. mas vas q; vadis quoq; cum glis.
Lis dos ac ab os. plus trabs plebs ſcobs ſociabis:
Anceps cum ſocijs. urbs daps ſeps ſtirps ſibi iungis
Et nix nox addo calx lanx arx atq; ſupellex.
Atq; boum dicas quoq; bobus. et u capit ales/ — ut alituū.
mantum — Um prebet ans ens vel ium. ſed ium dabo glans dens — id eſt mu
ī. ſapien m vl' iū — Et gens mens. Ternus in ibus dabit is. quoq; Sextus. — tat is geti ſ3ris i ib9 in dtīo & abltīo p'li

Forma declinationis tertiæ.

In ſ3ri		
Ntīo hic & hęc & hoc felix		hi & hæ felices & hęc felicia
Gtīo huius felicis		horū & harū & hor felicium
Dtīo hui felici	pl'i	his felicibus
Actīo hūc & hāc felicē & hoc felix		hos & has felices & hęc felicia
Vocatiuo o felix		o felices & o felicia
Abltīo ab hoc & ab hac & ab hoc ce l' ci		ab his felicibus

Eiuſdem declinationis alia forma

	Ntō hic lapis		hi lapides
	Gtō huius lapidis		horum lapidum
In ſꝫri	Dtō huic lapidi	In pl'i	his lapidibus
	Actĩo hunc lapidem		hos lapides
	Vocatiuo o lapis		o lapides
	Ablatĩo ab hoc lapide		ab his lapidibus

Eiuſdem declinationis alia forma

	Ntĩo hoc dogma		hæc dogmata
	Gtĩo huius dogmatis		horum dogmatum
In ſꝫri	Dtĩo huic dogmati	In pl'i	his dogmatibus
	Actĩo hoc dogma		hæc dogmata
	Vtĩo o dogma		o dogmata
	Ablatĩo ab hoc dogmate		ab his dogmatibus

Eiuſdem declinationis alia forma.

	Ntĩo hoc cubile		hæc cubilia
	Gtĩo huius cubilis		horum cubilium
In ſꝫri	Dtĩo huic cubili	Iu pl'i	his cubilibus
	Actĩo hoc cubile		hæc cubilia
	Vtĩo o cubile		o cubilia.
	Ablatĩo ab hoc cubili		ab his cubilibus.

De quarta declinatione. Capitulum nonum. In Singulari.

fructus genu

Quarta dat us rectis. genitiuis us quoqꝫ quintis
Prebet et u recto quem noli flectere primo.
Ternus ui finit. um quartus. ſextus in u fit.

Ju plurali.

Pluralis primus dabit us. quartus quoqꝫ quintus
Y dictis dabimus. ua prebet uum genitiuus.
Ternus ſextus ibus dant. ſed ficus tribus arcus
Ante bus u ſeruant. portuſqꝫ veru ſpecus addam.
Et lacus et partus acus et quercus penus artus.

Forma inflectionis quartæ.

	Ntĩo hic fructus.		hi fructus	hæc genua
	Gtĩo huius fructus		horꝫ fructuū	horꝫ genuum
In ſꝫri	Dtĩo huic fructui	In pl'i	his fructibus	his genubus
	Actĩo hunc fructū		hos fructus	hæc genua
	Vocatĩo o fructus		o fructus	o genua
	Ablatĩo ab hoc fructu		ab his fructib⁹	ab his gēub⁹

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

De quinta Declinatione. Capitulum decimum. In ſingulari.

q Vinta dat es rectis. Sed prebet ei genitiuus.
Et ternis.
Em quartus. quintus dabit es. e ſextus habebit.

In plurali.

Primus plurali dabit es: qui vult ſibi ſubdi
Quartum cum quinto. tribues erum genitiuo.
Tertius et ſextus ſemper formantur in ebus.

Forma quinte declinationis.

In ſgri	Nrio hæc ſpecies.	In plri	hæ ſpecies
	Grio huius ſpeciei		harum ſpecierum
	Drio huic ſpeciei		his ſpeciebus
	Acrio hanc ſpeciem		has ſpecies
	Vocatiuo o ſpecies		o ſpecies
	Ablatiuo ab hac ſpecie		ab his ſpeciebus

De declinatione compoſitorū. Cap. undecimū.

c Onſtans ex rectis/penes hos ambos variabis. Reſpublica.
Non ſic alterutrum delines: nec lepopardum.
Conſtans ex recto ſimul obliquo/variato legiſlator
Ex recti parte: ſed non variabile quodqȝ
biſoli. Conſtans obliquis.

DIS. Breues quas iam tradidiſti declinationū regulas alta mente repoſui. Nunc demū de genere te abſoluas. MA. Gña nominū ſex ſunt. ſcȝ Maſculinū Fęmim Neutrū Cōmune Omne/ pmiſcuū qd & epichenū dicit ſub uno articulo utrūqȝ ſexū importās. & dubiū ſiue incertū. DIS. Penes quid cognoſcit genus nomis? MAG. Penes ſignificatū & terminatões. ut regulę ſequentibns metris concluſę indicant. Ea tamen lege: ut regule gñales a ſpecialibus ſint exceptiones.

De nominū generibus in generali. Capitulū. xij.

a Rs maribus iungat quodcunqȝ virū tibi ſignat pater petrus:
Femineis iungas per que ſignas mulieres. mater. anna
Mancipium neutro dabis: et ſcortum ſociabo.
Cōmuni iunge ſextum quod ſignat utrumqȝ. cœlicola lixa.

i.nomina fluuiorũ menſiũ & ventorũ ſunt gñis maſculini

Que fiunt propria flu.men.ven.pone marina.
Hec dabit arboribus. ſed fructibus hoc ſociamus.
Mas oleaſter erit.dumus et rubus aſſociabis.
Hoc ſiler eſt herba: ſiler hic donat tibi vina.
Hec ſit auelana nux glans caſtanea ficus.
Triplex mobilibus genus ut vult ars ſociamus.

De genere nominum prime declinatio/nis.Capitulum tredecimum.

a manet in prima mulier.des mammona paſca
Neutris.et manna neutrum/mulierqꝫ polenta.
Adria planeta maribus dabis atqꝫ cometa.

De genere noīm ſecunde declinatiōis. Cap.xiiij.

ſomnum Lucar Liber pannus

um neutrum facies.mulierum nomina ſignes.
u R.ſimul us.queqꝫ maribus ſociata ſecunde.
Femina damaſcus/domus/ac humus atqꝫ pa/
Egyptus/vānus et diphtongus/colus alnus. /pyrus
Aluus cum byſſus/eremus/paradiſus/abyſſus/
Porticus/et methodus/ſynodus/nardus/hiacinthus/
Artus cum delus et carbaſus atqꝫ phaſelus/
Coſtus/criſtallus et ciprus/iunge ſmaragdus.
Hoc vulgus/pelagus.quandoqꝫ fit hic paradiſus.

methados methadus

Os grecum ſepe mutatur in us muliebre.

De genere nominū tertie declinationis. Cap.xv.

DICATE neutrum tertie.

Lectio albedo ſiligo.

A verbis cuncta per io. vel nomine ſumpta/
Et nomen do.go.prebens inis ingenitiuo
Dona femineis.Mas ordo cardo teredo
Stellio gurgulio cum margo/pugio iungo.
Vnio cum ſocijs/ut ternio conſociabis.
In reliquis mas o.caro ſed mulieribus addo.

mel fel

L neutrum pone.dic ſal hic et hoc retinere. L
Et ſol mas dices.cui quod fit in an bene iunges.

An

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

Neutrum nomen in en eſto. ſed femina ſiren. En flumen
Mas eſt ren cum ſplen/pectenqꝫ lien vel hymenqꝫ.
Delphin mas eſto. cui quod ſit in on ſociato. In.
Hec ſindon dicas. iunges per que loca ſignes. On.
Que dya ſiue gera componit ſint tibi neutra. dyapaſon
Tantundem neutrum. totidem plurale ſit omne. Em geralogo dion
Ar neutrum ponas: ſed ſit lar cum ſotular mas. Ar calcar
Er ſimul or ſocia maribus. tamen excipe multa. Er aer color
Zinziber atqꝫ piper neutris dabis atqꝫ papauer Er
Sic dicas verber/iter/ uber. iunge cadauer/ cancer p̱ morbo
Vesper/ver/ruder/his ſpinter iungito iuger
Et ſuber/tuber. ſed femina ſit tibi linter.
Hec dicas arbor. hoc equor/cor quoqꝫ marmor ador
Ir pir ſunt neutra: vox gaddir conſocianda. Ir.
Vr neutris iūgas. maribus furfur/lemur addas. Vr
Raro mas murmur. hic et hec vultur quoqꝫ turtur.
Hec dat nomē in as. tamen hic ſit vas vadis et mas. As
Neutrum vas vaſis. huic fas nefas ſociabis.
Eſt creſcens mas es: ſed compos femina merces. Es
Magnes atqꝫ quies ſeges atqꝫ teges. dabit hoc es.
Preter mas verres. tibi cetera ſint mulieres.
Femineis dabis is. hic caulis iunge molaris Is ſedes
Faſcis cum piſcis poſtis fuſtis quoqꝫ vectis.
Ignis cum crinis panis callis quoqꝫ funis
Vnguis cum menſis amnis cum follis et enſis
Anguis cum collis orbis torquis quoqꝫ corbis
Et penis ſentis vermis terriſqꝫ ſementis
Glis gliris/ſanguis puluis vomis lapis axis
Atqꝫ cinis caſſis. canis hic ſimul hec ſociabis.
Finis cum clunis dubio generi ſociabis.
Hic dat nomē in os. Hec glos cos dos. hic et hec bos. Os
Os oris neutris dabis; os oſſis ſociabis:

Et chaos atqꝫ melos argos logos annumerantur.
Tempus ulcus Vs iungas neutro quod oris vel eris genitiuo
Dat. mas eſto lepus. hec des reliquis. dabit hic mus:
Hic dat et hec tibi ſus. hoc virus pus. dat et hic grus.
Neutraqꝫ ſunt ius thus rus. his coniungito crus/plus/
Laus fraus puls pones et hyems inter mulieres.
plebs S ſit femina b vel n p vel r ſibi iuncta:
mens ſcops Iunge chalybs ſerpens maribus: mōs fons quoqꝫ pons/
ars Et partes aſſis. torrens ſeps annumerabis. /dens.
Anceps prebebit dubium: ſit adeps ſociatum.
Stirps bona plantauit ſtirpem qui vina creauit.
iudex E ſuper x tibi dant hic: ſi poliſyllaba fiant.
Hec forfex forpex vibex obexqꝫ ſupellex.
Addis ibex carex. dat hic et hec ve ſilex quoqꝫ cortex.
lex fax Hec iunges reliquis. grex mas qꝫ calix ſociabis:
nox nix Et phornix fenix maſtixqꝫ cilix quoqꝫ varix
nux Et ramix thorax predictis annumerabis.
Pars pedis hic calx dat. hec ſed latomus ſibi iungat.

De genere nominū quarte declinatiōis. Capi. xvj.

V dabitur neutris: eſto cornu tibi teſtis.
fructus Quarte nomen in us dabit hic. dant hec manus idus
Porticus atqꝫ tribus arcus et domus aſſociamus.
Hic tenet hec ve ſpecus: illi penus aſſociemus.

De genere nominū quinte declinationis. Cap. xvij.

Species Facies Femineis ſocia quecunqꝫ dabit tibi quinta.
Hic dabit hec ve dies: dant hi tantūmodo plures:
meridies Si componatur ſemper maribus ſociatur.

De Etheroclitis. Capitulum xviij. MAG.

e Cce paucis admodū regulis nominū genera ſecundū declinationū ordinem tradidimus: preter hec tn̄ ſunt alia noīa q̄ etheroclita .i. diuerſe declinata dicūt: quoꝝ ſcilicet & genus & inflectio diuerſa reperiuntur: e q̄bus magis uſitata ſequētibus regulis enumerantur.

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

Iſta ſolent quarta variari ſiue ſecunda
Cum lauro quercus pinus cornus quoqꝫ ficus
His colus atqꝫ domus penus et lacus atqꝫ tumultus
Ornatus paſſus cantus cetus ſpecus ortus.
Is vel us iſta ſuis dices dare compoſitiuis
Cera/iugum/limus/animus/ſimul arma/bacillus/
Et colus/et annus.
Cum norma/neruum/cum freno/collige cliuum.
Vas vaſis ternam tibi dat: plurale ſecundam.
Dat Ieſus um quarto: reliquis u ſemper habeto.
Dat moyſes moyſi moyſen moyſeqꝫ ſexto.
Vis vires/aſtu/natu/ tantūmodo ſexto:
Ambo duoqꝫ notes. flectaſqꝫ domum ſapienter/
Tolle me/mu/primo numero: mi/mis qꝫ ſecundo:
Eſt iocus atqꝫ ioci/ loca baltheus et locus adde.
Dic raſtrum raſtros. ſic celum. ſic quoqꝫ porrum.
Os vel a dat frenum filum clauſtrumqꝫ capiſtrum.
Topica buccolica ſimul intubus arbutus adde.
Paſcua carbaſus altile pergamus atqꝫ ſupellex.
Dic zizania dicqꝫ georgica rhetoricorum:
Hec primo numero ſunt femina: pluraqꝫ neutra:
Dindima pilea ſupera trenera ſibila iunges
Iſmara gargara menala ſic infernus auerna.
Hec primo numero ſunt maſcula: plura qꝫ neutra.
Dic ſponſalia millia menia dic ſimul exta
Ilia dic arma ſemper pluralia neutra.
Primates proceres vepres maneſqꝫ penates
Artus maiores trene laceſqꝫ mineqꝫ
Plurali maria tantum tu flectere debes.
Plurali numero tantum tu flectere debes
Inducias latebras thermas iduſqꝫ kalendas
Exuuias nonas ferias nugas quoqꝫ ſcholas

imbecillis vl' us inermis vl' us perennis perennus enormis. vel us decliuis vel us.

erus ſ ſubli/ vl'us nimis. us

Excubias et diuicias diras quoqȝ cunas
Stare licet nequeant metro/ tamen hic reſidebunt
Liberi/quirites/facetie/nuptie/nundine/
Inferi cum poſteris et blandicias ſociabis.
Inficias ſic inſidias ſic inferiaſqȝ
Et tenebras opes furias quoqȝ reliquiaſqȝ
Deliciaſqȝ minas ſenteſqȝ chelas phaleraſqȝ
Parcas illecebras nares grateſqȝ foreſqȝ
Q uis Venetias thebas athenas conſimileſqȝ.
Omnis Que querunt que diſtribuunt referuntqȝ negantqȝ/
Alter Infinita quoqȝ caſu caruere vocante.

DIS. Num & plura ſunt huiuſce ordinis nomina? MAG. Sunt & quidem multa. ut Q uiſquiliæ Exquiliæ: exequiæ: manubiæ: induuiæ. Sed ea oĩa ponere ſuperuacaneũ viſum eſt: cum ex his plurima apud antiquiores recentioreſve & in caſibus & numeris reperiant̃ quibus ab aliis carere tradita ſunt. ea quoq̃ quæ ſupra tradidimus pluralia/nonnunq̃ in ſingulari ſunt reperta. relictis igitur his: ſpeciem ultimum nominis accidens videamus.

De Specie. Capitulum: xix. MAG.

Species S Pecies nominũ duplex eſt: ſcȝ primitiua & deriuatiua. DIS.
q Q uæ nomina dicuntur primitiuę ſpeciei? MAG. Q uę a nullo deriuantur. ut pater mater. DIS. Q uæ ſunt deriuatiuę ſpeciei? MAG. Illa q̃ ab aliis deriuantur. quod cũ fiat multis modis: nõ tam neceſſariis q̃ variis: ego tibi ſolum de comparatiuis patronymicis & verbalibus utilioribus dicere p̃tendo. Et primo.

De Comparatione. Capitulum. xx. DIS.

cõparatio Q uid eſt comparatio? MAG. Eſt rei ad rẽ aſſimilatio. DI.
q Q uibus nominibus accidit cõpatio? MAG. Adiectiuis dũtaxat: quoꝝ ſignificatũ põt augeri aut minui. quoꝝ ſcȝ vulgari additur noch vl' aller. Nam compatiuus p noch: & ſuplatiuus per aller vulgarizandus eſt. Nonnunq̃ vero propria appellatiue capta cõparantur (& ſi improprie) ut nero neronior. Salomon ſalomonior.
cõparationis grad⁹ DIS. Q uot ſunt comparationis gradus? MAG. Tres. Poſitiu⁹ comparatiuus & ſuperlatiuus. DIS. Ad horum formationes perge? MAG. Poſitiuus a nullo formatur ſed alij formant̃ ab eo. DI. Q uomodo? MAG. Nam omnis poſitiuus aut eſt ſecundę declinationis aut tertię. Si igitur poſitiuus fuerit ſecundę declinationis: cõparatiuus format̃ a gtĩo ſingulari addẽdo or in fęminino & maſculino

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

vel us in neutro. Et ſuperlatiuus addēdo s/& ſimus. ut docti doctior
doctius doctiſſimus. Omnis itaq; ſuplatiuus in ſimus p duplex ſſ ſcri
bitur. Si autē poſitiuus terminat̃ in er: ſuperlatiuus fit a noīatiuo p ad
ditionē rimus. ut niger nigerrimus. Omnis ſuplatiuus in rimus r ge
minat/dempto plurimus. Excipiũtur bonus melior optimus. Malus
peior peſſimus. Paruus minor minimus. Magnus maior maximus.
Multus plus (in neutro tantum) plurimus. Celſus celſior ſummus.
Dexter dexterior dextimus. Siniſter ſiniſterior ſiniſtimus. Beniuolus
beniuolentior beniuolentiſſimus. Maliuolus maliuolentior maliuolē
tiſſimus. Simili modo cōpoſita a facio. ut mirificus magnificus. Sic &
cōpoſita a loquor. ut doctiloquus: breuiloquus vaniloquus. Amicus
amicitior amaciſſimus. Sic pudicus & impudicus. Omnis compara/
tiuus in tior vel in tius t ſeruat: ſi poſitiuus t habeat. ut fortior fortius
aut c ſi poſitiuus habeat c. ut fęlicior fęlicius. Si vero poſitiu9 fuerit ter
tię declinationis: tunc comparatiuus format̃ a datiuo addēdo or & us
ut forti fortior fortius. Et ſuperlatiuus a genitiuo addēdo ſimus. ut for
tis fortiſſimus. Cum vero poſitiuus terminatur in r/ſuperlatiuus fit a
noīatiuo p additionē rimus. ut ſaluber ſaluberrimus. Excipiũtur iu/
uenis iunior/ſenex ſenior/adoleſcens adoleſcentior abſq; ſuperlatiuo
vetus veterior veterrimus. diues ditior (a dis ditis) ditiſſimus. Facilis
facilior facillimus. Sic agilis agilior agillimus. gracilis: humilis: ſimi/
lis & ab his cōpoſita. ut difficilis diſſimilis. quę oīa habent duplex ll in
ſuperlatiuo. Item ea quæ in eris terminantur & in neutro in e/ſeruant
regulam eorũ quæ in r terminantur. ut Celeber bris bre celeberrimus.
Excipiuntur in utraq; declinatione noīa in us vel is terminata habētia
vocalem ante us vel is. ut pius/dubius/egregius/tenuis/ arduus &c.
quę omnia comparatiuũ ꝓpter nimiũ vocalium hiatum non habent.
Sed ꝓ eo poſitiuum cum aduerbio magis ſumunt. ut magis dubius
magis arduus &c. Horꝝ tñ cōparatiui qñq; inueniuntur/ ocyor ocyſſi
mus ſine poſitiuo. nequā nequior nequiſſimus. Nec lateat ab aduer/
bijs qbuſdā & p̃poſitionibus ꝓ aduerbijs poſitis/cōparatiuũ & ſuper
latiuum cadere. ut ab extra exterior extremus. Supra ſuperior ſupre/
mus. Intra interior intimus. Citra citerior citimus. ꝓpe propior ꝓxi/
mus. Proximior vero a ꝓximus eſt: q̊d coniunctũ ſignificat. Ante an
terior ſine ſuperlatiuo. Pridē prior primus. Vltra ulterior ultimus. In/
fra inferior infimus. Poſt poſterior poſtremus. Et a verbo detero de
terior deterrimus. Irregularitatē comparationis quo ad ſignificatum
vulgarizando gradus facile depræhendes.

De Patronymicis. Capitulũ. xxi.

DIS. ſ Atis lucide de gradibus cōparationis diſſeruiſti de patronymi/
cis ſi qd habes in mediũ deducas. MA. Nomē patronymicũ
dicimus/ quod a ꝓprijs nominibus patrũ auorꝝ fratrũ locorũ

Patrony/
cum

ve deriuatum ſignificat cum genitiuo ſui primitiui filiũ vel nepotem filiam vel neptim: aut certi loci gentem. DIS. Harum quæſo formationes ſilentio haud prętereas. MAG. Omne patronymicum terminatur aut in des: is as vel ne.

In Es

Patronymicum in des fit a noĩe declinationis
- Primę a genitiuo mutando e in a & addẽdo des. ut Aeneę Aeneades. Anchiſæ Anchiſides. Vſu tamen dicitur Anchiſiades.
- Secundę a genitiuo q terminatur in
  - I & fit patronymicũ corripiẽdo i & addendo des ut Priami Priamides.
  - II duplex. & fit patronymicũ mutãdo ultimũ i in a: & addendo des ut Menetius Menetij Menetiades.
  - Ei. fit patronymicũ mutãdo ei in i longã & addendo des. ut Pelei Pelides Tidei euphonię cauſa Titides facit.
- Tertię a datiuo addẽdo des. ut Neſtori neſtorides a Neſtor. Inuenitur tñ Scipiades ꝓ ſcipionides.

Et hæc omnia ſunt maſculini gñis & primæ declinationis. ut Anchiſes. Nonnulli tñ ipſa in datiuo & ablatiuo plĩbus ĩ ibus finiũt. Patronymica in is vel as fiunt a patronymicis in des ſubtracta de/ſyllaba. ut priamides priamis: virgiliades virgilias. Dicĩ tñ eneis ꝓ eneas: & peleis ꝓ pelis. Sic poetę nõnunq̃ patronymicis ſyllabas addunt/demũt aut mutãt. Hæc oĩa ſunt gñis fęminini. & eorũ declinatio tradita eſt in ternoĩa tertię declinationis. Patronymica in ne: quę rarius reperiunt fiunt a gtĩo ꝑ additionẽ ne. ut adraſtus adraſtine. nereus nerine. mutãdo ei in i. & ab acriſius acriſione dicĩ vel acriſine. Omnia habẽt i vel o ante ne: & ſunt gñis fęminini. Et declinãtur ut gręcã in e q̃ in oĩbus caſibus habent e dempto gtĩo q habet es. Et actĩo q habet em vel en. Et tñ de patronymicis: ſine gręcæ qppe litteratura taliũ & formatiões & inflectiones ſcđm ꝑciſionẽ intelligi nequeunt. verbalia videamus.

(Margin: Is — In as — In Ne)

De Verbalibus. Capitulum. xxij. DIS.

Nomen vetbale

Omen verbale quod dicis? MAG. Quod deſcẽdit a verbo cũ quo & ſimilitudinẽ ſignificatiõis retinet. DIS. Per quẽ modũ fit talis verbaliũ a verbis deſcẽſus? MAG. Per modũ multiplicẽ: eo ꝙ verbalia ſunt diuerſa. Quædã eñ terminãtur in or: & deſcendunt ab ultimo ſupino mutata u ĩ or. ut doctu doctor. Et hæc de ſe formãt verbalia in trix: ꝑ mutationẽ tor in trix. ut doctor doctrix Excipitur nutrix qđ ſcđm hãc regulã eſſet nutritrix. Sed verbalia ĩ ſor ſimiliter formantur ab ultimo ſupino mutãdo u in or. ut luſu luſor. nec de ſę formant verbalia in trix/præter tonſor quod format tonſtrix & expulſor expultrix. Verbale autẽ quod in us terminatur quartę declinationis. ſimiliter ab ultimo ſupino deſcẽdit addita s littera. ut viſu

(Margin: Or — Trix — Sor — Vs)

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

viſus. Sed verbale in io finitũ: deſcendit ſimiliter ab ultimo ſupino mu tata u in io. & ſcribitur per t. ut lectu lectio. Excipiuntur verbalia ver borum primę coniugationis q̃ habẽt in ſupino itũ vel ctum: nam talia non terminant̃ in itio vel ctio: ſed atio ut vetatio/ p̃ſtatio/ cubatio/ do matio/ ſonatio/ donatio/ crepatio/ fricatio/ ſectio/: tñ frequẽtius repe ritur q̃ ſecatio. Sed verbale in tiuus/ mutat u ultimi ſupini in i: & aſſu mit uus. ut amatiuus. Verbale in men fit a ſc̃da pſona pñtis indicatiui mutando s in men. ut regimen. a rego regis. cui ſi addit̃ tum fit re/ gimentum. ſic documen documentũ &c. Verbalia antẽ in ax/ ab eadẽ ſecunda perſona deſcẽdunt mutãdo ultimã ſyllabã in ax. ut voro vo ras vorax. Similit̃ fit de ṽbalibus in ex. ut rex lex latex. Verbalia autẽ in bilis mutãt ſecũdę pſonę ultimã litterã in bilis. ut amabilis. Ea tñ q̃ ſunt ſecuudę inflectionis mutant e in i. ut docibilis pro docebilis &c. Io Tiuus Men Mentum Ax Ex Bilis

De Pronomine. Capitulum. xxiiij. DIS.

P Ronomẽ quid eſt? MAG. Pars orationis q̃ pro ꝓprio noĩe uniuſcuiuſq; rei ponit̃ & certã ſignificat perſonã. DIS. Ob id ergo ꝓnomẽ dicitur eo q̃ ꝓ noĩe ponit̃? MAG. Sane q̃dẽ infers. DIS. Superflua eſt hęc pars orationis cũ loco eiꝰ/ noĩe ꝓ quo ponitur uti poſſumus. MAG. Argumentũ hoc tu ipſe ſolues ſi cau ſas inuentionis ꝓnominis aĩaduerteris. DIS. Quas igitur ob cau/ ſas inuentum eſt ꝓnomen? MAG. Duas ꝓpter cauſas/ neceſſitatẽ videlicet & cõmoditatẽ. DIS. Neceſſitatẽ oſtende. MA. Naʒ cũ omnia noĩa ex ſupradictis ſint tertiæ perſonæ: demptis vocatiuis qui ſunt ſecũdę pſonæ/ cũ verbis primę aut ſecũdę perſonę conſtrui non potuere: neceſſe ergo fuit reperire ꝓnomina primę & ſecundę perſõ nę quæ huiuſcemodi defectũ ſuplerent. DIS. In hoc argumentum meũ ſolutum eſſe intelligo: cum loco ꝓnoĩs primę pſonę: nomẽ pro quo ponitur: poni poſſit minime. Sed de cõmoditate quid ſentias ex plana. MAG. Cum eiuſdem rei in oratione ſepius mentionẽ facere placuerit/ loco noĩs eius/ cõmode pronomine utimur: ne eiuſdẽ noĩs repetitio crebra/ legentibus aut faſtidiũ aut dubium ingerat: dicentes Aiax venit ad Troiã: & idẽ fortiter pugnauit. potius q̃ Aiax venit ad Troiã & Aiax fortiter pugnauit. DIS. Poſſunt ne ꝓnoĩa certo cõ/ pręhẽdi nũero? MA. Poſſunt. DIS. Quot ſunt? MAG. Quin decim ſcʒ ego tu ſui ille ipſe iſte hic is meus tuus ſuus noſter veſter no ſtras & veſtras/ cũ ſuis cõpoſitis & cõdeclineis: quoꝝ duo ultima gẽ tilia dicta ſunt: eo q̃ gentẽ ſignificent. ut noſtras: id eſt de noſtra gente DIS. Quomodo dlfferunt pronomina inter ſe? MAG. Quia quędam ſunt relatiua: quędã demonſtratiua. DIS. Quæ ſunt re latiua? MAG. Quæ ad p̄dictę rei memoriã nos remittũt (ut ſunt is ſuus ipſe & ſui.) Reliq̃ omnia demonſtratiua ſunt: quia per ipſa ali/ quid demonſtramus. Ille vero utrunq; explet officium: pro quoꝝ facilio ri memoria hoſce accipe verſus. Is ſuus ipſe ſui referunt: ſed cę

ꝓnomen — quare ꝓ/ nomẽ in/ uentum — ꝓpter ne ceſſitatem — ꝓpter cõ moditatẽ — q̃ndecim ſunt ꝓno mina — pronomina gentilia — ꝓnomina relatiua demõſtra tiua

tera monſtrant. Ille refert monſtrat/non facit hoc aliud. Solet & ipſe
nonnunq̃ diſcretiue reperiri. ut finis in ipſo exordio cogitandus eſt.
accidentia DIS. Pronomini quot accidunt? MAG. Septem ſcilicet: ſpecies
pronoīs numerus/figura/perſona/genus/caſus/& declinatio. DIS. Spe/
cies pronominum quot ſunt? MAG. due primitiua & deriuatiua
DIS. Quæ & quot ꝓnomina ſunt primitiuę ſpeciei? MAG.
ꝓnoīa pri Octo ſcꝫ ego tu ſui ille ipſe iſte hic is. Reliqua ſeptem ſunt deriuatiuę
mitiua ſpeciei: quia a tribus primis diriuātur. DIS. Per quem modum?
deriuatiā MAG. A genitiuo ſingulari mei. fit meus mea meū. a genitiuo plu
rali noſtrū vel noſtri. fit noſter noſtra noſtrū & nrās. Et a gtīo ſingula
ri tui: fit tuus tua tuum. & a genitiuo plurali veſtrū vel veſtri: fit veſter
veſtra veſtrū & veſtras. Et a genitiuo utriuſq; numeri ſui: fit ſuus ſua
ſuum. Et hæc deriuatiua pſonas duplices poſſidentis ſcꝫ & poſſeſſi im
portant ratione cuius quædam a Donato dicuntur ex utraq; parte
(poſſidentis ſcilicet & poſſeſſi) ſingularia. ut meus tuus ſuus. Quędā
vero pluralia ex utraq; parte. ut noſter & veſter. quod quidem de reſi
gnata intelligitur cum utrobiq; vox ſit ſingularis. DIS. Numeri ꝓ
Numerus nominū quot ſūt? MAG. Duo: quēadmodum in noīe dictū eſt. ſui
Perſona tamē utriuſq; numeri eſt. DI. Perſonæ ꝓnominū q̊t ſunt? MA.
tres: ſcꝫ prima ſecunda & tertia. DIS. Quot & q̃ pronomina ſunt
primę perſonę? MAG. Vnum ſcꝫ ego cū ſuis cōdeclineis. DIS.
Quot ſunt ſecundę perſonę? MAG. Vnum ſcꝫ tu/cū ſuis condecli
neis/& omnibus vocatiuis. DIS. Quæ & quot ſunt tertię pſonę.
Figura MAG. Omnia alia. DIS. Figuræ ꝓnominū q̊t ſunt? MAG.
ꝓnoīa cō Duę: quēadmodū de noīe dictū eſt. Sed hoc te ſcire volo: ꝓnoīa nō
ponuntur nunq̃ i recto cōponi. ut iſtic iſtec iſtoc ab iſte & hic &c. Egoipſe tuipē
in recto Idem ex is & demū: a q̊ identidem quod aliqñ aduerbiū eſt. & freqn Idem
in obliq̊ ter ſignificat. Aliqñ vero pronoīa in obliquo cōponuntur. ut meme/ Identic
tete/ſeſe/q̃ accuſatiui & ablatiui caſus ſunt. Seſe vero utriuſq; numeri
eſt. Eccum eccam eccos eccas: ab ecce & eum eam eos eas: pro ecce eū
eam: ecce eos eas. Ellum ellā ellos ellas. ab ecce & illum illos illas illā
Dicimus & meiipſius tuiipſius ſuiipſius: meipſum teipſum ſeipſuꝫ &c.
Sunt pterea ſyllabę quędam q̃ pronominibus adijciuntur. ut met/te
ce/pte. DIS. Quibus pronominibus adijcitur met? MA. Ego met
& ſuis obliquis. ut egomet meimet &c. Similiter obliqs tu. demptis tñ
genitiuis pluralibꝫ. ut tuimet tibimet: additur & ſui. ut ſuimet ſibimet
ſemet. Et quandoq; pronominibus tertiæ perſonæ. ut ipſemet. DI.
Quibus pronominibus additur te? MA. Huic ꝓnomini tu. ut tute Te
cui poſtea addit̄ met. ut tutemet. in ntīo & vtīo ſolum. DIS. Qui
bus autem adijcitur ce? MAG. Omnibus caſibus pronoīs hic hęc Ce
hoc in ſ deſinentibus. ut huiuſce hoſce haſce hiſce dicimus & illiuſce
iſtiuſce. & Therentiꝰ illācine protulit. DIS. Quibus pte adijcitur Pte
MAG. His qnq; ablatiuis mea tua ſua noſtra veſtra, dicēdo meapte

tuapteſuapte noſtrapte & veſtrapte.inuenitur & ne pronominibꝰ in/ Ne.
terrogatiue addita.ut hoccine eſt humanũ factũ? id eſt hoc ne? Simi/
liter & iſtis dictionibus quis & qui(quas Donatus inter pronoīa po/
ſuit)varie ſyllabę adiiciuntur: De quibus hæc nota metra. Cum quis Quis &
nãq; piam ſine qui coniunge putaſquã. Dã vis cũq; libet: q ſine qs re Qui
tinet.ut quiſnam? q̃nã? quodnã vel quidnam: quiſq; quęq; quodq;
quiſpiam quępiam quodpiã vel quidpiã. Quiſputas quęputas q̊d/
putas. Quiſq; quęq; quodq; vel qdq;. Quidã quędã q̊ddã vel qd/
dam in neutro per dd duplicatum. Quiuis quęuis quoduis vel quid
uis. Quicunq; quęcunq; quodcunq;. Quilibet quęlibet quodlibet
vel quidlibet. Componitur & unus cum quiſq; dicendo unuſquiſq;.
& quis cum ſi.ut ſiquis. cum ne.ut nequis. cum alius. ut aliquis/cum
re.ut reliquis/cum nũ.ut numquid/cum quis.ut quiſquis quęq; q̊d/
q;. cum en.ut enquis enqua enquod vel enquid. DIS. Genera pro
nominũ quot ſunt? MAG. Quinq; ſcilicet maſculinum/fœmini/
num/neutrum/cõmune/& omne. DIS. Quæ pronomina ſunt
maſculini generis? MA. Ille ipſe iſte hic is noſter veſter meus tuꝰ &
ſuus. DIS. Quæ ſũt fęminini generis? MAG. Illa ipſa iſta hęc
ea noſtra veſtra mea tua ſua. DIS. Quæ ſunt neutri generis?
MAG. Illud ipſum(nec dicitur ipſud. antiquitus em̃ dicebat̃ ipſus
ipſa ipſum)iſtud hoc id noſtrnm veſtrum meum tuũ ſuum. DIS.
Quæ ſunt cõmnnis generis. MAG. noſtras & veſtras. DIS.
Quæ ſunt omnis generis? MAG. Ego tu ſui. DIS. Caſus ꝓno Caſus
minũ quot ſunt? MA. Sex: qui & noīm tñ Quattuor exceptis pro
noīa nulla vocabis.tu meus & noſter noſtras hęc ſola vocant̃. DI.
Declinationes ꝓnoīm q̊t ſunt? MAG. Hæ quæ ſequuntur. Scien/ declinatio
dum tamen pronominibus in declinando articularia non p̄poni.

Ego mei vel mis mihi me a me		non nrm̃ vel nrĩ nob̃ nos a nob̃
Tu tui vel tis tibi te o tu a te	In plĩ	vos vrm̃ vel vrĩ vobis vos o
Sui ſibi ſe a ſe		Sui ſibi ſe a ſe. (vos a vobis
Ille illius illi illum ab illo		Illi illoꝝ illis illos ab illis
Illa illius illi illam ab illa	In plĩ	Illæ illarum illis illas ab illis
Illud illius illi illud ab illo		Illa illorum illis illa ab illis

Simili modo declinatur Ipſe ipſa ipſum. Iſte iſta iſtud.

Hic huius huic hunc ab hoc.		hi horum his hos ab his
Hæc huius huic hanc ab hac	In plĩ	hæ harum his has ab his.
Hoc huius huic hoc ab hoc		hæc horũ his hæc ab his
Is eius ei eum ab eo.		* ei eorum eis eos ab eis
Ea eius ei eam ab ea	In plĩ	Eę earum eis eas ab eis
Id eius ei id ab eo		Ea eorum eis ea ab eis

hi & his p̃ ſimplex i & hæ per ſimplex ę ſcribitur

* q̊d ii dici deberet. Similiter & in datiuis & ablatiuis pluralibꝰ iis unũ
idem in nominatiuo plurali habet iidem in datiuo & ablatiuo eiſdem
vel iiſdem.

Meus mea meum Tuus tua tuū Suus ſua ſuum declinantur ſicut
albus alba album. Excepto ꝙ meus habet in vocatiuo mi.
Noſter noſtra noſtrum Veſter veſtra veſtrum declinantur ſicut ni/
ger nigra nigrum. Noſtras & veſtras declinantur ſicut ciuitas.
Quis vel qui cuius cui quem a quo vel a qui
In ſꝫri Quæ vel qua cuius cui quam a qua vel a qui
Quod vel quid cuius cui quod vel quid a quo vel a qui
Qui quoꝝ quis vel quibus quos a quis vel a quibus.
In pl'i Quæ quarū quis vel quibus quas a quis vel a quibus
Quæ vel qua quoꝝ qs vel qbus q̄ vel q̄ a quis vel a qbus.
Sic & eoꝝ compoſita p̄ter qſquis in noīatiuo/qdquid in accuſatiuo
& quoq̊ in ablatiuo. Siqs reliquis aliquis nūquis in fęminino in noīa
tiuo habent a. ut ſiqua reliqua nūqua &c. Iſtic iſtec iſtoc declinātur ſo
lū in caſibus ubi c retinent dempto datiuo ſingulari. hic & hęc noſtras
veſtras & hoc noſtrate veſtrate. genitiuo huius noſtratis veſtratis: ſi/
cut nomina tertię declinationes in as.

	Eccum	Eccos	Ellum	Ellos
In ſꝫri	in pl'i	in ſꝫri	in pl'i	
	Eccam	Eccas	Ellam	Ellas

Hæc de pronomine conſequens eſt ut verbum percurramus.

Verbum

De Verbo. Capitulum. xxiiij. DIS:

Quid eſt verbū? MAG. Eſt pars orationis cū tp̄ibus & modis
ſine caſu agere aliquid/aut pati/aut neutrū ſignificans. Dicta
eſt autē hęc pars orationis, verbum: eo ꝙ aere verberato lingua
formeť. DIS. Ea ratione omnis pars oratiōis verbū dici ſolet. MA
Sane quidē hęc tamē pars oratiōis per excellentiā ſibi hoc nomē ven/
dicabit: quia eo frequentius utimur cū ſine verbo perfecta cōſtitui nō
poſſit oratio. Eius autē naturam nō tam definitiōe q̄ diuiſione cogno
verba ſub ſcemus. Vnde oē verbū aut eſt ſubſtantiuū/vocatiuū/vel adiectiuū.
ſtantiua Et rurſus ꝟba ſuſtantiua tria ſunt: ſcꝫ ſum fio & exiſto. Vocatiua qnqꝫ
vocatiua ſunt ſcꝫ nūcupor appellor vocor nominor & dicor. Reliq̄ ꝟo oīa adie
ctiua ſunt. Ex qbus tn̄ aliq̄ ſil'em vim hn̄t cū ſubſtātiuis & vocatiuis
de qbus infra. Et amplius adiectiua ſunt duplicia: ſcꝫ pſonalia & im/
perſonalia. DIS. Quæ ꝟba ſunt pſonalia? MA. Quæ in pn̄ti in
pſonalia dicatiui teminanť in o vel in or (defectiuis & anormalis exceptis de
verba quibus infra) ut amo/loquor/ & coniuganť p tres perſonas. Et hæc
actiua rurſus ſunt duplicia ſcꝫ actiua & neutra. Actiua quidē oīa ſūt quibus
conueuienter addi poteſt ille accuſatiu9 Ioannē. & poſūt vulgariꝫari p
wird. ut amo Ioannē/ſequor Ioannē/amor ich wird lieb gehebt/ſe
Neutra quor ich wird nachgeuolgt. Neutra ꝟo ſunt qbus accuſatiu9 Ioannē
addi nō pōt: nec vulgare wird recipiūt. ut ſto/luctor. nō em̄ dicimus
ſto Ioannē/luctor Ioannē. DIS. Quæ ſunt impſonalia? MA.
impſona. quę in pn̄ti indicatiui terminanť in tur vel in t. Et ſolū in tertijs pſonis

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

coniungantur ut ſtatur/accidit/Hęc autē ruſus diuerſa ſunt:quia oīa
impſonalia in tur ſunt paſſiua:& vulgarizant per man.ut ſtatur man
ſtat/vel es ıvirt:ut ſtatur es ıvirt geſtanden. Sed impſonalia in.t.ſunt
actiua.& vulgarizantur per es/ ut licet es zimpt. Excipiunt impſona
lia in.t.q̄ deſcendūt a facio:cū cōponit cum alijs dictionibus q̄ ꝑpōe
ut bene fit/ſatis fit/male fit quę paſſiua ſunt. DIS.a quibus verbis
deſcenduntimpſonalia. MAG.ab actiuis/neutralibus/tm̄ dempto
miſeret.q̊d venit a verbo deponētali miſereor. DIS. Verbo quot
accidūt? MAG. octo ſcʒ genus:numerꝰ:figura:tempus:pſona:mo *Vbi accn̄a*
dus:cōiugatio:& forma. DIS.Gn̄a verborū q̊t ſunt? MAG.quī
q̧.ſcʒ actiuū:paſſiuū:neutrū:cōmune:& depōnēs. DIS.quod ver
bū eſt actiui gn̄is? MAG.quod terminat in o & accipiēs r facit ex ſe
paſſiuū ut amo/amor. DIS.q̊d verbū eſt paſſiuū? MAG.q̊d ter
minat in or/& dempta lr̄ā r redit in ſuū actm̄.ut amor/amo. DI.q̊d
verbū eſt neutrū? MAG.q̊d terminat in o:nec pōt accipe r & facere
ex ſe paſſiuū.ut ſto/ſtor nō dicit.& hęc ſunt aut neutra pura.ut ſto/aut
ſubſtantiā:ut ſum(q̊d ſolū nō terminat in o)Aut neutro paſſiua:ſic di
cta quia in ptō & tpibus formatis inde habent vocē paſſiuā.in pręſen
ti tm̄ & inde formatis neutralē ſeruant inflectionē.ut ſunt audeo cum
ſoleo fio quoq̧ gaudeo fido.prādeo mereo p̄dictis ſimul annumera
bis/aut paſſiua neutra.Sic dicta qa ſub voce neutrali paſſiuā habent *paſſiuum*
ſʒcationē.ut ſunt vapulo veneo exulo fio. DIS.quod verbum eſt *neutrum*
cōe? MAG.q̊d in or deſinit/nec r dimittit:actionē & paſſionē ſigni
ficans.ut ſunt largior experior veneror moror oſculor hortor.cri/
minor amplector interpretor hoſpitor adde. DIS.quod verbū eſt
deponens? MAG.q̊d in or deſinit/nec r dimittit actionē vel paſſi
onē ſignificās.ut luctor loquor & ſilia. DIS.numeri verboꝝ quot
ſunt? MA.de nūero & figura verboꝝ dicendū eſt ut in noīe. DI. *numerus*
Tpa verborū quot ſunt? MAG.quinq̧ ſcʒ.pn̄s ptm̄ impfectū ptm̄
pfectum:ptm̄ pluſq̧pfectū:& futurum. DIS.pſonę verboꝝ quot *tempus*
ſunt? MA.tres.ſcʒ.prima:ſecūda:& tertia. DIS.modi verborum
q̊t ſunt? MA.quinq̧ ſcʒ.indicatiſ:impatiuꝰ:optatius:cōiunctius:
infinitiuus.q longe ab impſonali differt.Ille em̄ ſine verbo adiuncto
pfectū ſenſuʒ nō gn̄at:ſed verbū impſonale.ut amare & amat. DI.
Cōiugatiōes verboꝝ quot ſunt? MAG.Cōiugatiōes verbo ū regu *cōiugatio*
lares ſunt q̄ttuor ſcʒ prima:ſecūda:tertia:& quarta. DIS.quod ver
bum eſt primę cōiugatiōis? MA.quod habet a longā an̄ re in infi
nitiuo:vel ri:ut amare/amari. DI.Quod verbum eſt ſecūdę con
iugatiōis? MA.quod habet e longam ante:re:vel:ri:in infinitiuo. *ſecunda*
ut docere:doceri. DIS.Quod verbū eſt tertię cōiugatiōis? MA
quod habet e breuem ante:re:in infinitiuo:vel i ſolam ſine r.ut legere
legi. DIS.Quod verbū eſt quartę cōiugatiōis? MA.quod ha/
bet i longam ante re vel ri in infinitiuo.ut audire:audiri.hoc autem *quarta.*

facilius deprẹhendes ſi uniuſcuiuſqꝫ cōiugationis formam cum regulis mox ſubiungendis memoriẹ repoſueris, prẹterita & ſupina (quẹ magis variant) ſecundū regulas formabis. Et quinqꝫ tempora a tenore pteriti deriuabis, unde Ram ſem rim ro ſe formabit prẹteritumqꝫ.

De prima coniugatione Regule. Capitulum viceſimumquintū. De Preteritis.

X as fac aui. preter dedit et ſtetit a ſto.
amaui. e Et cubui/plicui/micui/fricui/ ſecuiqꝫ
Et domui/ſonui/tonui/crepui/vetuiqꝫ/
Iuuo Cum iuui/laui/necui/dic atqꝫ necaui.
lauo Datqꝫ xui nexo. cubui dic atqꝫ cubaui.
neco Aui dimico dat vel ui: ſic increpo format.
cubo Aui preteritum plico dat cum nomine iunctum: m̃tipl
Hoc ſine prebet ui: tamen et reperitur in aui.
Confrico cum reſero: formantur ſepe per aui. replico
Stoqꝫ ſtitiqꝫ ſtitum dat natis: excipe circum. circūd
resto

Nota Do cum compoſitis huius inflectionis, corripit da, ut circundare; media correpta, peſſundare; venundare.

De Supinis

amatum Aui preteritum semperqꝫ ſupinat in atum:
Sed lauo dat lotum/ iuuo iutum/ potoqꝫ potum/
Doqꝫ datum dat/ ſtoqꝫ ſtatum/ nexo quoqꝫ nexum.
Sonitum Quod dat ui dat itum. frictum/ ſectum quoqꝫ nectum.

De Supinis deponentalium.

Luctor luctatum Atum prima dabit per deponentia ſemper.

Forma Primæ coniugationis in Actiuo

In Indicatiuo

	Prẹſenti Amo amas amat		Amamus amatis amant
	ptō impfecto amabā bas bat		Amabamus amabatis bant
In ſīri in	ptōpfecto amaui uiſti uit.	In pl̃i	Amauimus uiſtis erūt vel ere
	ptōpluſqꝫpfecto amauerā as at		amaueramus eratis erant
	Futuro Amabo amabis bit		Amabimus amabitis bunt

In Imparatiuo

In ſīri in	Pñti ama & caret prima pſona		amemus amate ament
	Futuro amato tu amato ille	In pl̃i	amemus atote anto vl̃ antote

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

In Optatiuo utinam

ſ;ri in: pn̄ti & ptō ī perfecto amarē ares aret — In pl'i: amaremus etis ent
ptō pfecto & pluſq̄ amauiſſē ſſes ſſet — amauiſſemus etis ent
Futuro amem ames amet — amem⁹ ametis ament

Signa optatiui q̄/ut/q̄tenus/ne

In Coniunctiuo Cum.

Preſenti amem ames amet — amemus ametis ament
ſ;ri in: ptō īpfecto amarem res ret — In pl'i: amaremus amaretis amarent
ptō pfecto amauerim ris rit — amauerimus eritis amauerīt
ptō pluſq̄ amauiſſem ſſes ſet — amauiſſemus uiſſetis uiſſent.
Futuro amauero ris uerit — amauerimus ueritis uerint

Signa cō iunctiui cū/dum/qm̄/ niſi/ ſi/ q̄uis/ licet/ q̄ q̄: donec priuſquā.

In Infinitiuo qui eſt ſine numeris & perſonis.

In præſenti & preterito impfecto amare: p̄to pfecto & pluſq̄ pfecto amauiſſe. Futuro amatum ire vel amturum eſſe.

Verbum Imperſonale.

In idicatiō ī:
preſenti amatur
preterito imperfecto amabat
ptō perfecto amatum eſt vel fuit.
preterito pluſq̄/amatum erat vel fuerat
Futuro amabitur.

īpatiuo ī:
Præſenti ametur
Futuro amator.

Optatiuo utinā in:
Preſenti & ptō impfecto amaretur
ptō pfecto & pluſq̄/amatū eſſ; vel fui.
Futuro amaretur

In Coniunctiuo cū ī:
Preſenti ametur
preterito imperfecto amaretur
preterito perfecto amatū ſit vel fuerit.
preterito pluſq̄/amatū eſſet vel fuiſſet.
Futuro amatum erit vel fuerit.

Infinitiuo in:
Preſenti & preterito imperfecto amari.
ptō pfecto & pluſq̄/ amatū eſſe vl' fu.
Futuro amatum iri

Gerundia amandi amando amandū.
Supina amatum amatu.

Participia:
Preſens amans
Futurum amaturus.

Forma primæ coniugationis in Paſſiuo.

In indicatiuo

In ſ3ri in
Pręſenti amor amaris vel amare amatur.
prõ impꝑfecto amabar amabaris vel amabare amabatur.
ptõ ꝑfecto amatus ſum vel fui/ es vel fuiſti/eſt vel fuit.
ptõ pluſq̄.amatꝰ erã vł fuerã eras vel fueras erat vel fuerat
Futuro amabor amaberis vel amabere amabitur.

In pl'i in
Pręſenti amamur amamini amantur
pręterito imperfecto amabamur amabamini amabantur.
ptõ ꝑfecto amati ſumus vel fuimꝰ eſtis vel fuiſtis ſunt &c.
ptõ pluſq̄.amati eramꝰ vel fueramꝰ eratis vel fueratis &c.
Futuro amabimur amabimini amabuntur.

In imparatiuo

[I]n ſ3ri in	Pręſenti amare ametur. Futuro amator tu amator ille	In plurali	Amemur amemini amentur. amemur amaminor amãtor.

In optatiuo utinam

In ſ3ri in	Pñti & ptõ ĩpfecto amarer eris &c.	amaremur emini amarentur.	In pl'[i]
	ptõ ꝑfecto & pluſq̄.amatꝰ eſſẽ &c.	amati eſſemꝰ vel fuiſſemus &c.	
	Futuro amer eris vel ere etur	amemur amemini amentur.	

In coniunctiuo cum

In ſ3ri in	Pręſenti amer eris vel ere etur.	amemur amemini amentur.	In pl'[i]
	ptõ ĩpfecto amarer eris vel ere etur	amaremur amaremini rentur.	
	ptõ ꝑfecto amatꝰ ſim vel fuerim &c.	amati ſimus vel fuerimus &c.	
	ptõ pluſq̄.amatꝰ eſſem vel fuiſſe3 &c.	amati eſſemus vel fuiſſemus	
	Futuro amatus ero vel fuero eris &c.	amati erimus vł fuerimus &c.	

In infinitiuo

In
Præſenti & pręterito imperfecto amari
Pręterito perfecto & pluſq̄.amatum eſſe vel fuiſſe.
Futuro amatum iri.

Participia
Pręteritum amatus
Fururum amandus.

DIS. Quare Imparatiuus caret prima perſona in ſingulari & non in plurali? MAG. Quia nemo ſibiipſi ſoli imperat: ideo caret prima perſona in ſingulari: ſed poſſumus nobis ipſis cũ aliis imperare: ideo habet primã in plurali. Capitur tamen Imperatiuus frequenter depꝛe/catiue: cum inferiores ſuperioribus loquantur. Imperatiuus etiã pręteritum nõ habet: quia ad pręteritũ nõ eſt conſiliũ/imperiũ/aut depꝛcatio. Pręter hæc operepręcium eſt ut omnes perſonas ſingulos ꝑ mo/dos & tempora vulgarizes: uti iam a me audiſti. Et non modo ꝑ verba huius inflectionis: verumetiam per omnia ſequentia. Id em̄ quã

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS
cum latinitati conducat experientia docebit.

De Secunda Coniugatione. Cap. xxvj.
De Preteritis.

Moueo moui Ferueo Ferbeo

Eveo forma vi. ferbere bui facit aut vi.
d Connixi vel conniui conniueo format.
Illud format ui cuius non eſt veo finis.
Nil vieo. cieo ciui, quieoqꝫ quieui.
Sueui vel ſuetus. iuſſi/ſorpſiqꝫ buiqꝫ/
Luxi vel mulſi riſi ſuaſi ſimul arſi.
Stridi/ſedi/vidi/dicqꝫ pepenqꝫ ſpopondi.
Atqꝫ toton/momor/et gauiſus. iungitur auſus:
Prandi pranſus dic. auxi / luxi/ſimul alſi/
Fulſi cum mulſi. dic urſi. iungito turſi.
Cum terſi/fleui/leui/pleui. ſed oleui/
Aut olui/cleui/ſolitus/manſi/neo neui.
Dans a per i maneo dat ui. careatqꝫ ſupino.
Nil liqueo/torſi/dic heſi. meſtus ui dat.

De Supinis.

At veo vi per tum. cautū/fautum/vel adultū.
d Que dant preterita per ui caruere ſupinis:
Ni faciant in itum. teneo tentum quoqꝫ doctum
Cenſeo dat cenſum: ſed itum ſua compoſitiua.
Miſceo dat mixtum/frictum vel frigeo nullum.
Pauca ſupinantur preter ſex neutra ſecunde.
Dat pateo paſſum/ careo caritum quoqꝫ caſſum.
Pareo prebet itum/licet ac doleo/ taceoqꝫ
Format itum doleo noceo placeo ſoleoqꝫ
Et valeo valitum. ſic format torreo toſtum.
Di. ſi. ſum. xi. ctum. ſed tum dat ſorbeo vel ptum.
Dic tamen indultum vel ſum. mulſum quoqꝫ mu lctū
Dic ſedeo ſeſſum, tortum torſum. quoqꝫ gauſum.

De Supinis Deponentaliū.

Altera curtat itum. tueor tutum. miſereri
miſertum Dat ſertum. reriqꝫ ratum. fateor quoqꝫ faſſum.
Nil medeor format. mercor merui meritum dat.

Sequitur forma ſecūdę coniugationis in Actiuo.

In Indicatiuo

	Doceo doces docet		docemus docetis docent
	docebam bas bat		docebamus batis docebant
In ſꝫri	docui docuiſti it.	In pl'i	docuīus docuiſtis erūt vl' ere
	docueram ras rat		docueramus eratis erant
	docebo docebis bit.		docebimus docebitis ebunt.

In Imparatiuo

In ſin gulari	doce doceat	In plu rali	doceamus docete doceant
	doceto tu/ceto ille		doceāus cetote ento vl' entote

In Optatiuo utinam

	docerem res ret		doceremus ceretis cerent
In ſꝫri	docuiſſem ſſes ſſet	In pl'i	docuiſſemus ſſetis ſſent
	doceam ceas ceat.		doceamus doceatis doceant

In Coniunctiuo Cum

	doceam ceas ceat		doceamus doceatis doceant
	docerem ceres ceret		doceremus doceretis docerēt
In ſꝫri	docuerim ris rit	In pl'i	docuerimus cueritis cuerint
	docuiſſem ſſes ſſet		docuiſſemus ſſetis ſſent
	docuero ueris cuerit		docuerimus cueritis cuerint.

In Infinitiuo

In pręſenti & ptō imperfecto Docere/ptō perfecto & pluſquāperfecto Docuiſſe/Futuro Doctum ire/vel docturum eſſe.

Verbum Imperſonale.

In Indicatiuo.

	Pręſenti docetur		
	ptō impfecto docebat͛		pręſenti doceatur.
In ſꝫri	ptō pfecto doctū eſt &c.	Impatio	
	ptō pluſqꝫ doctū erat vl' fuerat		Futuro docetor.
	Futuro docebitur		

	Pręſenti & ptō impfecto doceretur
Optatiuo utinā in	ptō pfecto & pluſqꝫ doctū eſſet vl' fuiſſet
	Futuro doceatur.

	Præſenti doceatur.
	Pręterito imperfecto doceretur.
In Coniunctiuo cum in	pręterito pfecto doctum ſit vel fuerit.
	ptõ pluſq̃pfecto doctũ eſſet vel fuiſſet
	Futuro doctum erit vel fuerit.

	Præſenti & ptõ imperfecto doceri
Infinitiuo in	ptõ pfecto & pluſq̃ doctũ eſſe vl' fuiſſe
	Futuro doctum iri.

Participia pręſens ut docens. Futurum docturus Gerundia docendi docendo docendum. Supina doctum doctu.

Forma ſecundę cõiugatiõis in Paſſiuo

In Indicatiuo

	Doceor doceris vel ere etur		docemur docemini docentur
	docebar baris vel bare batur.		docebamur bamini bantur
In ſꝫri	doctus ſum vel fui es &c.	In pl'i	docti ſumus vel fuimus &c
	doctus erã vel fuerã eras &c.		docti eramus vel fuerãus &c.
	docebor beris vel bere bitur		docebimur bimini buntur

In Imparatiuo

In ſꝫri	In ſꝫri pñti	docere doceatur Futuro docetor tu docetor ille.
	In pl'i pñti	doceamur amini antur Futuro doceamur eminor entor.

In Optatiuo utinam

	Docerer docereris vel ere etur		doceremur emini entur
In ſꝫri	Doct⁹ eſſem / vel fuiſſeꝫ eſſes	In pl'i	docti eſſemus vel fuiſſemus.
	Doceor docearis vel are atur		doceamur amini antur

In Coniunctiuo Cum

	Docear aris vel are doceatur		doceamur doceamini antur
	docerer eris vel ere doceretur		doceremur doceremini ent.
In ſꝫri.	doctus ſim vel fuerim ſis &c.	In pl'i	docti ſimus vel fuerimus &c
	doctus eſſem vel fuiſſem &c.		docti eſſem⁹ vel fuiſſemus &c
	Doctus ero vel fuero eris &c.		docti erimus vel fuerimus.

In Infinitiuo

	præſenti & pręterito imperfecto doceri.
In	pręterito pfecto & pluſq̃pfecto doctus eſſe vel fuiſſe
	Futuro doctum iri.

	Præteritum doctus.
Participia	
	Futurum docendus.

De tertia Coniugatione. Capitulum. xxvij.

De Preteritis.

licio allicio — Ic feci. ieci. lexi. ſpexi. quoqꝫ fodi.
d Fugi cum cepi. rapui. ſapuiqꝫ cupiui.
Et quaſſi/cuſſi/peperi/ſimul elicuiqꝫ.
accuo: arguo — Semper uo dat ui. preter ſtruxi quoqꝫ fluxi.
Pluui ſiue plui
Dic ſcripſi. nupſi. lambi. ſcabiqꝫ. bibiqꝫ   Atqꝫ ſcobi.
Dic dixi duxi. vici. paui quoqꝫ creui.
Noui. peſco cui. didici. nil gliſco. popoſci.
ico — Ici conquexi/parſi dic atqꝫ peperci.
pando pandi — Do dat di preter raſi/vaſi quoqꝫ leſi.
Roſi cum luſi/truſi/ clauſi quoqꝫ plauſi/
Cedo cecidi/cedoqꝫ ceſſi/iunge pepedi/
Findo fidi dat/ſcindo ſcidi quoqꝫ fudi.
Prendo didi/cecidi/tutudi/fidoqꝫ fiſus
Tendo tetendi/pendo pependi/ſidoqꝫ nil dat.
A do compoſita terne dant di geminatum.
Sic dabit abſcondo vel di. ſi diuido format.
Go dat xi per x. preter ſparſi quoqꝫ verſi/
Merſi cum terſi/legi/fregi ſimul egi.
A lego xi tria dant: intelligo/diligo/negli:
Dant tango tetigi/pepigi/dant pango paciſci:
Iungere dat pegi: canto panxi/ſtimulare
Dant pungo pupugi/punxi punctos numerando.
Formabit traxi traho/formabit veho vexi.
ut colo — Lo dat ui. preter pepuli/ceculiue/fefelli/
Salli cum pſali/vulſi/velliue tuliqꝫ
ut gemo. — Mo dat ui. preter emi/preſſi quoqꝫ dempſi/
a pmo de mo como promo ſu mo. — Compſi cum prompſi/ ſumpſi.
Dic poſui/genui/cecini/tempſi quoqꝫ ſtraui.
A cano compoſita per ui formantur et entum.

Lo — a pello … lo fallo … llo ſallo … pſallo & … tollo
Mo — a pono …
No — gno can… tẽno ſte… no

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

mo ſi/ Spreui cum creui/ſiui/leui quoqꝫ liui.
lino Dic ſtrepui/ſcopui/rupi/repſi quoqꝫ clepſi/
Scalpſi cum ſculpſi/carpſi/tu iungito ſerpſi. Po
Formabit liqui linquo. format coquo coxi. Quo.
Geſſi/dic uſſi/verri/verſiue/cucurri. Ro gero ꝯro
Triui queſiui. ſeui ſero dat ſeruiqꝫ. uro curro
Atqꝫ tuli fero dat. nil vel furui furo format: quæro
So format ſiui. ſi viſo/capeſſo/faceſſo. So. ut laceſſo
Pinſo ſui format. Dat necto pecto xui. x. cto flecto ſter
Dic flexi plexi. Dic ſtertuit. addito verti. To to uerto
meſſui Datqꝫ ſui meto. dat tiui peto. mittoqꝫ miſi.
Siſto ſteti neutrum. ſtatui dat tranſierit dum.
Solui cum volui. dic caluiqꝫ viuoqꝫ vixi. Vo
Nexo xui per x formabit: iungito texo. Xo

De Supinis:

o tritū. Bi vel ui dat itum. dat vi tum. demitur inde.
Raptum/conſultum/cultum/textum quoqꝫ ſertum.
Et piſtum/meſſum/pexum/necto quoqꝫ nexum.
Occultum/queſtum. tibi ſincopa format et altum.
Dicqꝫ ſatum/paſtum. ſoluo vel voluo dat utum.
Ag vel cognoſco dat itum. ſic inſero conſer. inſitū con
nſuo Vo peruí dabit utum. dic ruitumqꝫ rutumqꝫ. ſitū a ꝯſero
Ci vel gi. cum qui vel xiqꝫ ſupina dat inctum.
Dic factum/iactum/victum/tactum/ ſimul actum.
Diſcoqꝫ poſco citum. fugitum fictum quoqꝫ fractum.
Mictum cum pictum: rictum: coniungito ſtrictum.
Et fixum fluxum frixum. ſeu dicito fluctum.
Cum flexum pexum vel plexum. iungito nexum.
Dant pepigi pegi pactum/panxi quoqꝫ nullum.
Di. cum li. ri. ſi. cum ti. dat ſumqꝫ ſupino.
Dic ſciſſum fiſſum paſſum ſeu dicito panſum.
Cum cuſſum ceſſum foſſum. tutudi quoqꝫ tuſum.

Stum dat edo vel ſum. ſed itum dant a dare nata.
Abſcondoqꝫ ſimul dat itum vel ſumqꝫ ſupino.
Tentum vel tenſum: peperi partum paritumqꝫ
Dic falſum: pulſum: culſum: latum quoqꝫ ſalſum:
Excelſum/vulſum/curſum/cauo iungito cautum.
Dic tortum: torſum: geſtum: miſſum ſimul uſtum.
Mi pi pſi dabo ptum: tamen dicito captum.

De Supinis Deponentalium.

Diſce ſupina dare per deponentia terne:
Actiui finge vocem. formaqꝫ per ipſam
Mortuus et greſſus/paſſus/fretus quoqꝫ fructus:
Et fruitus. tuitus: lapſus: naſcor quoqꝫ natus:
Iratus iungo/pactus ſimul atqꝫ profectus:
Vltus cum nactus/experrectus vel adeptus:
Addito cōmentus/ſimul oblitus quoqꝫ faſſus:
Fungor habet functus formant loquor et ſequor utum:
Queſtus cum niſus ſeu nixus/iungitur uſus:
Nil format veſcor/nil formabit reminiſcor.

Sequitur forma tertiæ Coniugationis
In Indicatiuo

	Præſenti lego legis legit		legimus legitis legunt
	ptō impfecto legebā bas bat		legebam⁹ legebatis legebāt
In ſīgri In	ptō pfecto legi legiſti legit	In pl'i	legimus legiſtis erunt vel ere
	ptō pluſ. legeram legeras at		legeramus legeratis legerant
	futuro legam leges leget.		legemus legetis legent.

In Imparatiuo

In ſin-	In Preſenti lege legat.
gulari	In Futuro legito tu legito ille.
In plu	legamus legite legant
rali	legamus itote/unto vel untote

In Optatiuo utinam

	pn̄ti & ptō ipfecto legerē es et		legeremus legeretis legerent
In ſīgri In	ptō pfecto & pluſ. legiſſē es et..	In pl'i	legiſſemus legiſſetis legiſſent
	Futuro legam legas legat		legamus legatis legant

In Coniunctiuo Cum.

Præſenti legam legas legat — legamus legatis legant
ptõ ĩpfecto legerem es et — legeremus legeretis legerent
gri In ptõ pfecto legerim legeris it. In pl'i legerimus legeritis legerint
ptõ pluſq̃ legiſſem ſſes ſſet. — legiſſemus legiſſetis legiſſent
Futuro legero legeris legerit — legerimus legeritis legerint

In Infinitiuo

Præſenti & preterito imperfecto legere.
In Præterito perfecto & pluſq̃ perfecto legiſſe
Futuro lectum ire vel lecturum eſſe

Verbum Imperſonale In Indicatiuo

Præſenti legitur
ptõ imperfecto legebatur — pñti & ptõ ĩpfecto legeretur
In ptõ pfecto lectũ eſt vel fuit Optatio ptõ pfecto & pluſq̃ lectũ eſſ; (vel fuiſſet
ptõ pluſq̃ lectũ erat vel fuerat — Futuro legatur
Futuro legetur.

præſenti legatur — præſenti legatur
atio Cõiunctiuo Cũ ptõ impfecto legeretur
ptõ pfecto lectũ ſit vel fuerit.
Futuro legitor — ptõ pluſ. lectũ eſſet vel fuiſſet
pñti & ptõ ĩpfecto legi — Futuro lectum erit vel fuerit
nitio præterito perfecto & pluſq̃ perfecto lectum eſſe, vel fuiſſe
Futuro lectum iri.

Gerundia legendi/legendo//legendum. Supina lectum/lectu. Participia preſens ut legens/Futurũ ut lecturus. In gerundijs non nunq̃ e/in/u/vertitur. ut finitum regundorum pro regendorũ. Familię herciſcundę pro herciſcendę: ab herciſco quod eſt diuido.

Forma Tertię coniugationis In Paſſiuo.

In Indicatiuo.

pñti legor legeris vel re itur. — legimur legimini leguntur
ptõ ĩpfecto legebar aris vl' re t̃. — legebamur amini antur.
ptõ pfecto lectus ſum vel fui In pl'i lecti ſumus vel fuimus eſtis.
ri In ptõ pluſ. lectus eram vel fuerã — lecti eramus vel fueramus.
futuro legar legeris vel erę et̃. — legemur emini entur.

In Imparatiuo

In ſingulari in Præſenti legere legat̃: legitor tu legitor ille. In pl'i legamur legimini legantur/futuro legamur legiminor leguntor.

In Optatiuo utinam.

pñti & ptõ ĩpfecto legerer eris. — legeremur emini entur.
ri In ptõ pfecto & pluſ. lectus eſſẽ. In pl'i lecti eſſemus vel fuiſſemus.
futuro legar aris vel are atur — legamur legamini legantur.

Coniunctiuo Cum

	pn̄ti legar aris/ vel are atur		legamur amini legantur
	ptō īpfecto legereris vel ere et̄		legeremur emini entur
In ſgrl In	ptō pfecto lectus ſim vł fuerī	In plī	lecti ſimus vel fuerimus ſitis
	ptō pluſq̄ lectus eſſē vel fuiſſē		lecti eſſemus vel fuiſſemus
	Futuro lectus ero vł fuero eris.		lecti erimus vel fuerimus

In Infinitiuo

	pn̄ti & ptō impfecto legi		preteritum lectus
In	ptō pfecto & pluſq̄ lectū eſſe vł fuiſſe	Participia	
	Futuro lectum iri		Futuro legendus.

De Quarta Coniugatione. Capitulū. xxviij.

Regule de Preteritis.

ui quarta dabit. formabit cambio campſi:
i Datqꝫ bui. dat vinxi vincio. iungito ſanxi/
Sancio vel ciui formabit rautio rauſi.
Fulſi vel ciui. farſi ſarſi ſalui dic
Vel liui veni cum ſepſi dic ſimul hauſi.
Sentio dat ſenſi.
apperio Apario dant nata rui. ſed comperit atqꝫ
Repperit excipias ertum ſibi iuncta ſupinat.

De Supinis.

Iui preteritum ſepe tranſfertur in itum.
Excipias ſaltumqꝫ ſepultum ſic et amictum
Veneo dat vendi venum venioqꝫ dat entum.
Dat ſi ſum. vi ctum quarte. ſed retrahis hauſtum/
Fultum cum fartum/ ſartum camptum quoqꝫ ſeptum
Quod ſalio ſibi componit formabit in ultum.
A queo compoſita vel eo breuiare ſupina
Conſtat. et ambitum non corripit ambio ſolum.

De ſupinis Deponentalium.

Producens quarte et tibi cuncta ſupinat in itum.
Trina ſed excipies ortus cum menſus et orſus.
Deponens aſſentior aſſenſum tibi prebet.

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

Regule generales omnium Coniugationum.
Simplicium norma formabis compoſitiua:
Si componantur geminantia non geminantur.
Do/ſto/compoſita geminabunt: poſcoq; diſco.
Precurroq; notes: quoniam geminatq; repugno.
A ſi compoſitum dat in i: dabit e q; ſupino:
Vt probat inficio: ſed debes demere/do/go.

deſpōdeo
remordeo
repoſco
dediſco

Forma Quartę coniugationis in Actiuo
In Indicatiuo

Præſenti audio audis audit		audimus auditis audiunt
ptō impꝑfecto audiebam as at		audiebamus batis bant.
ptō ꝑfecto audiui iſti iuit	In pl'i	audiuimus iſtis erunt vel ere
ptō plꝰ q̃ ꝑfecto audiuerā as at		audiueramus atis erant
Futuro audiam audies et		audiemus audietis audient

In Imperatiuo

Præſenti audi audiat	In plu	audiamus audite audiant
Futuro audito tu audito ille	rali	audiamꝰ itote unto vl' untote

In Optatiuo utinam

pn̄ti & ptō īpꝑfecto audirē res ret		audiremus audiretis rent
ptō ꝑfecto & plꝰ q̃ audiuiſſē es et	ī pl'i	audiuiſſemus etis uiſſent
Futuro audiam audias at		audiamus audiatis audiant

In Coniunctiuo Cum.

Pręſenti audiam audias at		audiamus audiatis audiant
ptō impꝑfecto audirē res ret		audiremus audiretis rent
ptō ꝑfecto audiuerim ris rit	In pl'i	audiuerimus ritis rint
ptō pluſq̃ audiuiſſem ſſes ſſet		audiuiſſemus uiſſetis uiſſent.
Futuro audiuero ris rit		audiuerimus audiueritis rint

In Infinitiuo

In Præſenti & pręterito imperfecto audire
Præterito perfecto & pluſq̃ perfecto audiuiſſe
Futuro auditum ire vel auditurum eſſe

Verbum Imperſonale. In Indicatiuo

In Pręſenti auditur
præterito impꝑfecto audiebatur
p̄terito perfecto auditū eſt vel fuit
p̄terito pluſq̃ auditū erat vel fuerat
Futuro audietur.

In Imparatiuo in præſenti audiatur. In Futuro auditor

In Optatiuo

In Præſenti & præterito imperfecto audiretur.
præterito perfecto & pluſq̄perfecto auditũ eſſet vel fuiſſet.
Futuro audiatur.

In Coniunctiuo

In Pręſenti audiatur.
ptõ impfecto audiretur.
ptõ pfecto auditũ ſit vł fuerit
ptõ pluſq̄ auditũ eſſet vel fuiſſet
Futuro auditum erit vel fuerit.

In Infinitiuo

In pñti & ptõ ĩpfecto audiri
ptõ pfecto & pluſq̄ auditũ eſſe vel fuiſſe.
Futuro auditũ iri

Forma quartę coniugationis in Paſſiuo

In Indicatiuo

In ſꝫri in
Pręſenti audior audiris vel audire audit̃
ptõ impfecto audiebar baris vel are atur
ptõ pfecto audit⁹ ſuꝫ vel fui es vel &c.
ptõ pluſq̄ auditus erã vel fuerã eras &c.
Futuro audiar audieris vł audiere &c.

In p
audimur audimini untur
audiebamur mini antur.
auditi ſumus vł fuim⁹ &c.
auditi eram⁹ vel fueramus
audiremur emini entur.

In Imparatiuo

In ſꝫri In Præſenti audire audiatur
Futuro auditor tu auditor ille

In plurali audiamur amini audiant̃
audiamur audiminor ũtor

In Optatiuo utinam

In ſꝫri in
Præſenti & ptõ ĩperfecto audirer audireris vel irere iretur
p̃terito perfecto & pluſq̄ auditus eſſeꝫ vel fuiſſẽ eſſẽt &c.
Futuro audiar audiaris vel audiare audiatur

audiremur audiremini audirentur.
In pł̄i
auditi eſſemus vel fuiſſemus eſſetis vel fuiſſetis eſſẽt &c.
audiamur audiamini audiantur.

In Coniunctiuo Cum

In ſꝫri In
Pręſenti audiar audiaris vel are atur
ptõ impfecto audirer eris vel ere retur
ptõ perfecto auditus ſim vel fuerim &c.
ptõ pluſq̄ auditus eſſem vel fuiſſeꝫ &c.
Futuro auditus ero vel fuero eris &c.

In p
audiamur amini antur.
audiremur emini entur
auditi ſimus vel fuerim⁹
auditi eſſemus vł fuiſſem⁹
auditi erimus vel fuerim⁹

In Infinitiuo

In Pręſenti & præterito imperfecto audiri.
præterito perfecto & pluſq̄ auditum eſſe vel fuiſſe.
Futuro auditum iri.

Participia
Præteritum auditus
Furum audiendus.

DE NOTICIA PARTIVM ORATIONIS

De irregularibus & defectiuis. Ca.xxix MAG.

Hæc de inflectione verborum regularium dicta intelligas: nam ſũt alia verba irregularia/quæ & anormala dicuntur quæ in quibuſdam temporibus & modis aliam a dictis habent inflectionem. nonnunq̃ etiam in quibuſdã modis & temporibus deficiunt. ut ſunt hæc quæ ſequuntur. Sum volo: malo: nolo: fero forem: edo queſo: explicit: infit: inquit: inquã: inquio: auſim: vale: ſalue: aue: odi: noui: cepi: memini: aio: faxo: cedo & fio. Horum irregularitatem & defectum verſus ſequentes indicant. Attamen huius verbi Sum: cum eo frequẽtius utamur: integram inflectionem ſubijciam.

Inflectio huius verbi Sum.

In Indicatiuo

Præſenti Sum es eſt		Sumus eſtis ſunt
ptõ impꝑfecto erã eras erat		eramus eratis erant
preterito ꝑfecto fui fuiſti fuit	In plr̃i	fuimꝰ fuiſtis fuerũt vl̃ fuere
ptõ pluſq̃ fuerã fueras fuerat		fueramus fueratis fuerant
Futuro ero eris erit		erimus eritis erunt

In Imparatiuo

Præſenti Sis ſit	In plu	ſimus ſitis vel eſte ſint
Futuro eſto tu/eſto ille	rali	ſimus eſtote ſunto vel ſũtote

In Optatiuo utinam

Pñti & ptõ impꝑfecto eſſem eſſes eſſet		eſſemus eſſetis eſſent
ptõ ꝑfecto & pluſq̃ fuiſſe ʒ es et	In plr̃i	fuiſſemꝰ fuiſſetis fuiſſẽt
Futuro ſim ſis ſit		ſimus ſitis ſint

In Coniunctiuo Cum

Preſenti ſim ſis ſit		ſimus ſitis ſint
ptõ impꝑfecto eſſem eſſes eſſet		eſſemus eſſetis eſſent
ptõ ꝑfecto fuerĩ fueris fuerit	In plr̃i	fuerimus fueritis fuerint
ptõ pluſq̃ fuiſſem fuiſſes fuiſſet		fuiſſemus fuiſſetis fuiſſent
Futuro fuero fueris fuerit		fuerimus fueritis fuerint

In infinitiuo

Præſenti & ptõ impꝑfecto eſſe		eſſendi
ptõ ꝑfecto & pluſq̃ fuiſſe	Gerundia	eſſendo
Futuro caret		eſſendum

Supinis caret. Habet unum participium præſentis temporis ſcilicet Ens. Hac forma inflectuntur & eius compoſita: ipſa tamen gerundia non habent nec participia/tribus demptis ſcilicet preſum poſſum & abſum. Vnde Dic abſens præſens: dic potuiſſe potens. Aſſum vero in imparatiuo habet ades vel aſſis. DISCIPVLVS. Ad alia perge. MAG.

Volo Dat volo vis vult et volumus et vultis ſine norma.
Juſſio deficiens: capit ex optante futurum.
Dat primo vellem/dat ſine velim modus optans.
Hec ſocijs repete/ſupinus dat tibi velle.
Hinc finem demas: per ternam cetera formas:
Malo Dic malo primum raro formare futurum.
Jura tenere patris per cetera tempora dicis.
Nolo Nolo patrem ſequitur. tamen imperialis habetur.
Noli/nolite/nolito/toteqꝫ lunto.
Fero Dat preſens primi fers fert: fertiſqꝫ ſecundi.
Preſens fer ferte: ferto fertote futurum.
Dat terni preſens ferrem: ſocium ſibi iunges:
Dat quinti ferre preſens: eademqꝫ notate.
Forem Tempora paſſiuo: ferris ferturqꝫ notentur.
Ferreqꝫ dehinc fertor: ferrer ferriqꝫ ſequuntur
Ad morem terne fero cetera debet habere.
Tempora terna forem dabit: et fore/cetera ſperne
Rem dat res/ret/rent/remus caret atqꝫ foretis.
Edo. Es eſt ac eſſe dat/edo tibi cetera terne.
Ad plures edite dic/plures dant tamen eſte.
Ac eſtur format paſſiuo/ſic editur dat.
Queſo Queſumus ex queſo retinens/nil plus dare quero.
Explicit infit. inqt Explicit expliciunt preſentis infit et inquit.
inquam Inquam preſentis eſt/et quandoqꝫ futuri.
inquio Inquio quis inquit/pluralis imus dabit iuntqꝫ
Am tantum dicunt es/et donare futurum.
Et preſens inque ſemper dabit imperiali.
Auſim Is it declines auſim/pluraliter auſint.
Vale Deqꝫ vale quidam dixere valete valeto.
Salue Atqꝫ valetote/quinto dixere valere.
Aue Proceſſu ſimili ſalue formatur/aueqꝫ.
Odi noui cepi. me/mini Bis duo ſunt odi/noui/cepi/meminiqꝫ.

Que retinent ſenſum preſentis preteritiqꝫ
Que formantur ab his pariter ſenſum duplicabunt:
Datqꝫ mementote memini/dabit ante memento.
Aio dic is it/unt plurali ſociamus. Aio.
Dic ſimul aiebam bas bat/pluraliter atqꝫ.
Inuenitur ai preſentis imperatiui
Et faxo faxis faxit. ſic et cedo pro dic.
Dat fio fierem fieri/dat cetera tertie. Faxo.
Optans futurum preſens dabit imperialis. Cedo. Fio.
Dic duc fac et fer et que componis ab illis.
Cum facit a verti e in i/verbi regula ſeruit.
In ui preteritum de ſe data tempora quedam
Sincopat/hinc demas diſſyllaba quodqꝫ fit inde.
Inuenies noſti fleſti flaſti quoqꝫ sciſti.

Dequibuſdam aliis defectiuis. MAG:
Sūt nōnulla alia ꝟba ptĩs/& aliq̄ ſupīs carētia. DI. & hęc enumera
MAG. Reſpuo/ cerno/luo propriis caruere ſupinis
Et linquo/ſatago/compeſco/lamboqꝫ lingo/
Ambigo cum metuo/timeo ſimul urgeo/gliſco/
Caluoqꝫ cum renuo/diſcoqꝫ tremo quoqꝫ poſco.
Ango cum viſo/ ſugo coniungere debes.
Eſtuo/ſterto/mico/rudo/ſtrido/ſtrideo/pſallo:
Et conquiniſco/parco/quibus addito dego.
Horreo/ſcando/pauet/ mando/ ſcaboqꝫ ſcalpo.
Preteritis refert/miſeret/tedetqꝫ carebit.
Atqꝫ carent imperſonalia cuncta ſupinis.
Sed placitum/licitum/delectatum/libitumqꝫ.
Atqꝫ miſertum/ perteſum ſolummodo formas.
Atqꝫ carent hec preteritis propriiſqꝫ ſupinis.
Polleo cum fido/furio/ferio/ſimul addo.
Gliſco/fero/ timeor/metuor/tollor quoqꝫ linquor.
Cerno ſic ſiſto veſcor medeor reminiſcor.

Dic inceptiuam meditatiuamq; carere:
Eſurit tamen inuenies et parturierunt.

Et tantum de verboꝝ coniugatione:ad formā ſtilum vertamus.

De forma verboꝝ. Capitulum.xxx. DIS.

Forma ſiue ſpecies primitiua deriuatiua

FOrma verboꝝ q̄ eſt? MAG. Forma ſiue ſpecies verboꝝ duplex eſt ſcꝫ primitiua & deriuatiua. DIS. Primitiuę ſpeciei q̄ ſunt? MA. Quæ ab alijs nō deſcēdūt. ut lego ferueo. & hęc oīa dicuntur formę ꝑfectę verba. DIS. Deriuatiuę ſpeciei verba q̄ ſunt? MA. q̄ ab alijs deſcendunt: aut a verbis aut a noībus. Et hæc ſunt ſextuplicia ſcꝫ inchoatiua / meditatiua / deſideratiua / frequētatiua diminutiua & imitatiua.

inchoatīa

DIS. Inchoatiua q̄ ſunt? MA. Quę initiū actus aut paſſionis ſuoꝝ primitiuoꝝ ſignificāt. aut forte verius ſignificant idē q̄d primitiua ſua cōpoſita cū fio. ut caleſco: id eſt calefio vel incipio calere. liqueſco id eſt liquefio: aut incipio liquere. Et hęc formantur a ſecunda ꝑſona pn̄tis indicatiui ſingularis nūeri ꝑ additionē co. ut cales addendo co fit caleſco. Hoc tn̄ nō facit hiaſco: ſed hiſco: ſic & eius cōpoſitū. ut dehiſco. miſereor facit miſereſco. Sunt autē oīa inchoatiua tertię cōiugationis & neutra p̄teritis & ſupinis carētia. Verū iſta verba: caneo ſeneo: ī noteo dulceo ęuaneo matureo & ſiīa ab uſu recedētia: ſua ptā deriuatiuis eoꝝ reliq̄runt. ut ſenui: ſeneſco. qeui requieſco.

Meditatiua.

DI. Meditatiua quæ ſunt? MA. Quę meditatiōes actus ſuoꝝ primitiuoꝝ ſignificāt: ut eſurio: id ęſt meditor edere. Quidā tn̄ grāmaticoꝝ (& fortaſſe nō ab re) hæc eadē verba deſideratiua dixere unde Eſurio id eſt cupio ſiue deſidero edere: nō cogito edere. Formātur autē oīa talia ab ultimo ſupino verbi ꝑfecti per additionē rio. ut lecturio eſurio ꝑturio (& ſunt coniugationis q̄rtę) ptīs & ſupinis carētia p̄ter eſurio & ꝑturio.

deſideratiua.

DI. Deſideratiua q̄ ſunt? MA. Quoꝝ ſignificatio ꝑ infinitiuū ſui primitiui & verbū cupio exprimi pōt. ut faceſſo: id eſt cupio facere: & hęc oīa in ſo terminanť & gemināt s demptis acceſſo & quę ab ultimo ſupino deſcēdunt q̄d ſimplici ſ ſcribiť. ut viſo viſis viſere & ſunt tertię cōiugationis. ut viſo faceſſo capeſſo a capio laceſſo a lacero / acceſſo ab accio / arceſſo ab arceo.

frequentatiua.

DI. Frequētatiua quę ſunt? MA. Quæ actus ſui primitiui frequētia ſignificant. ut agito id frequēter ago / legito id eſt frequēter lego. Et oīa hæc ſunt cōiugationis primę: & formanť ab ultimo ſupino mutādo u in o. ut curſo a curſu. Si autē penultima ſupini nō diſſyllabi habeat a longā / a in i correptā vertitur. ut volatu volito / clamatu clamito. & ſi verbū perfectum habuerit gi in ptō / frequētatiuū nō a ſupino: ſed a ſecūda perſona pn̄tis indicatiui ſingularis numeri deſcēdit abiecta s & addita illa ſyllaba to. ut agito: legito dicimus & lectito viſito a video venit q̄d format viſo as. a q̄ viſito. a quero q̄rito. ſcribo ſcriptito / fluctuo flucto / ſequor ſector egreo egroto / ſcio ſcito / ſcitor ſciſcitor / q̄ſo queſito deſcēdit

diminuti/ua

DIS. Diminutiua quę ſunt. MA. Quę in lo deſinūt: & ſuoꝝ primitiuoꝝ diminutionē ſignificāt. ut a ſorbeo ſorbillo: id eſt parꝝ ſorbeo a garrio garrulo / a caluo cauillo ꝓ caluillo a catulo catillo &c. DI. Imitatiua quę ſunt? MA. quæ imitationē alicuius ī moribꝫ aut officio importāt. ut a patre patriſſo / a poeta poetor. Sūt & alię verboꝝ deriuatiōes. ut a verbo albo venit albico / a vello vellico / ab aduerbio pendie pendino as / a cras ꝓ craſtinor / ab intra venit intro / a ſup ſupo &c de aliis. Sed hęc oīa acuratiꝰ perqrere / maioris fortaſſe laboris ꝙ utilitatis eſt. Relicto itaqꝫ verbo: participium tranſcurramus.

Imitatiua

oīa huius formę verba in ſo gemināt ſ ꝑ totā inflectionem. qn̄qꝫ tm̄ ꝑ z ſcribūtur

De Participio. Capitulum. xxxi.

cipiū

p

DIS. Articipiū qd eſt? MA. Pars orōis partē capiēs a noīe / partē a verbo & partē ab utroqꝫ: accipit em̄ a noīe gn̄a & caſus / a verbo tēpora & ſignificationes: ab utroqꝫ numerū & figurā. Hinc participiū nō abſurde dicitur. nō tm̄ intelligas participium a noīe & a verbo dicta accidētia ſic recipere: ut nomē & verbuꝫ ea amittāt: ſed qa ꝑticipium hꝫ accidētia qbuſdā accidentibꝫ noīs & verbi in ſpecie ſilīa.

DI. q̄re hęc pars orationis a grāmaticis aſſumpta eſt? MAG. hoc duplici de cā factū arbitrare ſcꝫ cā breuitatis & neceſſitatis / breuiꝰ em̄ dicitur legēs diſce ꝙ lege & diſce / ſic currēs mouetur: ſuccinctius dicitur ꝙ ille qui currit mouetur. & hanc qꝫ & ſimilem ſine participio haud ꝓprie exprimere poſſumus orationē. mulieres ſe ornant ne hoīes vidētes eas derideant. nō autē dicere conuenit ne hoīes eas videant & rideant: nam qui eas deridēt neceſſario vident. DIS. Vnde facile cognoſci poteſt quæ vox participium ſit? MAG. Ex terminatione & vulgari. DIS. Quomodo terminatione? MAG. Quia omne participium terminatur aut in ans ens rus tus ſus dus vel xus. DIS. Quomodo vulgari? MAG. Quia omne participiū vulgarizatur per ende. ut ea quæ terminantur in ans vel in ens. dicitur em̄ legēs / leſende: amans liebhabende. aut vulgarizatur per iſt. ut ea quæ in ſus tus vel xus terminantur. ut viſus eſt: iſt geſehen / lectus eſt: iſt geleſen. flexus eſt: iſt gebogen. Aut vulgarizatur per wirdt: ſi in rus terminatur. ut lecturus wirdt geleſen. aut per werdē: ſi in dus terminatur. ut legendus werden geleſen. cognoſcitur & per accidentia ſua. DIS. Participio quot accidunt? MAG. Octo; ſcilicet figura / numerus / perſona / genus / caſus / declinatio / tempus / & ſignificatio. De numero autem figura genere & caſu & declinatione participiorum dicendum quemadmodum in nomine dictum eſt / per eaſdem enim regulas genera & declinationes participiorū habentur per quas & noīm.

participij cognitio

Accidētia participij

DIS. Tempora participioꝝ quot ſunt. MA. tria ſcꝫ preſens ptm̄ & futurū. DIS. Quod participiū eſt p̄ſentis tēporis? MA. q̄d terminatur ī ans vel in ens. DI. q̄d eſt tēporis futuri. MA. q̄d terminatur ī rus vel in dus DI. q̄d eſt pti? MA. q̄d terminatur ī tus ſus vel in xus: & ī uus unū ut mortuus. Exēpla patēt ſupra: nō tm̄ ꝑticipiū

Tempus

alicuius tp̄is iudicatur:q̄a tp̄s ſignificat:ſed q̄a actionẽ vel paſſionẽ in
certo tp̄e factã aut futurã demõſtrat. hæ vo voces q̃ tempus p ſe ſi/
gnificãt nõ pticipia:ſed noĩa ſunt.ut annus dies menſis hora. DIS.
Significatio Significatiões participiorꝝ quot ſũt? MA.q̃nq; adinſtar generꝝ ver
borꝝ ſc; actiualis paſſiualis neutralis deponẽtalis & cõis.participium
eñ eiuſdẽ eſt ſignificatiõis cuiꝰ gñis ẽ vbũ ſuũ a q̃ deſcẽdit. A vbo eñ
actiuo pticipiũ deſcẽdit.quod in ans ens vel rus terminat̃. DI.p quẽ
modũ? MA.Participiũ in ans vel ĩ ens terminatũ:venit a prima pſo
na ptĩ impfecti modi ĩdicatiui mutãdo bã vł bar ĩ ns.ut amabã amãs
legebã legẽs/loq̃bar loq̃ns.excipiunt̃ iens & q̃ens participia ab eo &
queo:nã hęc mutãt bã in ens/participiũ vo in rus terminatũ format̃
ab ultĩo ſupino addẽdo rus.ut a lectu lecturꝰ.A neutro deſcẽdũt hęc
eadẽ in ſpecie q̃ ab actiuo.ut a ſto venit ſtans:& ſtaturus/neutra tñ q̃
tranſitiua ſunt q̃ttuor participia de ſe formãt.ut aro habet arãs aratꝰ
rus & dus & ab orior oriturus:& a morior moriturꝰ. Sed neutra paſſi
ua tria hñt pticipia.ut gaudeo h; gaudẽs/gauiſus ſurus/fio fiẽs factꝰ
& facturus.ſic & q̃dã pure neutra tria hñt participia.ut carẽs caſſus ca
riturus &c. DI.q̃ & quot participia veniũt a vbo paſſiuo? MA.ea
quę in tus ſus xus & dus terminãtur hoc mõ. Participia in tus ſus & ĩ
xus formãtur ab ultimo ſupino addẽdo s.ut amatu amatꝰ:viſu viſus
nexu nexus & a morior mortuus. Sed pticipiũ in dus futuri tp̄is for
matur a gtĩo ſingulari participij pñtis tp̄is mutãdo tis in dus.ut a le/
gẽtis legẽdus. DI.a vbo deponẽti q̃ veniũt? MA.pñs ptm̃ & fu
turũ in rus.ut loquor loquẽs locutus & turus. A vbo vo cõi q̃ttuor
tio magis aut minus ſuſcipit. Tertia. proprie proprium eſt qualitati ſe
cundum eam ſimile & diſſimile dici. ut duo parietes albedine perfuſi
ſimiles nominantur. Et hęc de abſolutis: reſpectiua diſcutiamus.

De Relatione. Capitulum octauum.

DISCIPVLVS.

Relatiua.

r Elatiua quæ ſunt? MAG. quęcunq; hoc ipſum quod ſunt
aliorum dicuntur: vel quomodolibet aliter ad aliud. ut pater di
citur filij pater. duplum dimidij duplum: maius autẽ dicitur
minore maius: & ſimilis ſimili ſimilis. & dominus ſerui dominus. Et
hęc definitio relatiuis ſecundũ eſſe & dici conuenit. DIS. quę ſunt
relatiua ſecundum eſſe? MAG. quibus totum eſſe eſt ad aliud: vel
quę de principali ſignificato important relationẽ. ut pater: filius. Re/
latiua vero ſecundũ dici: ſunt ſubiecta a dictis relationibus denomi/
nata. ut pater a paternitate. vel ſunt quæ de ſignificato minus princi/
pali importãt relationem annexam. ut ſcientia & virtus &c. Ex quo
ſequitur. Si quis definite nouerit unum relatiuorum/definite noſcet
& reliquum, Sicut enim eſſe unius eſt ad aliud: ita & cognoſci unius
dependet a cognitione alterius. De his autem omnino determinare
eſt difficile: dubitare autem & querere non inutile. Sunt autem relati
ones huius prædicamenti reſpectus non rationis ut ſpecies vel ge/
nus per opus relatiuum intellectus fabricatæ: ſed reales ut ſimilitudo
paternitas: non aptitudinales ſed actuales & intrinſecus aduenientes
Et harum quædam ſunt equiparentię: quæ ſcilicet ſecundum eandẽ
rationem ſunt in eo quod refertur: & ad quod fit relatio. ut ſimilitudo
ratione albedinis eſt in utroq; termino. quædam ſunt diſquiparentiæ
per oppoſitum. ut paternitas in patre eſt/ratione potentię actiuę quę
genuit Filiatio autem in altero extremo eſt ratione alia ſcilicet poten
tię paſſiuę filij geniti. DIS. Proprietates relatiuorum quot ſunt?
MAG. Quattuor. quarum prima hæc eſt. Relatiua contrariantur
ut virtus vitio contrariatur: & ignorantia diſciplinę. Secunda Relati/
ua ſuſcipiunt magis & minus. ut ſimile dicitur aliquid magis vel mi
nus. Hæc tamen proprietates non omnibus relatiuis nec etiam ali/
quibus conueniunt: quia relationes/ſed ratinoe fundamentorum.
Tertia omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam ut duplum dicitur
dimidij duplum. & pater filij pater: & rurſus dimidium dupli dimidi
um eſt. & filius patris filius eſt. Hoc tamen fallit ſi correlatiui non fu
erit conueniens aſſignatio. In multis enim relatiuis hoc contingit ut

Relatiua. ſcd'm eſſe

Relatiua. ſecundũ dici.

☞

Relatiua equiparẽ tię.

Relatiua diſquipa rentię.

proprieta tes relati/ uorum

non inuenſatur vocabulum quo ſibi viciſſim reſpondeant quę ad ſe
ſti. referuntur. Auguſtinus quinto de trinitate: capitulo duodecimo. Vn
de ala auis ala eſt: non autem econtra auis alę auis dicitur: ſimiliter remus nauis remus eſt: ſed non omnis nauis remi nauis eſt: cum ſint naues remos non habentes. Oportet igitur correlatiua conuenienter aſſignare: & pro aue alatũ pro naue remitũ dicere. Dicitur enim ala alati ala: & econuerſo: alatũ alę alatũ & remus remiti remus: ſimiliter remitum remo remitũ appellatur. Sic & caput capitati caput eſt: & relatiue ad ſe dicuntur: ꝙuis etiam ſubſtantię ſint. DIS. Quomodo autem cognoſcimus ſi correlatiui ſit conueniens aſſignatio?

MAGI. Quando ſecluſis omnibus ab ipſo quę accidentaliter de eo dicuntur: ipſum adhuc ad relatiuum refertur. ut ſecluſa riſibilitate/animalitate & ceteris a domino nihilominus ad ſeruum refertur: ſecluſa vero/ala ab aue/ad alatum amplius non dicitur. Quarta proprietas. Relatiua ſunt ſimul natura/ortu & occaſu. Poſita enĩ ſe ponunt & perempta/ſe perimunt. ut ſi pater eſt/filius eſt & econuerſo. Nec valet inſtantia de ſcientia & ſcibili; ſenſu & ſenſato. nam ſcientia non refertur ad ſcibile: ſed ſcitum. ſic ſenſus non refertur ad ſenſibile: ſed ſenſatum. Hęc de relationibus intrinſecus aduenientibus: quę ſcilicet poſitis extremis neceſſario ſunt. Reſtat ut de relationibus extrinſecus aduenientibus aliquid deſpiciamus.

Relatiue intrinſec⁹ aduenientes.

De Actione. Capitulum nonum.

DISCIPVLVS.

r Elationes extrinſecus aduenientes quas dicis? MAG. Eas quę poſitis extremis nõ neceſſario ſunt. Si enim ſit ignis & lignum actionem eſſe neceſſarium non eſt/donec fuerint applicata. DIS. Actio igitur eſt relatio extrinſecus adueniens? MAG Eſt & nõ ſola ſed & paſſio: & alia quæ ſuperſunt prædicamẽta. DIS Actio quid eſt? MAG. Eſt forma reſpectiua ſecundũ quam in id quod ſubijcitur agere dicimur. ut ſecamus formaliter ipſa ſectione: & ignis calefacit formaliter calefactione: effectiue vero calefacit calore.

relatio extrinſecus aduenĩes

Actio

DIS. Quot ſunt huius prædicamenti ꝓprietates? MAG. Tres Prima Actio habet contrarium. ut calefactioni cõtrariatur frigefactio Suſcipit etiam magis & minus. ut magis & minus calefacere dicimur Sciendum aũtẽ has ꝓprietates nõ reſpectibus illis quę actiones ſed eorum cognotatis potius cõuenire. Tertia eſt proprie proprium eſt. Actioni ex ſe inferre paſſionem id eſt actio eſt forma reſpectiua qua agens formaliter in patiens producit formam abſolutam: quæ dicitur paſſio. ut ignis mediante calefactione inducit in aquã paſſionẽ

proprietates actõis

ſcilicet caliditatem a qua effectiue aqua patitur: formaliter autẽ a reſpectu actioni oppoſito: quam ſimiliter paſſionem appellamus.

De Paſſione. Capitulum decimum.

Paſſio.

DIS. Paſſio quid eſt? MAG. Eſt effectus illatioq; actionis. ut calefactio paſſiua producta in aquã effectus eſt: & illatio calefactionis actiue: qua ſcilicet ignis formaliter calefacere dicitur. Paſſio igitur actionis effectus eſt: non ut cauſę efficientis ſed formalis mediante qua agens paſſionẽ paſſo infert. Poſſet inſuper alia definitio paſſionis dari. DIS. Quę? MAG. Paſſio eſt ſecundũ quã id quod ſubijcitur pati dicitur. ut aqua calefieri dicit̃ formaliter calefactione paſſiua. DIS. Huius ꝓprietates quæ ſunt? MAG. Paſſio duas primas proprietates habet cũ Actione cõmunes. & tertiã propriam: ſcꝫ propriũ eſt paſſioni inferri ex actione. DIS. Actio & Paſſio qm̃ correlatiua ſunt/ſimul natura ſunt. quõ igitur paſſio ex actione poteſt inferri: cum inferens illato naturaliter prius ſit? MAG. Si proprietatẽ de abſolutis accipimus: dubitationem non habet. Paſſio enim uti eſt caliditas producta in aqua ab igne infertur. ſed cũ hæ q̃litates ſint: ad hoc genus minime pertinent. Neceſſe eſt ergo ut intelligamus paſſionẽ formaꝫ reſpectiuã inferri ex actione tanq̃ principio formali. ab agente ṽo tanquã a principio effectiuo. Stat autẽ cauſaꝫ formalem mediante qua/ſimul eſſe cũ effectu. DIS. Admittis igitur actionẽ & paſſionẽ eſſe correlatiua? MAG. Admitto. DIS. Ergo diuerſa prædicamenta efficere non poſſunt ſed in eadẽ continẽtur coordinatione: ſicut paternitas & filiatio. MAG. optime infers nec ego actionẽ & paſſionẽ diuerſa prædicamenta/ ſed unius prædicamenti diuerſos modos eſſe intelligo. Vnde Auguſtinus in logica ſua. Actio & paſſio genere conueniũt & qualitate differunt. DIS. Cuius generis modi ſunt? MAG. Trãſmutationis. quæ dicit reſpectum mutuum agentis ad patiens & econuerſo.

ꝓprieta/tes paſſionis

Actio & paſſio ſũt unius gene ris ꝓdica/men. alis.

Augu

De Quando. Capitulum undecimum. MAG.

Quãdo

Quod ſequitur in ordine prædicamentoꝝ eſt Quando. Et eſt quod ex adiacẽtia temporis in re tẽporali derelinquitur. ut hodie. In re enim hodierno menſurata tempore reſpectus tẽporis menſurantis cauſatur. Eſt autẽ reſpectus extrinſecus aduenieñs. nã poſitis extremis ſine earundeꝫ applicatione non conſurgit. ut poſito homine extra cœlum fundamentũ & terminus ipſius quando ſunt/ ſcꝫ homo extra cœlũ: & tempus ſub cœlo: ſed nondũ quando eſt.

ꝓprietates Quñ

DIS. Quot ſunt proprietates huius prædicamenti? MAG. tres Prima. Quando non habet contrarium. Secunda. Quando nõ ſuſcipit magis nec minus. Tertia. Quando ineſt omni illo quod incipit eſſe in tempore. Et intelligendum de quando paſſiuo. Quando

enim actiuum eſt in tempore rem temporalem menſurante. Et ſi/ cut actio & paſſio unius prædicamenti diuerſi ſunt modi: ita quan/ do actiuum & paſſiuum. pergamus ad ubi. DIS. Perge.

De Vbi. Capitulum duodecimum. MAG.

v Bi eſt circumſcriptio corporis locati a loci circumſcriptione procedens ut eſſe in aqua / in aere &c. Ex hoc enim ꝙ locus locatum circumſcribit duplex conſurgit reſpectus, unus in corpore locato. & eſt ubi paſſiuū hic definitū: oppoſitus in loco cir/ cū ſcribente & dicitur ubi actiuū: & eſt locus pro formali. DIS. Oſten das & hunc reſpectum extrinſecus aduenientē. MAG. Quia po/ ſitis extremis non applicatis non conſurgit. Poſito enim homine extra cœlum eſſet in mundo locus / & locabile extra cœlum ſine ubi actiuo & paſſiuo. DIS. ꝓprietates huiꝰ quot ſunt? MAG. Duę. Prima. ubi nō hēt ꝯtrariū. Secūda ubi nō ſuſcipit magis & minꝰ Oppōitū tn̄ veriꝰ eſt: qa ubi eſt ꝑ ſe terminꝰ motꝰ. Sȝ de hoc in naturalibꝰ / poſitio nem percurramus. — Vbi — proprietates ubi.

De Poſitione Capitulum tredecimum DIS.

p Oſitio quid eſt? MAG. Poſitio eſt quidam partium ſitus & generationis ordinatio ut eſſe ſurſum: ſeſſio: ſtatio. &c. — Poſitio

Pro cuius intellectu ſciendū ꝙ poſitio primo dicit extenſio/ nem quantitatis extra partem quantitatiuā. & ſic eſt predicamenti quantitatis. Sunt enim quātitates habētes poſitionē partiū in con/ tinuo. ut linea ſuperficies. Secūdo poſitio dicit reſpectū partiū po/ ſitarum ſecundū poſitionis differētias ad locū. & ſic eſt predicamē/ tum ab alijs diſtinctū Reſpectus autem partiū inter ſe & in toto ſunt huius predicamēti modi ſpeciales. Vel dicatᷓ. ut Auguſtinꝰ dicit ꝙ ſint in ad aliquid quia ſunt reſpectꝰ intrinſecus aduenietēs. Ex quo ſequitᷓ ꝙ ſi aliquod corpus poneretᷓ extra cœlum adhuc haberet il/ lam poſitionē. In definitiōe capiatᷓ & pro vel. DIS. Quot ſunt poſitionis ꝓprietates? MAG. Tres. Prima. Poſitio nō habet con trariū. Secūda poſitio non ſuſcipit magis & minus. Tertia propri um eſt poſitioni ſubſtantię proximę aſſiſtere id eſt nullū proximiꝰ ſubſtantię adeſt. Licet aliquod ęque ꝓpe ſcȝ ubi. ſimul eñ res in lo/ co eſt & in eo ſituata eſt. Definita eſt aūt hic poſitio paſſiua fundata in re poſita: Poſitio autē actiua eſt reſpectꝰ oppoſitꝰ in loco fundatꝰ. — Poſitiōis ꝓprietates

De Habitu. Ca. decimumquartum. MAG.

p Oſtremū in numero predicamentoꝝ Habitū conſpicimus. Eſt autem habitus corporū & eorum qui circa corpus ſunt adiacentia. Id eſt habitus eſt reſpectus in corpore habituato ex adiacentia habitus cauſatus. Et eſt habitus paſſiuus. Nam in re adiacente cauſatᷓ reſpectus alius qui habitus actiuus dicitᷓ ut eſſe tu nicatum, eſſe loricatum. DIS. Quot ſunt habitus proprietates? — Habitus.

ꝓprieta. habitus

MAG. Tres Prima habit⁹ ſuſcipit magis & min⁹ ut eques eſt armatior pedite. Hęc ꝓprietas attribuit̃ habitui nõ ut reſpectus eſt: ſed ratione fundamẽti: quod & ſi intenſiue magis & minus nõ ſuſcipiat (quia ſubſtantię ſunt arma) tamẽ extenſiue: quia in equite ſunt magis plurificata q̃ in pedite. Secunda habitus nõ habet contrarium. Tertia habitus ſemper eſt in pluribus. ſi intelligatur ſcilicet in habito & habituato ſic cõuenit ubi & quãdo & alijs. quia ut viſum eſt Vbi eſt duplex ſcilicet actiuum & paſſiuũ. ſic quando. ſic & poſitio. ſic ſimiliter & habitus. Aliter ergo intelligenda eſt proprietas. habitus ſemper eſt in pluribus id eſt poteſt in pluribus fundari ſimul & ſemel. ut veſtitum eſſe ſimul & ſemel poteſt eſſe ex adiacentia tunicæ & pallij. ſic & tunicatus quis dicitur etiã ſi decem tunicas induiſſet. De his ſatis dictũ ſit: poſtprædicamẽta perluſtrabimus. Eorum nãq; noticia neceſſaria eſt. ut quę predicamẽta cõſequũtur cognoſcamus proprietates.

De Poſtprędicamẽtis. Ca. decimumquĩtum.

poſtprę/dicamẽta

DIS Quot ſunt poſtprędicamẽta MAG. Quinq; ſcilicet Oppoſitio. Simul. Prius. Mot⁹. & Habere. DIS. de his itaq; ſi q̃ habes in mediũ ferre ne graueris. Et primũ de oppoſitione.

Oppoſitionis ſpẽs

Cõtraria

MAG. Oppoſitionis quattuor ſunt ſpecies. Nam oppoſitoꝝ quędam ſunt contraria: quędã contradictoria]: quędã relatiue/ & quędam priuatiue oppoſita. Contraria autẽ ſunt quęcũq; ſub eodẽ genere poſita maxime a ſe inuicem diſtant eidẽ ſuſceptibili viciſſim inſunt: a quo & mutuo ſe expellunt: niſi alterũ inſit a natura (ut nigredo corui) Exempla ſunt caliditas & frigiditas albedo & nigredo. Sed regula hęc in his cõtrarijs quæ bona & mala ſunt deficit inquit Auguſtinus in Enchyridion. c. 13. hęc enim duo contraria ita ſimul ſunt. ut ſi bonũ non eſſet in quo malum eſſet: prorſus nec malũ eſſe potuiſſet: quamuis bona ſine malis eſſe poſſint Sed hic priuatiue oppoſita cõtraria extento nomine dicere videtur. nam exemplificãdo ait. poteſt em̃ homo vel angelus nõ eſſe iniuſtus: iniuſtus aũt nõ poteſt eſſe niſi homo vel angelus. Hoc qui voluerit. c. antecedenti & ſequenti ibidem diligentius inquirat. ad ꝓpoſitũ redeamus. Sunt aũt contraria duplicia: videlicet medita & ĩmediata. DIS. Quę ſunt

Aug in en

ĩmediata

contraria ĩmediata? MAG. Quorũ ſubiecto ſuſceptibili exiſtente neceſſe eſt alterum eorum ineſſe. ut paritas & imparitas reſpectu

mediata

numeri. Contraria vero mediata ſunt, quoꝝ ſubiecto ſuſceptibili exiſtente nõ eſt neceſſe alterũ ineſſe. Poteſt em̃ mediũ ineſſe. ut albedo & nigredo. inter quę mediat rubedo &c. Quibuſdam tamẽ medijs nomina nõ ſunt impoſita: tunc ſumenda ſunt per abnegationẽ utriuſq; extremi ut mediũ inter prauum & ſtudioſum eſt. quod nec prauum nec ſtudioſum eſt. DIS. Quę ſunt contradictorie oppoſi/

ta? MAG. Quorũ ſi alterũ eſt neceſſe eſt alterũ non eſſe: ut ſede/re & nõ ſedere. DIS. Quę ſunt relatiue oppoſita? MA. Qui/bus hocipſum eſt ad aliud quodãmodo ſe habere. ut duplum & di/midiũ. DIS. Quæ ſunt priuatiue oppoſita? MAG. Quæ ha/bent fieri circa idem ſubiectum ordine irregreſſibili & tempore de/terminato a natura. ut viſus & cęcitas circa oculum (cęcus aũt nõ dicitur qui nõ habet viſum ſed qui viſum non habet tempore deter minato quo deberet habere. ut catellus ante nonum diem nec vidẽs nec cęcus eſt) dicitur autẽ ordine irregreſſibili. de viſu em̃ ad cęcitatem contingit progredi & nõ econuerſo. Impoſſibile eſt em̃ a priuatione perfecta in habitum fieri progreſſum; exiſtente principio in/trinſeco. nam a tenebris aeris regreſſio fit in lucem: eo ꝙ principiũ lucis ſit extra aerem.

Contradictorie oppoſita. Relatiue oppoſita priuatiue oppoſita.

De Prioritate. Capitulum ſedecimum. MAG.

ſ Ecundum poſtprędicamentũ eſt Prius. Cuius quidẽ quat/tuor ſunt modi. DIS. Qui? MAG. Primus eſt: quo al/terum eſt prius altero ſecundũ tempus. quod enim antiqui⁹ & ſenius eſt: prius eſt Secundus eſt quo alterũ prius eſt altero: quia ab eo nõ conuertitur ſubſiſtendi cõſequẽtia: ut unum prius eſt duobus. ſequitur em̃ bene: duo ſunt igitur unum eſt: ſed nõ conuertit. unum eſt igitur duo ſunt. Tertius eſt quo aliud dicitur prius alio ordine. ut litteræ prius ſunt ſyllabis. Quartus eſt q̃ aliud dicitur pri⁹ altero: quia melius & honorabilius eſt. Hunc tamẽ modũ Auguſti/nus inutilem dicit & in duodecimo libro cõfeſſionũ Prioris modos ponit quatuor dicens. Deũ prȩcedere omnia ȩternitate: florem fructum tempore & rurſus fructum florem ȩlectione: & ſonum prȩcedere cantũ origine. quomodo & ĩformis materia præcedit a iã ori gine ſcilicet & non tempore Et prȩter hos eſt alius modus prioris: quo ſcilicet alterũ alio prius eſt natura: & ab ipſo conuertit̃ ſubſiſtẽ/di conſequentia. ut res eſt prior veritate propoſitionis. Ab eo enim ꝙ res eſt vel non eſt oratio vera vel falſa dicitur. unde hominẽ eſſe prius eſt: quã hȩc vera ſit. homo eſt Et ab eo conuertitur ſubſiſtẽdi conſequẽtia. ſequitur em̃ bene verũ eſt hominẽ eſſe igit̃ homo eſt.

prioris modi.

De Simultate. Capitulum decimum ſeptimum. MAGISTER.

t Ertium in ordine poſtprȩdicamentũ eſt Simultas cuius tres ſunt modi. DIS. Qui? MAG. Primus. quo aliqua ſi/mul ſunt tempore. ut ignis & ſplendor eius. Secundus eſt q̃ ſimul dicunt̃ a quibus conuertitur ſubſiſtendi cõſequentia: & neu/trum eſt cauſa alterius. ut relatiue oppoſita ſequit̃ enim duplũ eſt: igitur dimidiũ eſt. & tamẽ neutrum eſt alterius cauſa. Tertius eſt q̃ ſimul ſunt ea quæ ex oppoſito aliquod genus diuidunt. ut rationale

Simultatis modi.

& irrationale: quæ diuidunt animal. id eſt demonſtrant cõmunica/bilitatem ipſius animalis eo q potentiam eius declarant.

De Motu. Capitulum decimũoctauũ. MAG.

Motus ſpecies — Quartum Poſtpredicamentũ eſt Motus. Et huius ſex ſunt ſpecies. Accipitur autẽ hic Motus cõmuniter pro tranſmutatione quacunq;. DIS. Quæ ſunt hæ motus ſpecies? MA. Generatio: Corruptio: Argumẽtatio: Diminutio: Alteratio & loci mutatio. Eſt autẽ Generatio ꝓgreſſio a non eſſe ad eſſe. Corruptio progreſſio eſt ab eſſe ad non eſſe. Augmẽtatio eſt preexiſtentis quãtitatis maioramentũ. Diminutio aũt pexiſtentis quãtitatis minoramentum eſt. Alteratio autẽ eſt mutatio a qualitate contraria in contrariam. ut de albo in nigrum. Loci vero mutatio motus eſt de uno loco in alium. ut de ſurſum ad deorſum. De his autem latius videbimus in naturalibus.

(Margin: Gñatio. corruptio augmentatio diminutõ alteratio loci mutatio)

De Habere. Capitulũ. decimũnonum. MAG.

Habendi modi — Quintum & ultimũ Poſtpredicamentũ eſt Habere. quod quidem dicitur multis modis. Primo enim dicimur habere qualitatem. ut virtutem. Secundo dicimur habere quantitatem. ut magnitudinem. Tertio dicimur habere ea q̃ circa corpus ſunt. ut habere annulũ in digito. Quarto habere dicimur membrũ. ut pedem aut manum. Quinto dicimur habere poſſeſſionẽ. ut domũ vel agrum. Sexto continens contentum habere dicitur. ut vas habet vinũ. Septimus habendi modus eſt quo vir habet uxorẽ. Et hic modus habendi eſt alieniſſimus. vir enĩ nõ habet uxorẽ niſi quia cũ ea ſociatur: & cum eam habet / habetur ab eadem. Preter hos autẽ & ſi alij ſint habendi modi: ad prędictos tamen reduci poſſunt. Hęc ſunt fili quę de Predicamentorum rationibus ignorare turpe: ſcire autem opereprecium eſt. Videamus & reliqua. DIS. Ecce indeſeſſum me ſemper habes auditorem.

Tractatus tercius. De Propoſitione. Ca. i. MAG

Cognitis itaq; Prædicabilibus & Prædicamẽtis cõſequens eſt ut diſcutiamus ad quẽ finem logicus harum ordinauerit noticiam. DIS. Eſtimabam ex his quę ab initio pręmiſeras / hęc omnia ad diſcretionem veri falſiq; deſeruire. MAG. Et recte opinatus es. Talis autem diſcretio ſine argumẽtatione / & argumẽtatio abſq; ꝓpoſitione haberi non poteſt: quapropter ea quæ dicta ſunt ĩmediate ad ꝓpoſitiones / & ꝓpoſitiones ad argumentationes / quæ rurſus ad cõmunẽ logicę finem applicandę ſunt. & quoniã res non ſemper ad diſputationẽ ferre poſſumus: pro rebus utimur vocibus. Sicut enim ſcripturę vocũ / ita voces rerum: & conceptuum id eſt paſſionũ animę notę ſunt. Et ſicut in intellectu quidã concept⁹ ſunt ſimplices nec veri nec falſi: quidã vero cõplexi veri & falſi: ſic

(Margin: concept⁹ ſimplices cõpoſiti)

ſimiliter quædã voces ſunt ſimplices nec verum nec falſum ſignifi/
cantes: quędã vero compoſitę verę & falſę (circa compoſitionem
nãq; veritas & falſitas ſunt) Et hę ex nomine & verbo res prędica/
biles & ſubijcibiles ſignantes (id eſt cõceptibiles unius in ordine ad
alteram) conſtituuutur & vocantur orationes.

De Oratione. Capitulum ſecundum. DIS.

q Vid eſt Oratio? MAG. Eſt vox ſignificatiua ad placitum — Orationis
cuius partes ſeparatę aliquid ſignificant ut dictio nõ ut ora/ — definitio.
tio. ut homo currit: homo ſignificat hominẽ & currit actum
currendi. partes tamẽ remotæ ſcilicet dictionũ ſyllabę nihil ſignifi/
cãt. ut ho & rit. Oratio biſaria eſt: pfecta & impfecta. Perfectã ora — perfecta.
tionem dicimus quæ pfectum in animo audientis ſenſum generat. — impfecta
ut homo currit. Per oppoſitum oratio impfecta/ eſt quę nõ ſenſum
perfectũ in animo audientis cauſat: ut homo albus. Et a logico ab/
ijcitur. perfecta vero rurſus multifarie partitur. Quędã enim in/
dicatiua: alia impatiua: alia deprecatiua: alia optatiua: alia cõiuncti/
ua. &c. ſecundũ φ verba in oratiõe poſita in modis variantur. Sed — oratio in
inter has logicus ſolam indicatiuã de verbo pſentis temporis acci/ — dicatiua ẽ
pit. Hęc eñ ſola verum aut falſum ſignificat: & inde ęnunciatio ſiue — ęnũciatio
propoſitio dici meretur. Patet igitur talem cõponi ex nomine ut de
finitũ eſt in prioribus. Obliqua enĩ nomina ſi iungantur verbis indi
catiui modi orationẽ incongruã conſtituunt. ut cathonis currit: & ſic
nec veram nec falſam (verũ enĩ & falſum pręſupponũt cõgruum)
Similiter ex verbo prius definito. verba enĩ ſcd'm ſe ſumpta/ nec ve
rum nec falſum ſignificãt: ſed nominibus ſimilia ſunt. ut eſt ſi purũ
dixeris/ nihil ſignificat (ſcilicet veri vel falſi) denotat tamen quandã
compoſitionẽ/ quam ſine extremis non eſt intelligere. ob hoc in de/
finitione verbi dicitur: & eſt ſemper eorum quæ de altero dicũtur no
ta. Ad incepta redeamus.

De Propoſitione. Capitulum tertiũ. DIS.

q Vid eſt ppoſitio? MA. Eſt oratio verũ vel falſũ ſignificãs — ppoſitio
vel eſt oratio non omnis: ſed in qua verũ vel falſũ eſt: ut ho
mo eſt animal. Et hęc quidem eſt duplex: ſcilicet una & plu/
res. DIS. Quid eſt propoſitio una? MAG. quæ unum de uno — Vna
ſignificat. vel eſt cõiunctione una. Sed propoſitio plures eſt quæ nõ — plures.
unum ſed plura ſignificat inconiuncte. ut Canis eſt albus. Reiecta
ſecunda logicus primam amplectitur. Quę bipartita eſt: ut eius ma
nifeſtat definitio. Eſt enim quędam una ſimpliciter quam cathegori
cam id eſt prædicatiuam dicimus. ut homo currit. Quædam vero
eſt una coniunctione: quam hypotheticam id eſt ſuppoſitiuam no/
minamus. ut homo currit & aſinus mouetur. Propoſitio una ſimpli/
citer/ rurſus duplex eſt: ſcilicet de ineſſe & modalis.

De propōe una ſimpliciter ſiue cathegorica. Ca. iiij. DIS

cathego/rica Quid eſt propoſitio cathegorica de ineſſe? MAG. Eſt quæ habet ſubiectū & prædicatū: vel aliquod ꝓportionabile illis: mediante copula cōiuncta. ut homo eſt animal. Subiectum
Propoſitionis diuiſio ſcd'm q̄titatem autē dicimus de quo aliquid ęnunciať. Prædicatū autem quod de altero dicitur. Copula eſt quę ſubiectū prædicato cōiungit. ut hoc verbum ſum cū ſuis cōdeclineis. Propoſitio cathegorica rurſus diuiditur: nō quidem ſecundū ſubſtantiā: ſed quantitatē in uniuerſalē par/
Vniuerſalis ticularem/indefinitam & ſingularem. DIS. Vniuerſalis quæ eſt? MAG. In qua ſubiectum eſt uniuerſale/ſigno uniuerſali determi/
ſigna uniuerſalia. natum. ut omnis homo eſt auimal. Sunt autē ſigna uniuerſalia hæc Omnis/nullus/quilibet/neuter/uterq;/& ſimilia. Vel eſt quæ omni
Particularis. aut nulli (ſcilicet ſubiecto) ineſſe ſignificat (ipſum prædicatū) Parti/cularis eſt in qua ſubiectū eſt uniuerſale / ſigno particulari determi/
ſigna particularia natum. ut quidā homo eſt animal. Sūt autē ſigna particularia hæc. Quidam/aliquis/alter/& ſimilia. Vel eſt quæ alicui/aut alicui nō:
indefinita aut non omni ineſſe ſignificat. Indefinita eſt in qua ſubiectū eſt uniuerſale ſine ſigno diſtributiuo poſitū. ut homo eſt animal. additur autem diſtributiuo: propter illā Omnes apoſtoli dei ſunt duodecim ubi ſignum omnes nō diſtributiuum ſed collectiuū eſt. vel eſt quæ
Singl'ris. ineſſe aut nō ineſſe ſignificat/ſine ſigno uniuerſali vel ꝑticulari. Sin/gularis vero eſt in qua ſubiectū eſt indiuidnū/diſcrete tentum (ꝓpter illam: ioannes eſt terminus diſcretus) ut ioannes eſt homo. ille ho/mo eſt animal. Amplius quęlibet harū duplex eſt/affirmatiua ſcilicet
affirmatiua & Negatiua: & negatiua. Affirmatiuā dicimus: in qua p̄dicatū affirmatur de ſub/iecto. ut homo eſt animal. Negatiuā vero in qua p̄dicatū de ſubiecto negatur. ut homo non eſt aninal. Et hęc diuiſio ꝓpoſitionis ſecundū qualitatē eſt. Animaduertendū/. nō eodem modo de hac triplici diui
Interrogatiua propoſitionis ſione interrogationes formari. De ſubſtātia enim inquirimus ꝑ. quæ eſt? & reſpondemus. cathegorica vel hypothetica. De quātitate per. quāta eſt? Et reſpōdemus. uniuerſalis: ꝑticularis indefinita vel ſingularis. Et de q̄litate ꝑ. qualis eſt? Et reſpōdemus affirmatiua vel negatiua.

De Oppoſitione propoſitionū. Ca. v. MAG

Preter autē hęc neceſſaria eſt ad ꝓpoſitionis noticiā paſſionum eiuſdē cognitio. Quę ſunt oppoſitio cōuerſio: & ęquipollentia. De quibus videndū erit per ordinē p̄miſſis nō nullis diui/ſionibus. Quarū prima. Propoſitionū cathegoricarū/quędā tam in ſubiecto q̄ in p̄dicato ꝑticipant. ut homo eſt animal. homo non eſt animal. Quædā altero tantum. ut homo eſt animal. aſinus eſt aīal. Quędā nullo. ut homo currit. aſinus mouetur. Secunda. Propoſiti/onū in ſubiecto & p̄dicato participantiū: q̄dam participāt ordine cō/uerſo. ut homo eſt animal: animal eſt homo. Quędā ꝟo participāt

ordinē eodē.ut homo eſt aīal.omnis hō eſt animal.Et his ultimo or/
dine ænumeratis accidit oppoſitio partita q̄drifarie. Sunt enī quædā
ppoſitiones oppoſitę cōtrarię/quędā contradictorię.quędā ſubcō/
trarię.quędā vero ſubalternę.Oppoſitiones intelligunt̄ de ppoſitio/
nibus ſimplicis qualitatis. DIS.Cōtrarię quę ſunt? MAG.Vni contrarię
uerſalis affirmatiā & uniuerſal' negatiua eiuſdeʒ ſubiecti & p̄dicati. ut
oīs hō eſt aīal. nullus hō eſt aīal. Cōtradictoriæ ſunt uniuerſalis affir contradi/
matiua & particul'ris negatiua.ut omnis homo eſt aīal. quidam ho/ ctoriæ.
mo nō eſt animal.& uniuerſalis negatiua & particularis affirmatiā:
eiuſdeʒ ſubiecti & prædicati.ut nullus homo eſt animal.q̄dam homo
eſt aīal. Subalternę ſūt uniuerſalis affirmatiā & particul'ris affirmati ſubalt'nę.
ūa eiuſdeʒ ſubiecti & p̄dicati.ut omnis hō eſt anīal. q̄dā hō eſt anīal.



Et uniuerſalis negatiā & particu
laris negatiā eiuſdē ſubiecti & p̄/
dicati.ut nullus homo eſt anīal.
quidā homo nō eſt aīal. Subcō/ Subcon/
trariæ ſunt p̄ticularis affirmatiua trariæ
& particularis negatiā eiuſdē ſub
iecti & p̄dicati. ut q̄daʒ homo eſt
aīal.q̄dā homo nō eſt aīal.Com
prēhendunt̄ autē in ppoſito inde
finita & ſingularis ſub particulari.
Nā quidq̄d de una dicit̄ idem de
alia intelligendū eſt.Oportet au/
teʒ ppoſitionuʒ oppoſitaꝝ ſubie/
cta & prædicata teneri ſignificati
ue:æque ample.æque ſtricte & eo
dē genere ſuppoſitionis. Omniū
dictoꝝ exēpla patēt in figura hic
inſerta. Nec hoc ſilentio præte/
reūdū ppōes ſcʒ oppoſitas certis
conſtringi legib⁹: ſcd'm q̄s veri/
tas vł falſitas earundem ſiml' po
teſt eſſe vel non eſſe:quas tamen facile non cognoſcimus/niſi & ma
teriam propoſitionum intelligamus.

De materia propoſitionum.Cap.ſextū. DIS.

M Ateria ppoſitionū quid eſt? MAG.eſt ſubiectū & p̄dicatum
ppoſitionis pro materiali.In hac.i.de hac materia dicit̄ eſſe p
poſitio. Formal' materia eſt habitudo & reſpectus p̄dicati ad
ſubiectū neceſſaria/contingēs aut remota ſecundū p̄dicati & ſubiecti
exigentiam. Vnde materia triplex eſt:ſcilicet Neceſſaria:Contingēs
& Remota.Materiam autem neceſſariam ſiue naturalem dicimus:cū materia p
prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti; vel proprium eius. ut homo eſt poſitionis

materia animal.homo eſt riſibilis.Contingentem vero:cum prædicatum po
cõtingẽs teſt adeſſe vel abeſſẽ ſubiecto pręter ſubiecti corruptionem:ut homo
materia eſt albus.Et remotam materiam accipimus: ſi prædicatum nõ poteſt
remota conuenire ſubiecto.ut homo eſt aſinus.

De legibus propoſitionũ. Capitulũ vij. DIS:

lex cõtra/ Væ eſt lex Contrariarũ? MAG. Hęc eſt.Contrarię nunꝗ
riarum. q poſſunt ſimul eſſẽ verę aut falſę de materia naturali vl' remo
ta:de materla autẽ contingenti poſſunt ſimul eſſe falſę.ut om
nis homo eſt albus:nullus homo eſt albus. DIS.Nũquid hę pro
poſitiones.omne animal eſt homo.nullũ animal eſt homo.contra/
rię ſunt de materia naturali & ſimul falſę ſunt? MAG. Contrarię
quidẽ ſunt & ſimul falſę: de materia autẽ naturali nõ ſunt: ſed con/
tingenti. Nã inferiora nõ ſunt de eſſentia ſupiorum: cũ ipſis accidãt inferio
lex ſubcõ id eſt extranea ſunt. DIS.Quę eſt lex Subcõtrariarꝫ? MAG. accidũ
trariarum hęc eſt.ſi una eſt falſa/reliqua eſt vera:& nõ econuerſo.poſſunt em̃ perio
ambę eſſe vere de materia contingẽti.ut quidã homo eſt albus.qui
lex ſubal dam homo nõ eſt albus. DIS.Quę eſt lex Subalternarꝫ? MA
ternarum hęc eſt Si uniuerſalis eſt vera pticularis eſt vera:& nõ econuerſo.&
ſi pticularis eſt falſa/ uniuerſalis eſt falſa: & nõ econuerſo. DIS:
lex cõtra Lex Cõtradictoriarꝫ qualis eſt? MAG.talis. Si una eſt vera reliq̃
dictoriarꝫ erit falſa:& ecõuerſo:de quacunqꝫ materia. DIS.Haud aſſentio:
obiectio. ſequeretur em̃ contingẽs eſſe neceſſariũ: & de neceſſitate ęuenire:&
ſimiliter contingẽs eſſe impoſſibile & nõ poſſe fieri. Nã ſi quis dicat
nauale bellum erit cras:& nauale bellum nõ erit cras:contradicto/
rias dicit:ergo una eſſet vera & reliqua falſa. Id autẽ quod verꝫ eſt
neceſſario ęueniet & per conſequẽs cõtingẽs nõ eſt.Et quod falſum
eſt impoſſibile eſt fieri:nec contingẽs eſt. Ex quo rurſus cõcluditur
omnia de neceſſitate ęuenire: & nos fruſtra de futuris conſiliari aut
Solutio deliberari. MAG.Iſtec tua argumẽtatio:quod infers cõcluderet:
de verita/ ſi in contradictorijs de futuro contingẽti una determinate: determi/
te futuro/ natione de neceſſario vera eſſet:& reliqua eadẽ determinatione fal/
rum cõtin ſa:ſed huius oppoſitum fit/ nulla ipſarum determinate neceſſario ve
gentium ra & falſa eſt. licet neceſſarium ſit/hanc vel illam veram aut falſam
eſſe.Nec quia ita vel aliter eas ęnunciamus magis veræ aut falſę ſunt
Propter enim noſtrum affirmare aut negare nihil ſequit̃ in re. Tan/ Ariſto
tum de oppoſitione Ad conuerſionem pergamus. pri.phi

De Conuerſione. Capitulum octauum. DIS.

Cõuerſio. Vid eſt Cõuerſio? MAG.eſt mutatio p̃dicati in ſubiectum
q & econuerſo.vel eſt duarꝫ ꝓpoſitionũ cathegoricarꝫ utroqꝫ
termino pticipantiũ ordine conuerſo unius ad alteram conſe
Cõuerſio quentia formalis.Et eſt duplex ſcilicet ſimplex & per accidẽs.Con/
ſimplex uerſionẽ ſimplicẽ dicimus mutationẽ prædicati in ſubiectũ; & econ/

uerſo: manēte eadem quātitate & qualitate. ut nullus homo eſt lapis igitur nullus lapis eſt homo. homo eſt aīal: igitur aīal eſt homo. Cō uertunt̄ autē hac cōuerſione vniuerſalis negatiua in ſe. & pticularis affirmatiua in ſe. Cōuerſionē ꝟo per accn̄s appellamus: cū ſit mutatio ꝑdicati in ſubiectū & ecōuerſo manēte eadem q̄litate: quātitate tamē variata. ut omnis hō eſt aīal. igitur q̄ddam aīal eſt homo. Cōuertiturit aq; hac conuerſione vl'is affirmatiua in pticularē affirmatiuam. Similiter uniuerſalis negatiua in pticularē negatiuā. ut nullus homo eſt aſinus. igit̄ q̄dam aſinus nō eſt homo. Attn̄ ad uniuerſalem negatiuā potius particularis negatiua infertur q̄ uniuerſalis negatiua in pticularē negatiuā conuertat̄ per accidens. Dicitur enī cōuerſio per accidens: q̄a ul'ſ per aliud (videlicet ꝑ particularē) cōuertatur. ut ul'is affirmatiua infert pticularē affirmatiuā: & hęc rurſus ī ſe conuertitur: Ideo ul'is affirmatiua in ipſaꝫ ꝑ accidens conuertitur. Particularis aūt negatiua ſimpliciter cōuerti non poteſt: ideo & ul'is negatiua in ipſaꝫ ꝑ accidēs non cōuertit̄. Præter has aūt & alia cōuerſionis ſpecies quā ꝑ contrapoſitionē nomināt. DIS. Quid ē cōuerſio ꝑ contrapoſitionē? MAG. Eſt mutatio ꝑdicati in ſubiectū & econuerſo manente eadē q̄litate & quātitate: mutatis tamē terminis finitis in termiuos infinitos. Et hac cōuerſione conuertit̄ uniuerſalis affirmatiua in ſe. ſimiliter & pticularis negatiua in ſe. Exm̄ primi oīs hō eſt anīal: igit̄ oē non anīal eſt nō homo. Exm̄ ſecundi. q̄dam homo non eſt aſinus. igitur quidā nō aſinus non eſt nō homo. hāc tamē conuerſionē Ariſtoteles nō poſuit: eo q̄ ad ſyllogiſmoꝝ reductionē minime valet: nec conſequētia formalis fit. Ob id ſecūduꝫ ipſum pticularis negatiua nō conuertitur. Eſt aūt idē iudicū de indefinitis / ſingularibus & pticularibus q̄ ad cōuerſioneꝫ & ſyllogiſationē. Et illud animaduertas. ſi quādo ſignū aliq̄d ad ſubiectū poſitum fuerit q̄ hoc totū in conuerſione ponatur ad ꝑdicatuꝫ: ſed tamē hoc nō cōtingit niſi in ꝑpoſitionibus ubi ſubiectū ul'e eſt & in conuerſione q̄titas & q̄litas non mutātur. Veꝝ tamē excluſiua conuertitur in ul'em de terminis trāſpoſitis. ut tantū homo eſt riſibilis: igitur omne riſibile eſt homo. Exceptiua autem / ut iſta. oīs homo ꝑter ſocratē currit. cōuertitur in hanc. q̄ddā currens aliud a ſocratē eſt homo. Sed reduplicatiua ut iſta. oē animal inquantuꝫ rationale eſt riſibile. conuertitur in iſtam. igitur quoddam quod inquantum rationale eſt riſibile / eſt animal. Pariformiter aliæ conuertendę ſunt.

Cōuerſio ꝑ accn̄s

conuerſio ꝑ contrapoſitionē

De Aequipollentijs. Capitulū nonū. MAG

Ertia ꝑpoſitionuꝫ paſſio eſt Aequipollentia. Et eſt duaꝝ ꝑpoſitionuꝫ cathegoricaꝝ in quātitate & q̄litate / veritate & falſitate ęquiualentia ꝑ aduentū negationis facta. ut non oīs hō eſt animal. & quidā hō non eſt aīal: ęquipollent. DIS. Per quid ęquipollentias ꝑpoſitionū poſſumus cognoſcere? MAG. Per regulas q̄

Aequipollentia

ſequũtur. Prima. Si alicui ſigno uniuerſali vł particulari ꝑponatur negatio: ęqpollet ſuo contradictorio. ut in exm̃o priori. Secũda. Si alicui ſigno uł̄i poſtponatur negatio: ęqpollet ſuo contrario. ut omnis homo non eſt aſinus. & nullus homo eſt aſinus. Tertia; Si alicui ſigno uł̄i vel particulari ꝑponatur & poſtponatur negatio: ęqpollet ſuo ſubalterno. ut non oĩs homo non eſt albus. & qdaꝫ homo eſt albus Fit autẽ hoc ex natura negationis/ q̃ malignans eſt. qdquid enim inuenit deſtruit: & oppoſitũ eius inducit. Subcontrarię aũt non poſſunt æqpollere. nã ſi negatio ꝑponatur/ æqpollebit contradictorio ꝑ primã regulã. Si poſtponatur non erit ęquipollentia ſed eadẽ ꝓpoſitio. ut quidã homo non currit. & quidaꝫ homo non currit. Patet itaq; ex dictis cũ duo ſigna uł̄ia negatiua in eadẽ propoſitione fuerint: primũ ęqpollet ſuo contrario: ſecundũ autẽ ſuo contradictorio. ut nihil nihil eſt. ęqpollet huic. q̊dlibet eſt aliquid. Pręter has autẽ alię ſunt ęquipollentię qbus ſcꝫ propoſitiones obſcuræ ſuis æqpollẽt exponẽtibus: de qbus in ſequẽtibus. Trãſeamus nũc ad modificationẽ propoſitionũ

Da Modalibus. Capitulũ decimũ. DIS.

UNde propoſitio dicit̃ modał̄is? MAG. a modo ſynkategorematice capto modificãte & determinãte copulã. Modus aũt eſt adiacẽs rei determinatio. i. modus eſt determinatio quæ fit per adiectiuũ. Oĩs enim modus adiectiuũ eſt vel nominale. ut albus: niger. vel aduerbiale. ut ſunt aduerbia. & hęc faciũt ꝓpõeꝫ modalem Non tñ omnia: ſed ea q̃ copulã determinant. ut ſunt iſta. poſſibiliter. impoſſibiliter. cõtingenter. neceſſario. vero & falſo. ſcitũ. opinatũ. creditũ. imaginatũ &c. hęc tñ qñq; ſumunt̃ nominaliter. ut poſſibile. impoſſibile. cõtingens. neceſſe. verũ & falſuꝫ &c. Propoſitio itaq; modalis dicit̃ cuius copula aliq̃ dictoꝝ modoꝝ determinat̃. ut hõ neceſſario eſt aĩal. hominẽ currere eſt contingẽs. Eſt autẽ in his aliquod q̊d verbũ ſiue dictũ nominat̃: ſcꝫ accuſatiuus cũ infinitiuo. aut nominatiuus cũ indicatiuo. ut hoĩem currere. homo currit. Ratione cuiꝰ modalibus conuerti congruit; & neutiquã ratione modi; qui ſe ſemꝑ ex parte copulæ tenet.

Modus

De Conuerſione modaliũ. Capitulũ xi. DIS.

QUomodo cõuertendę ſunt modales? MAG. Ad cognitionem huius oportet ꝑſcire acceptiões Poſſibilis. quod accipit̃ primo cõmuniter: & dicit̃ poſſibile altum. & duplex eſt ſcꝫ neceſſariũ & non neceſſariũ. i. contingẽs. Ideo qdquid de uno dicit̃ ſimilit̃ de altero intelligendũ eſt. Et tale rurſus trifariũ eſt. ſcꝫ poſſibile ſiue contingẽs rarum: natum & ad utrũlibet. Illo cognito, regulis quibuſdã paucis modaliũ habebis cõuerſiones. Prima. Omnes de poſſibili & contingẽti alto conuertunt̃ eodẽ modo ſicut illę de ineſſe. Secũda. Omnes de poſſibili & contingẽti ad utrũlibet cõuertendæ ſunt in oppoſitã qualitatẽ. Tertia. omnes de neceſſario cõuertunt̃ eodẽ mo

poſſibile.

contingẽs

Rarum

Natum

ad utrum libet.

do ſicut illȩ de ineſſe. Quarta. Oẽs de impoſſibibili cõuertunt̃ eodẽ modo ſicut illȩ de neceſſario qbus ȩqpollẽt. de q̊ infra. Vnde ſi ȩquipollẽt pticulari negatiuȩ de neceſſario: nõ conuertunt̃. qa nec ipſæ pticulares negatiuæ de neceſſario conuerti poſſunt. cui⁹ ratio eſt. quia oẽs de neceſſario cõuertunt̃ ſicut illæ de ineſſe: ſed pticularis negatiua de ineſſe nõ conuertit̃ niſi conuerſione per contrapoſitionem. quam Philoſophus ponere non curauit: cum non deſeruiat ad ſyllogiſmorum reductionem: nec ſit conſequentia formalis.

De æquipollentia modaliũ. Cap. xij. DIS.

q Vo ingenio modaliũ ȩqpollentiæ ſunt indagandȩ. MAG. Illo. Nã oẽs de poſſibili & impoſſibili ȩqpollent verbo ſimiliter ſe habẽte: & modo diſſimilit̃. Et oẽs de poſſibili & neceſſario ȩqpollent verbo & modo diſſimiliter ſe habẽte. Om̃s autẽ de impoſſibili & neceſſario ȩqpollẽt verbo diſſimiliter ſe habẽte: & modo ſimiliter. Mod⁹ autẽ vel verbũ tunc ſimiliter ſe habet: quando in utroq; affirmatur aut negatur. Tunc vero diſſimilit̃er ſe habet: cũ in una negatur & in alia affirmatur. Negatio enim poſita ad dictũ habet ſe acſi modo postponeretur. Horꝝ exẽpla in ſubſcripta patent figura.

☞ Pur	Petrꝰ ñ eſſe ñ ẽ poſſibile		I	Petrꝰ eſſe ñ eſt poſſibile.
Pu	Petrꝰ ñ eſſe ñ ẽ ɔtingens	ɔtra/	LI	Petrꝰ eẽ ñ eſt cõtingens
Re	Petrꝰ ñ eẽ eſt ĩpoſſibile	riæ	A	Petrꝰ eſſe eſt impoſſibile
A	Petrꝰ eſſe eſt neceſſe		CE	Petrꝰ non eſſe eſt neceſſe
	ſubalt̃nȩ.	Contra dictorie / Contra dictorie		ſubalt̃nȩ.
A	Petrꝰ eſſe eſt poſſibile		E	Petrꝰ ñ eſſe eſt poſſibile.
MA	Petrꝰ eſſe eſt cõtingens	ſubɔ	Den	Petrꝰ ñ eẽ eſt cõtingens
BI	Petrꝰ eſſe ñ eſt ĩpoſſibile	trariȩ	Tu	Petrꝰ ñ eẽ ñ eſt ĩpoſſibile
M⁹	Petrꝰ ñ eſſe ñ ẽ neceſſe		Li	Petrꝰ eẽ non eſt neceſſe.

In hac figura modaliũ quattuor ſunt anguli & propoſitiones q̃ ſibijpſis in uno quoq; ãgulo mutuo ȩquipollẽt

De Oppoſitione modalium. Cap. xiij. DIS

Oppoſitio in modalibus quõ eſt ſumẽda? MAG. Penes dictũ oppoſitio eodẽ modo ſumitur ſicut in illis de ineſſe. Sed penes modum oẽs de neceſſario ſunt uľes affirmatiuȩ. & oẽs de impoſſibili uľes negatiuȩ. oẽs aũt de poſſibili & contingẽti ſunt pticulares affirmatiuæ. & oẽs de poſſibili nõ: & contingẽti non/ſunt pticulares negatiuȩ. unde in figura p̄dicta oẽs de q̃rto ordine ſũt uľes affirmatiuȩ. om̃es de tertio ordine ſunt uľes negatiuȩ. oẽs de ſcđo ordine ſũt pticľres negatiuȩ. oẽs v̾o de primo ordine ſũt pticľres affirmatiuȩ. Ex his facile colligitur: oẽs de q̃rto ordine his de ordine tertio cõtrariari: illis aũt d' ordĩe ſcđo cõtradictorias eẽ. his v̾o d' ordine primo ſubalternas cẽſeri. ſiľr illȩ de primo ordine illis de ſcđo ſunt ſubcontrariæ: & his de tertio ordine contradictoriæ: illis autem de quarto ordine ſunt ſubalternȩ. Vt

autē angulos dictos modo faciliori poſſis conſtituere: q̃ttuor dictio/
nes ordinatę ſunt: angulis quattuor deſeruientes. Quarũ prima eſt.
Amabimꝰ. Secũda Edētuli. Tertia Iliace. Quarta purpurea. In qui
bus ſingulis q̃ttuor ſunt ſyllabę modis q̃ttuor ſcd'm ordinē deſeruiē
tes: & vocales in his poſitę: dicti & modi/ affirmationē & negationē
indicāt. Hoc modo ubi enī ponit̃ a: ſignat/ nec dictũ/ nec modũ ne/
gari. E vero dictũ negat. I negat modũ. Et V negat & dictũ & modũ
Id autē facile hoc metro commendabis memorię. E dictũ negat. I q̄
modũ. A nil. ſed V totũ. Hactenꝰ de ꝓpoſitione una ſimplicit̃. Nunc
de ꝓpoſitione una coniunctione (q̃ & hypotetica) videamus.

De Propoſitione hypothetica. Ca. xiiij.

DIS. Quid eſt ꝓpoſitio hypotetica? MAG. Quę habet exp̃ſſe vel
propoſi/tio hypo/thetica. implicite formaliter: vel ęquiualenter duas cathegoricas ꝓpo
ſitiones vł aliquod ꝓportionabile illis tanq̄ partes pricipales
ſui: aliqua coniunctione coniunctas. ut ſi homo currit: homo mouet̃
Et hęc tripartita reperit̃: ſcȝ copulatiua: diſiunctiua: & cõditionalis.
Copula/tiua. DIS. Quę eſt copulatiua? MAG. In qua duę ꝓpoſitiones ca/
thegoricę cõiungunt̃ p̱ cõiunctionē copulatiuã: ut hõ currit & aſinꝰ
clamat. Ad hãc reducit̃ tp̱alis: ut dũ hõ currit: hõ mouet̃. Reſoluitur tēpo
eī hęc ī unã copulatiuã. ut hõ currit ī aliq̃ tp̱e: & ī eodē mouet̃. Simi
li ratione localis ad copulatiuaȝ reduci dinoſcit̃: q̱a in eã reſoluit̃: ut Loca
ubi homo currit ibi mouet̃. i. homo currit in aliq̃ loco: & in eodē mo/
uetur. Requirit̃ autē ad veritatē copulatiuę utrãq; partē eſſe veram: &
ad falſitatē ſufficit alterã partē eſſe falſam. Ob id valet cõſequētia a to/
ta copulatiua ad q̄libet eius partē: & nõ econuerſo. Sequitur enī ho
mo currit: & homo diſputat: igitur homo currit. DIS. Diſiuncti/
Diſiũcti/ua. ua quę eſt? MAG. In qua ꝓpoſitiones duę cathegoricę cõiũgunt̃
per coniunctioneȝ diſiunctiuaȝ: ut hõ currit vł petrꝰ ſcribit. Et ad veri/
tatē illiꝰ ſufficit alterã partē eſſe verã. Et ad falſitatē req̄rit̃/ utrãq; par
tē eſſe falſam. Et ob hoc valet cõſequētia ab una eiꝰ parte ad totã diſ
iunctiuã & nõ ecõuerſo: ut ſeq̄tur bene hõ currit: igitur homo currit
Conditio/nalis vel petrꝰ ſcribit. DI. Cõditionalis q̃ eſt? MA. In q̃ duę ꝓpoſitiões
cathegoricę ꝯiũgũt̃ p̱ ꝯiũctionē cõditionalē: ut ſi hõ currit hõ mouet̃
Cauſalis. Et ad eã reducitur cauſalis. In q̃ ſcȝ ꝓpoſitiones coniunctiõe cauſali
coniũgũtur: ut q̱a homo currit: homo mouet̃. Requiritur autē ad ve
ritatē eiꝰ q̄ ãtedens nõ poſſit eſſe verũ ſine cõſequēte. ut ſi homo eſt
animal eſt. Et ad falſitatē eiꝰ ſufficit: q̄ ãtedens poſſit eſſe verꝝ conſe
quente exiſtēte falſo. ut ſi animal eſt: homo eſt. Quaꝓpter valet cõ
ſequentia: a poſitione antecedentis ad poſitionē conſequentis. ut ho
mo eſt: igitur animal eſt. Similiter a deſtructione conſequētis ad de/
ſtructionē antecedentis. ut homo nõ currit: igitur homo nõ mouet̃
Cognita ꝓpoſitione/ ordo p̃miſarũ expoſtulat: ut argumentationes
percurramus.

Finis tractatus tertij.

Tractatus.iiij.de argumentatione & ſyllogiſmo ſim/pliciter dicto. Ca.i. quid argumentatio:quid argumentum.& argumentationis quæ ſpecies. DIS.

p Vid eſt argumẽtatio? MA.Eſt argumẽti ꝑ orationẽ explicatio hoc eſt.Argumẽtatio eſt oratio in q̃ virtꝰ argumẽti ſiue medij oſtẽditur & explicatur.Cũ ſcꝫ ex unione extremitatũ in p̃miſſis cũ medio/infertur unio eorꝫ int̃ ſe in cõcluſiõe.Argumentũ autẽ eſt rõ ſiue mediũ rei dubię faciẽs fidẽ:vel eſt mediũ ꝓbãs cõcluſionẽ.Quid autẽ ꝑ cõcluſionẽ ſignificetur inferiꝰ manifeſtũ erit.Iã ad argumẽtationis diuiſionẽ ꝓgrediamur. DI.Quot igitur ſunt argumẽtationis ſpẽs? MA.Quattuor ſcꝫ ſyllogiſmꝰ:enthymema Inductio:& exm̃ De his:eo q̊ enũeratę ſunt ordine dicemꝰ.Et primũ de ſyllogiſmo.Nã oẽs alię ad ip̃m tanq̃ ad ꝑfectiorẽ habẽt reduci. — argumentatio — argumentum

De ſyllogiſmo & eius principijs. Ca.ij. MAG.

e St autẽ ſyllogiſmꝰ/oratio in q̃ poſitis q̇buſdã ꝓpoſitionibus ſiue p̃miſſis:aliud q̇dẽ ab his q̃ poſita ſunt(ſcꝫ cõcluſio)de neceſſitate accidit:eo q̇ hęc ſunt.i.ꝓpt̃ p̃miſſas poſitas.In hac aũt definitione ſyllogiſmi inuuntur prĩcipia materialia & formalia.Materialia q̇dẽ:cũ dicitur(q̇buſdã)Formalia aũt:cũ dicitur(poſitis)q̊d valet in mõ & figura diſpoſitis.De q̇bꝰ& alijs duobꝰ principijs viꝫ regulatiuis & ꝑfectiuis in ſequẽtibꝰ differendũ eſt:ni tu habeas q̊d añ hęc inq̇rere volueris. DIS.Omnino nihil:ſed iã dictũ teneamꝰ ordinẽ. MAG.Exordiamur itaq̃ a principijs ſyllogiſmi materialibus:quę ſunt propoſitio & terminus. — Syllogiſ/mus

De Propoſitione & termino principijs ſyllogiſmi materialibus. Capitulum.iij. DIS.

q Vid eſt ꝓpoſitio? MAG.eſt oratio affirmatiua vł negatiua alicuiꝰ de aliq̊. DIS.Cur hęc definitio cũ ea quã in ſuperioribus tradidiſti nõ cõcordat:an q̇a aliã hic definire voluiſti ꝓpoſitionẽ q̃ in ſuꝑioribus? MA.Nõ aliã ſed alit̃ conſideratã In ſuꝑioribus enĩ ꝓpoſitionẽ conſiderauimus:ut ꝑ eã verũ & falſũ ęnũciamus.unñ & eã ęnũciationẽ vocare haud p̃termiſimus.Hic ꝟo eã cõſiderabimus/ea ratione q̃ ex ipſa ſyllogiſmũ ſimpliciter fabricamus.Ex q̊ diuerſa ſortitur noĩa.Nã dicitur ꝓpoſitio:q̃ſi ꝓ alio ſcꝫ cõſequẽte vel cõcluſione poſitio.Dicitur & p̃miſſa:q̇a cõcluſioni p̃mittit̃ Dicitur itẽ & cõcluſio:cũ iã argumẽto ꝓbata fuerit.Anteq̃ autẽ ꝓbata ſit:q̃ſtio eſt.Queſtio enĩ dubitabilis ꝓpoſitio eſt.Partes ꝓpoſitionis termini ſunt ſubiectũ & p̃dicatũ.Terminũ enĩ dicimus in quẽ reſoluitur propoſitio.ut in p̃dicatũ:& in id de q̊ p̃dicatur(.i.ĩ ſubiectũ).appoſito vł diuiſo eſſe vel nõ eſſe.i.appoſita copula affirmata vel negata. Nullus autẽ ſyllogiſmus ex plꝰibus q̃ tribus terminis integra — ꝓpoſitio. — Premiſſa. — Cõcluſio — quęſtio — terminus

tur quoꝝ primus maior extremitas. Scd̃s minor extremitas. Terti⁹ ṽo mediũ dicitur: q̊d bis ſũptũ cũ extremitatibꝫ duas ĩtegrat propoſitiones: q̃ ſũt ꝑtes maĩales ſyllogiſmi ꝓpinq̃: & ſũt p̃miſſę quaꝝ ea in qua prim⁹ termin⁹ ponitur cũ medio: maior: illa ṽo ĩ qua ſcd̃s terminus ponitur cũ medio minor dicitur. Duo ṽo termini primus ſcꝫ & ſcd̃s ſine medio ꝯiuncti/tertiã ſyllogiſmi integrãt ꝓpoſitionẽ q̃ dicitur concluſio illata ex p̃miſſis neceſſitate ꝯſeq̃ntię. Mediũ autẽ in eã nõ ingreditur. DI. Quo aũt ordine p̃miſſę ſunt ponẽde. ut concluſionẽ inferant? MAG. Eo quẽ ſyllogiſmi principia formalia indicant.

De principijs ſyllogiſmi formalibus. Ca: iiij.

DIS. d Vę ſũt pricipia ſyllogiſmi formalia? MA. Sũt figura & modus. Figura qdẽ eſt ordinatio triũ terminoꝝ ſcd̃m debitã ſubiectionẽ & p̃dicationẽ. Hui⁹ aũt variatio qa trifaria eſt: triplicẽ figurã oñdit. Quaꝝ pria eſt: in qua mediũ ſubijcitur in nua & p̃dicatur in alia &ᶜ quarta non diſtiguitur a pria. ut oĩs hõ eſt aĩal: petr⁹ eſt hõ: igitur petr⁹ ẽ aĩal. Scd̃a ẽ ĩ qua mediũ p̃dicatur in ambabꝫ. ut oĩs hõ eſt aĩal: nullus lapis eſt aĩal: igitur nullus lapis eſt hõ. Tertia eſt in qua mediũ ſubijcitur in utraqꝫ: ut oĩs hõ eſt aĩal: oĩs hõ eſt ſub̃a igitur q̃dã ſub̃a eſt aĩal. DIS. Quid eſt modus? MA. eſt ordinatio p̃miſſaꝝ ĩ debita q̃titate & qualitate. Eſt aũt debita qualitas ut ad minus una ſit affirmatiua. Nã ex puris negatiuis nihil ſeq̃tur. Et cum una p̃miſſaꝝ negatiua fuerit: concluſio negatiua erit. Sic debita q̃titas eſt: qꝫ ad min⁹ una p̃miſſaꝝ ſit vl'is. Nã ex puris ꝑticularibꝫ nihil ſeq̃tur. Et cũ una p̃miſſarum ꝑticularis fuerit: concluſio ꝑticularis eſt. Erit autẽ in his omnibꝫ de ꝑticularibus/indefinitis & ſingularibus idẽ iudiciũ. DI. Quot ſũt modi? MA. q̃uis figuraꝝ ſuos hꝫ modos.

Figura

Prima figura

Secunda

Tertia

modus

qualitas

q̃titas

De modis primæ figuræ. Capitulum. v.

DIS. q Vot ſũt modi primę figurę? MAG. Quattuor directe cõcludẽtes: & q̃nqꝫ ĩdirecte: Eſt aũt directe cõcludere maiorem extremitatẽ de minori in cõcluſione p̃dicari. Indirecte ṽo concludere eſt minorẽ de maiori extremitate in cõcluſione p̃dicari. DI. Qui ſũt modi directe cõcludẽtes huiuſcę figurę? MA. Qui ꝑ ſeq̃ntes deſignant̃ dictiones: q̃ ſũt Barbara: Celarẽt Darij & Ferio. Pro cuius ĩtellectu memorię reponendũ: in oĩbꝫ his dictionibꝫ & ſeq̃ntibus tres ſyllabas reperiri/tribꝫ ꝓpoſitionibꝫ ſyllogiſmi ꝑ ordinẽ deſeruientes. Prima em̃ ſyllaba deſeruit maiori ꝓpoſitioni: ſcd̃a minori: & tertia cõcluſioni. vocales aũt in his poſitę/taliũ ꝓpoſitionũ & q̃titatẽ & qualitatẽ oñdũt: hoc mõ. Nã A ſignificat vl'em affirmatiuã. E vl'em negatiuã. I ꝑticularẽ affirmatiuã. & O ꝑticularẽ negatiuã. DI. Hęc ꝑ exempla in iã dictis modis explana. MA. Exm̃ in Barbara. Oĩs homo eſt aĩal: oẽ rationale eſt hõ: igitur omne rationale eſt animal. In Celarent nullũ animal eſt lapis: oĩs hõ eſt animal: igit̃ nullus hõ

directe cõcludere

indirecte

modi directe concludẽtes primę figurę.

eſt lapis. In Darij. Omnis homo eſt animal: petrus eſt homo: igitur
petr⁹ eſt animal. In ferio nullū aīal eſt lapis: hō eſt aīal: igiť hō non
eſt lapis. DI. Q ui ſūt modi idirecte cōcludētes hui⁹ figurę? MA.
Q ui p ſeq̄ntes deſignanť dictiones: ſc; Barbalip. Celātes Dabitis Fa
peſmo Friſeſmo. Exm̄ primi eſt. Omnis hō eſt ſuba: oīs hō eſt aīal:
igiť q̄dā ſuba eſt hō. Scdi. nullū aīal eſt lapis: oīs hō eſt aīal: igiť nul
lus lapis eſt homo. Tertij. oīs homo eſt aīal: petr⁹ eſt homo: igiť q̊d
dā aīal eſt petrus. Q uarti. omne aīal eſt ſuba: nullus lapis eſt aīal:
igitur q̄dā ſuba nō eſt lapis. Q uinti q̊ddā aīal eſt ſuba: nullus lapis
eſt aīal: igiť q̄dā ſubā non eſt lapis. Ex dictis patet in hac figura oīa
propoſitionū gn̄a poſſe concludi. patet rurſus maiorē non eſſe parti
culare qn̄ directe concluditur. patet ſil'r minorē nunq̄ eſſe negatiuā.

modi in/directe cō/cludentes/primę fi/gurę.

De modis ſecundę figurę. Capitulum. vi. DIS.

Vi ſūt modi ſcd̄ę figurę. MA. Q ui in ſeq̄ntib⁹ deſignanť di
q ctionib⁹ ſc; Ceſare Cameſtres Feſtino Baroco. DI. Hoꝝ ex
empla addas. MA. Exm̄ primi. nullus lapis eſt aīal: oīs hō
eſt aīal: igitur nullus homo eſt lapis. Scd̄i: oīs homo eſt aīal: nullus
lapis eſt aīal: igitur nullus lapis eſt hō. Tertij: nullus lapis eſt aīal: qui
dā homo eſt aīal: igitur quidā homo non eſt lapis. Q uarti: oīs ho/
mo eſt aīal: quidā lapis non eſt aīal: igitur quidā lapis non eſt homo
In hac etiā figura ſunt duo modi concludētes indirecte ſc; fapeſmo
& friſeſmo. Exm̄ primi. Omnis homo eſt aīal: null⁹ lapis eſt aīal: igi
tur quidā homo non eſt lapis. Scd̄i quidā homo eſt aīal: null⁹ lapis
eſt aīal: igitur quidā homo non eſt lapis. Patet ex dictis ſcd̄am figu/
rā ſp negatiue cōcludere: quia ī hac figura ex puris affirmatiuis nihil
ſequitur. Pat; rurſus maiorē nūq̄ eſſe p̄ticularē directe concludēdo.

modi ſe/cūdę figu/rę.

De modis tertię figurę. Capitulum. vij. DIS.

Vi ſūt modi tertię figurę? MA. Q ui his deſignātur vocib⁹
q Darapti: Felapton: Diſamis: Datiſi: Bocardo Feriſon. Hoꝝ ex
empla ſūt. Primi. Omnis homo eſt ſubā: oīs homo eſt aīal: igi
tur q̊ddā aīal eſt ſubā. Scd̄i null⁹ homo eſt lapis: oīs homo eſt aīal:
igitur q̊ddā aīal non eſt lapis. Tertij quidā homo eſt ſubā: oīs ho/
mo eſt aīal: igitur q̊ddā aīal eſt ſubā. Q uarti omnis homo eſt ſub/
ſtātia: quidā homo eſt aīal: igitur q̊ddā animal eſt ſubſtātia. Q uin
ti quidā homo non eſt lapis: omnis homo eſt animal: igitur quod/
dam aīal non eſt lapis. Sexti nullus homo eſt lapis: quidā homo eſt
animal: igitur q̊ddā animal non eſt lapis. Et p̄ter hos duo modi ſūt
concludentes indirecte: videlicet Fapeſmo & Friſeſmo. Exēplū primi
oīs homo eſt aīal: null⁹ homo eſt lapis: igitur q̊ddā aīal non eſt la/
pis. Scd̄i quidā hō eſt aīal: null⁹ hō eſt lapis: igiť q̊ddā aīal nō eſt la/
pis. Ex dictis claret hāc figurā ſolā p̄ticularē concludere. Et minorē
negatiuā non admittere. Liq̄t ergo v'em affirmatiuā difficulť poſſe

modi ter/tię figurę

concludi quia tantũ in prima figura & uno modo: q̃re ipſa difficilis ẽ
ad conſtruenduꝫ & facilis ad deſtruendum. Facilius enĩ eſt deſtruere Ariſto
ꝙ̃ conſtruere. Particularis autẽ negatiua facilior eſt ad concludenduꝫ i.Pr
quia in omni figura concluditur: & ita facilis eſt ad conſtruendum.

De ſyllogiſatiõe modaliũ in prima figura. c. viij. MAG

Odo ſyllogiſandi iã finẽ imponerẽ / ſi te ex modaliũ mixtio/
m ne decipi non formidarẽ. Nã in his nonnũꝙ̃ alię ſumẽdę ſunt
tate coloris oĩno nullã habet noticiã: ſed potius ignorãtiã purę nega
tionis. Qui autẽ deceptus fuerit ſyllogiſmo ignorãtię: & ſi ſcientiam ignoran/
nõ acqrat: nõ tñ ignorãs eſt ignorãtia purę negatiõis: ſed prauę diſpo tia pure
ſitionis: ut ſi quis credat his p̃miſſis. Omnis ſubſtantia eſt qualitas: negatiõis
omnis q̃titas eſt ſubſtãtia: igit oĩs q̃titas eſt qualitas: prauę diſpo/ ignoran/
ſitus cenſetur. DIS. Quã pregnans eſt hęc demonſtrationis de tia prauæ
finitio. MAG. Pregnans eſt & multa comprehendens. diſpoſitio
nis

Quid ſcire. Quid propoſitio uniuerſalis de omni/ per ſe & ſecundum quod ipſum. Ca. ij. MAG.

Demonſtratio

a

Liam demonſtrationis inuenies definitionē: verbis q̄dē breuiorem ſenſu tm̄ nō minus p̄gnantē. DIS. Quā? MA.

Scire

Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire. Scire autē p demonſtrationē intelligere eſt. vel ſcire eſt rem p cauſam cognoſcere: p prer quam res eſt: & quoniā illius eſt cauſa: & nō eſt contingere hoc aliter ſe habere. Ex iſtac & p̄cedenti definitionibus clare patet concluſionem quā cōtingit ſcire & demonſtrare eſſe verā/ perpetuā/ per ſe & uniuerſalem. Verā quidē dico: nā falſum & quod nō eſt nō contingit ſcire. Perpetuā autē dico: qm̄ corruptibiliū nō eſt ſcientia: ideo nec definitio: quia definitio eſt demonſtrationis pricipiū: aut tota demōſtratio tm̄ poſitione differens. Per ſe dico: qm̄ ea q̄ p accidens ſunt corruptibilia ſunt & nō perpetua nec neceſſaria. licet em̄ neceſſarium ex nō neceſſarijs poſſit ſyllogiſari: nō tamē poteſt ſciri niſi ex neceſſarijs

ꝓpoſitio uniuerſal'

Similiter ea quæ nō ſunt uniuerſalia/ perpetua nō ſunt. Vniuerſalem autē ꝓpoſitionē: hic dicimus: non ut in tractatu tertio definita eſt: ſed eam ipſam quæ eſt de omni: de per ſe: & ſcdm quod ipſum. DIS.

ꝓpoſitio de omni

Quę autem propoſitio dicitur de omni? MAG. Illa in qua prædicatum eſt nō in quodam ſuppoſito ſubiecti: in quodam vero non nec aliquando: aliquando vero nō: ſed in omni per ſe & ſemp. ut omnis homo eſt riſibilis.

ꝓpoſitio per ſe

DIS. Propoſitionē per ſe quā dicis? MA. Eam quę eſt in aliquo modo dicendi per ſe. Sunt autē huiuſcemodi

Modi per ſeitatis

quattuor. Primus eſt: cū prędicatum eſt definitio vel pars definitionis ſubiecti. ut omnis homo eſt animal rationale. Secundus eſt: cum ſubiectum eſt definitio: vel pars definitionis prędicati: ut homo eſt riſibilis. Tertius eſt: eoꝝ quę nō ſunt in ſubiecto. ut dicibilia de gn̄e ſubſtantię. Quartus eſt modus cauſandi: ut cum aliquod fit propter alterum/ tunc id propter quod aliud fit: eſt cauſa per ſe effectus cauſati. ut interfectio eſt cauſa per ſe interitus. De primis duobus eſt ad ꝓpoſitum: nam in his ſunt propoſitiones per ſe neceſſariæ & uniuerſa

Errores ī aſſigntiōe uniuerſal'

les. Et ne in harum aſſignatione te errare cōtingat: cauere neceſſe eſt: ne paſſio ſuperioris inferiori aſſignetur. Etiam ſi tale ſuperius unicū habuerit inferius. Similiter ne paſſio communis/ ſpecie diſtinctis/ per aliquod innominatū conueniens: uni ut proprio attribuatur. ut proportionabiliter cōmutari cōuenit lineę/ tempori & numero: male igitur aſſignatur uni ex his tanq̄ proprio ſubiecto. Aduertendum eſt demum: ne paſſio partis aſſignetur toti: ut non concurrere eſt paſſio linearum parallelarum: ideo male attribuitur toti vel omni lineę. Ad cognoſcendum autem quod ſit paſſionis primū & adequatum ſubiectum videndum eſt/ quo poſito/ ponatur: & quo remoto/ paſſio remoueatur. Id enim verū ſubiectū talis paſſionis cenſetur. DIS.

ꝓpoſitiones ſcdm q̊d ipſum

Quæ autem propoſitiones dicuntur ſcdm quod ipſum? MAG. Iſtę quæ conuertuntur. Ex quo patet ꝙ demonſtratio ꝓcedit ex principijs proprijs & nō cōmunibus: quia talia nō conuertuntur. Sequit̄

rurſus q̄ demonſtrator nō poteſt deſcēdere de genere in genus. hoc eſt: una ſcientia nihil dæmonſtrat de ſubiecto alterius ſcientiæ: dempta ſcientia ſubalternāte: quę poteſt demonſtrare aliquod de ſubiecto ſubalternatę: nō tñ demōſtratione ꝑpter quid: ſed quia eſt. Habet igitur quęlibet ſcientia ꝓpria principia quę nō demonſtrat: quia nō habet aliquid notius ipſis. habet inſuper ꝓprias interrogationes & concluſiones. quaꝓpter diſputans cū Geometro/faciat hoc per principia geometrię: aut nō diſputabit ꝓprie ſed per accidens: videlicet inquātum naturalis aut methaphiſicus. Quāuis autē (ut viſum eſt) ſcientia una plura habeat principia: unitatem tñ accipit nō a principijs: ſed a ſubiecto: ad quod habēt hęc principia reſolui. Subiectū em̄ virtualiter continet omnes veritates ſcientiæ cuius ſubiectum eſt.

De diuiſione demonſtrationis. Capitulum quartum. DISCIPVLVS.

Voniā mentionē facis de duplici demonſtratione quia eſt: & propter quid harū differentias haud ſilentio p̄tereas. MAG. Dæmonſtratio quia eſt procedit aut per cauſam remotā: aut ab effectu ad cauſam. Exemplū primi lapis non reſpirat: quia nō eſt animal. cū potius probari deberet per hoc: quia nō habet pulmonē. habere enī pulmonē eſt cauſa ꝓpinqua reſpirationis: eſſe autē animal/eſt cauſa remota/& non propria: cū quędam ſint animalia non reſpirantia. utputa conchæ. Exemplum ſecundi. Planetę non ſcintillāt igitur ſunt prope nos. nam non ſcintillare effectus eius eſt: quia prope nos ſunt. Intelligimus autē illud de omni cauſa: ſiue ſit materialis formalis: finalis: aut efficiens. per has omnes enim poſſunt fieri demonſtrationes: immo una concluſio quandoq; demonſtratur per diuerſas cauſas ut tonitruū fit: quia extinctio in nubibus fit: vel quia ut terreantur animę infernales. ut quidam dixere. Demonſtratio propter quid: eſt hęc quę in ſuperioribus definita eſt: quę ſcilicet procedit ſemp a cauſa propinqua & ꝓpria ad effectum. ut omne animal rationale eſt riſibile: omnis homo eſt animal rationale: igit̄ omnis hō eſt riſibilis. Patet igitur quoniā ſcientia ſubalternans demonſtrans ſubiectum ſcientię ſubalternatę (id eſt ſcientię cuius ſubiectū continet̄ ſub ſubiecto ſcientię ſubalternantis) facit hoc per cauſas remotas & non adęquatas: & per conſequens non demonſtratione propter quid: ſed quia eſt; uti in ſuperioribus dictum eſt. Similiter contingit diuerſas ſcientias non ſubalternatas eandem dæmonſtrare concluſionem: non tamen uno genere demonſtrationis: ſed una demonſtrat demōſtratione quia eſt alia propter quid. Patet: nam vulnera rotunda tardius eſſe ſanabilia: demonſtratur in chirurgia: demonſtratione quia eſt. In geometria vero demonſtratione propter quid: quia ſcilicet in vulnere rotundo latera magis diſtant quam in oblongo.

demōſtratio qa eſt.

demōſtratio ꝑpter quid

Demonſtratō uniuerſalis pticl'ris affirmati. negatiua

DIS. Suntne alię demonſtrationis diuiſiões? MA. Sunt. Quędam enim eſt demonſtratio uniuerſalis: quędam particularis: quędã eſt affirmatiua: quędã negatiua: & quędam oſtenſiua: quędam vero ad impoſſibile. Et inter has demonſtratio uniuerſalis potior eſt particulari: affirmatiua potior negatiua: oſtenſiua potior illa quę eſt ad impoſſibile. Simılit' demõſtratio ꝑpter quid potior eſt demonſtratiõe a qa eſt. Nam mediũ ei⁹ dicit cauſam pciſam q̃re p̃dicatũ inſit ſubiecto.

De Medio demonſtrationis & quęſtionibus vere ſcibilibus. Capitulum. iiij.

DIS. Quod eſt medium demonſtrationis? MAG. Definitio non quidem quid nominis: ſed quid rei. Nec illa quę dicit quid eſt tantum: ſed quę dicit propter quid. Hęc enim tota demonſtratio eſt: ab ea tantũ poſitione differens. Non tamen omniũ quorum eſt definitio eſt demonſtratio aut econuerſo. Definitio em̃ eſt ſolius ſubſtantię & in complexoꝝ: demonſtratio autẽ eſt cõplexoꝝ: quia concluſionum. DIS. Qua via definitio rei (ſi ignoratur) inueſtiganda erit? MAG. Via diuiſionis: videlicet generis p differentias eſſentiales. Coſtituitur nãq; definitio ex genere & differentia eſſentiali: ita tamen ꝙ nihil ſuperflui nihilue diminuti contineat: ſed cũ definito conuertatur: nec detur per equiuoca: ſed uniuoca. DIS. Poſſetne definitio de definito demonſtrari? MAG. Poſſet. Vt materialis per formalem. Sed non in eo ꝙ quid, quia hæc demonſtratio fieret cum reduplicatione: quæ ſi poneretur ad minorẽ, fieret petitio principij. Exemplũ. Omnis numerus ſeipſum mouẽs eſt cauſa mouendi in eo ꝙ quid: anima eſt numerus ſe ipſuꝫ mouens in eo ꝙ quid eſt: igitur anima eſt cauſa mouendi. ibi nanq; aſſumitur in minore quod debuit ꝓbari. Habes itaq; breuibus quid Demonſtratiõis mediũ: & qua via ĩquirendnm ſit. Sed quæſtiones de ipſo quærentes nondũ accepiſti.

Definitio īueſtigat

Definitio demõſtratur de definito

DIS. Quæ & quot ſunt huiuſmodi quęſtiones? MAG. Quattuor. videlicet. Si eſt. quia eſt. quid eſt. & propter quid eſt. Et dicuntur vere ſcibiles. nã quærunt de his quę vere ſcimus. Vnde ſi eſt, quęrit de poſſibilitate in natura. ut ſi luna ſit deficiens. Quia eſt, quęrit ſi ſit huius defectus mediũ. Quid eſt quęrit quid ſit tale mediũ. Sed ꝓpter quid, inquirit cauſaꝫ præciſam qua paſſio inſit ſubiecto: & p dæmonſtrationẽ cõcluditur. DIS. A medio igitur quaſi totius demõſtrationis dependet virtus & cognitio. MAG. Ita eſt: nec tale niſi a ſolertibus de facili reperitur. unde Solertia eſt ſubtilitas inueniendi mediũ in non pſpecto tempore. ut ſi quis videns lunã ſplendere verſus ſolẽ dicat: igĩt luna accipit lumẽ a ſole. Hęc ſunt q̃daꝫ ꝑpauca & generalia principia q̃ de ſyllogiſmo demõſtratio in p̃ſentiũ in mediuꝫ ferre placuit. Cum enim hæc deguſtaueris: ſecretiora pandam. Nunc ſyllogiſmum Sophiſticum videamus.

queſtiones vere ſcibiles

Solertia

Tractatus ſeptimus De Syllogiſmo ſophiſtico. Quid ſyllogiſmus ſophiſticus: ars Sophiſtica: Sophiſta: inſuper & de metis. Capitulum. primū MAG.

q Voniam oppoſita iuxta ſe poſita magis ęluceſcunt: qua ꝓ pterpoſtquā ſermonē finiuimus de ſyllogiſmo dęmonſtratiuo generante ſcientiā: de ſyllogiſmo ſophiſtico generante deceptionē diſſerēdum eſſe haud inutile viſum eſt. DIS.
Q uid eſt ſyllogiſmus ſophiſticus? MAG. Eſt is qui ex his quæ vi Syllogiſ. ſophiſtic⁹
dentur ꝓbabilia: & nō ſunt ſyllogiſat. Aut eſt ſyllogiſmus apparens
& non exiſtens. Vnde & ars ſophiſtica: apparens ſapientia eſt: & nō Ars ſophiſtica
exiſtens. Et ſophiſta eſt vir copioſus ab apparente ſciētia: & nō exiſtē
te. & ſapiens nō eſt: licet videať opera ſapientis facere: ſcꝫ nō mentiri Sophiſta
de his quæ nouit & mentientē manifeſtare. Habet autē omnis ſyllo/ Opera ſapientis
giſmus ſophiſticus duplicem cauſam: ſcilicet apparentię: & defectus
Cauſa apparentię eſt qua eſtimamus per unū nomē tantū unū ſigni/ Cauſa apparētię
ficari. Cauſa autē defectus eſt quoniam non eſt in rebus ſicut in no/ defectus
minibus. Nomina etenim finita ſunt res autē infinitę ob id neceſſe eſt
unum nomen plura ſignificare. Ignorantes ergo virtutes vocabu/
lorum facile paralogiſantur. Q ueadmodum in numeris imperiti / a
peritis expelluntur. DIS. Q uis tamen finis eſt artis ſophiſticę?
MAG. Finis daret ex dictis. Nititur em̄ ſophiſta reſpondentē de/
cipere: & ad aliquod incōueniens (quod metam dicimus) virtute ali/
cuius fallacię ducere. DIS. Q uot ſunt huiuſcemodi metę? MA.
Q uinqꝫ. videlicet Meta redargutionis: falſi: inopinabilis: Soleociſmi
& nugationis. Vnde reſpondens ad metam redargutionis ducitur: ſi Metę
in una & eadem diſputatione vi argumēti: idem negare / & concedere
compellitur. Ad metam falſi: cum falſum concedere cogitur. Inopi
nabilis: cum aliquod / quod eſt contra opinionē plurium: aut eorum
de quorum ſecta reſpondens eſt admittit. Soleociſmi cū vi argumē/
tationis aliquā orationē cōtra regulas artis grāmaticę loquiť. Ad me
tam autē nugationis ducitur: ſi idem bis inutiliter repetere compelli/
tur. Hęc autem nō unica ſed pluribus fallacijs conſequitur.

De Fallacijs & earundē diuiſione. Ca. ij. DIS.

q Vid igitur eſt fallacia? MAG. Eſt idoneitas decipiendi faci Fallacia.
ens credere de ente ꝙ ſit nō ens: & de nō ente ꝙ ſit ens: medi/
ante fantatiſca viſione. Sunt autē huiuſce ſpecies tredecim qua
rum ſex ſunt in dictione: & ſeptē extra dictionē. In dictione ſunt quę In dictione.
ſecundū multiplicitatē dictionis aut orationis ſumuntur. ut Equiuo/
catio & Amphibologia: in quibus eſt multiplicitas actualis. Com/
poſitio: diuiſio & accentus: in quibus eſt multiplicitas potentialis. Et
fallacia figuræ dictionis: in qua eſt multiplicitas fantaſtica. Multipli/

multipli/ citatē vero dicimus actualem: cū dictio vel oratio eadē ſcd̄m ſubſtan
citas actu tiam & modū ꝓferēdi diuerſa ſignificat. ut canis. Liber Platonis. Mul
alis. tiplicitas potētialis autē eſt: cū dictio vel oratio eadē ſcd̄m ſubſtātiā:
multipli/ diuerſa tn̄ ſcd̄m modū ꝓferendi/ diuerſa ſignificat. ut populus. quid/
citas potē quid viuit ſemp eſt. Sed multiplex fantaſticū eſt: cū dictio aliq̄ unū
tialis. ſignificat & aliud ſignificare videtur propter ſimilitudinem aliquam
mlꝰtiplex quam cum alia dictione habet. ut muſa ſignificat rē fœminini gene/
fātaſticū ris: igitur & poeta &c. Primum itaq; fallacias ſex quæ ſunt in dictio/
ne luſtrabimus.

De fallacia Aequiuocationis. Ca. iij. MAG.

ęquiuoca/ Nter fallacias in dictione prima eſt ęquiuocatio. & eſt multipli
tio. i citas dictionis eiuſdem ſcd̄m ſubſtantiā & modum ꝓferendi.
ut canis. Deceptio autē per hanc facta: fallacia ęquiuocatio/
Primus nis dicitur. DIS. Quot modis fit? MAG. Tribus. Primo cum
modus dictio diuerſa ſignificat: aut conſignificat principaliter. ut omnis ca/
nis currit: ſidus cœleſte eſt canis: igitur ſidus cœleſte currit. Quicūq;
ſanabatur ſanus eſt laborans (id eſt infirmus) ſanabatur: igitur labo
rans ſanus eſt. Iſte pannus eſt de Anglia: Anglia eſt terra: igitur iſte
pannus eſt de terra. Deus eſt ubiq;: ubiq; eſt aduerbiū: igitur deꝰ eſt
aduerbium &c. unde in primo paralogiſmo canis multiplex eſt: ſc;
ad canē latrabilem: ad canē marinū & ad canē cœleſtē. In ſecundo la
borans dicit laborantē in pręſenti vel p̄terito. In tertio ꝑpoſitio de/di
cit circūſtantiā cauſę materialis vel loci. In quarto ubiq; tenetur ſigni
ficatiue vel aduerbialiter. quibus conſideratis hi & ſil̄es paralogiſmi
Secūdus poſſunt ſolui facillime. Secundo cōmittitur fallacia ęquiuocationis
modus ex eo ꝙ dictio ſignificat unum principaliter: & aliud tranſumptiue.
ut quidquid currit habet pedes: Danubius currit: igitur Danubius ha
bet pedes. Quidquid ridet habet os: pratum ridet. igitur pratum ha/
bet os &c. In primo nāq; currit poteſt ſignificare curſum qui fit ꝑ pe
des vel motū: vel lapſum qualitercūq;. In ſecundo ridere actum ho/
minis proprie ſignificat: ſimilitudinarie autem ſignificat florere: nam
Tertius utrūq; gaudium denotat. Tertio fit ex eo ꝙ dictio cum alia compo/
modus ſita plura ſignificat: & per ſe unum tantum. ut in: vel non: in dictione
immortale: quę ſignificat vel id quod nō poteſt mori: vel id quod eſt
potēs nō mori: unde ſic arguit̄. Omne īmortale eſt perpetuū: potens
nō mori eſt īmortale: igitur potens non mori eſt perpetuū. Secunda
quę ſequitur eſt fallacia Amphibologiæ.

De fallacia Amphibologię Ca. iiij. DIS.

Amphi/ Mphibologia quid eſt? MAG. Idem eſt q̄d dubia ſenten/
bologia. a tia. cū ſc; oratio una ſcd̄m ſubſtantiā & modū ꝓferēdi poteſt
ſignificare diuerſa. Et deceptio ꝓpter hanc facta dicitur fallacia
Amphibologiæ. DIS. Quot modis fit? MAG. Tribus. Primo

cum oratio principaliter plura ſignificat.ut liber Platonis:ſignificat li bru; a platone poſſeſſum: vel a Platone editū:ſicarguēdo. Quidqd eſt platonis/poſſidetur a platone:hic liber eſt platonis:igitur hic liber poſſidetur a platone.poſito ꝙ ab alio poſſideatur. Secūdo fit: cū ora/ tio unum ſignificat principaliter & tranſumitur ad ſignificandū aliud ut littus aratur:tranſumitur ad ſignificandū operā perdere. ut quidqd aratur/aratro ſcinditur:littus aratur:ergo littus aratro ſcinditur. Tertio fit ex eo ꝙ dictio cū diuerſis pōt conſtrui: ut quoſcūqꝫ vellē me vince re/vellē ꝙ vincerent me:romanos vellē me vincere: igit̄ vellē ꝙ ro/ mani vincerent me. Ibi eī̄ me poteſt conſtrui cū vincere a parte an/ teriori aut poſteriori:ſimiliter Romanos.ſimiliter: qcūqꝫ ſunt epī ſunt ſacerdotes:aſini ſunt epiſcopi: igit̄ aſini ſunt ſacerdotes. Ibi enim epī eſt aut nominatiui aut genitiui caſus: & per hoc diuerſe conſtruitur Tertia fallaciarum Compoſitionis eſt. | Modi am phibolo/ giç

De fallacia Compoſitionis. Capi.v. DIS.

Compoſitio quid eſt? MAG. Eſt eorū quæ deberent diuidi: falſa unio.& deceptio ꝓpter hanc facta compoſitionis dicitur fallacia. DIS. Quot modis fit? MAG. Duobus. Primo ex eo ꝙ aliquod dictū poteſt ſtare ꝓ ſe toto: aut ꝓ parte ſui. ut quē/ cunqꝫ poſſibile eſt ambulare:poſſibile eſt ꝙ ambulet:ſedentē poſſibi/ le eſt ambulare:igitur poſſibile eſt ꝙ ſedens ambulet.nam in minore hoc dictū/ſedentem ambulare/poteſt ſtare ꝓ ſe toto:ut ſedens ſeden do poteſt ambulare:& eſt cōpoſita falſa:aut pōt ſtare ꝓ parte ſui.i.ſe dens nunc:habet potentiā ambulandi ſcilicet poſtea:& eſt diuiſa ve/ ra. Secundo fit ex eo ꝙ aliqua determinatio poteſt referri ad diuer/ ſa.ut quicunqꝫ litteras ſcit nunc/didicit illas:ille antiquus grammati/ cus ſcit litteras:igitur nunc didicit illas. Ibi eī̄ nunc poteſt determi/ nare hoc verbū didicit: & tunc eſt compoſita falſa:aut hoc verbum ſcit:& tunc eſt diuiſa vera. Vnde quando dictiones ordinantur ſcd̄m ſitum magis debitum:oratio compoſita eſt:quando ordinantur ſe/ cundum ſitum minus debitum diuiſa eſt. Ordinantur autem tunc ſe/ cundum ſitū magis debitum:quādo determinatio determinat prin/ cipale. ut quidquid viuit ſemper eſt: ſi ſemper determinat eſt quod in illa oratione eſt verbum principale. Sequitur fallacia Diuiſionis.

Compo/ ſitio. Modi cō/ poſitiōis. Oratio cō poſita. Diuiſa

De fallacia Diuiſionis. Capitulum.vi. DIS.

Diuiſio quid eſt? MAG. Eſt eorum quę deberent compo/ ni falſa ſeparatio. Et deceptio penes hanc facta:diuiſionis di citur fallacia. DIS. Quot modis fit? MAGI. Duo/ bus. Primo ex eo/ꝙ aliqua coniunctio poteſt coniungere inter terminos vel propoſitiones. ut quęcunqꝫ ſunt duo & tria/ſunt duo & ſunt tria: ſed quinqꝫ ſunt duo & tria: igitur quinqꝫ ſunt duo & ſunt tria. Nam ſi &/ coniungit inter terminos; oratio eſt compoſita

Diuiſio Modi di/ uiſionis

& vera: ſi vero coniungit inter propoſitiones: ipſa eſt diuiſa & falſa. Secundo fit: cũ aliqua determinatio poteſt referri ad diuerſa. ut quo vidiſti hunc ꝑcuſſum: illo ꝑcuſſus eſt: ſed oculo vidiſti hũc ꝑcuſſum igitur oculo ꝑcuſſus eſt. Oculo em̃ põt determinare hoc participium percuſſus: & ſic eſt diuiſa & falſa: aut hoc verbum vidiſti: & tunc eſt cõpoſita & vera. Quinto loco ſubit fallacia Accentus.

De fallacia Accentus. Capitulum. vij.

Accent⁹

DIS. Ccentus quid eſt? MAG. Eſt certa lex & regula ad ęleuandum aut deprimendũ cuiuſcunqȝ dictionis ſyllabã. Et eſt triplex ſcȝ Grauis: qui ſyllabã deprimit. Acutus qui ſyllabã ęleuat. Circũflexus: qui partim ęleuat & partim deprimit. Deceptio aũt penes hos facta accentus fallacia dicitur. DIS. Quot modis fit?

Modi accentus.

MAG. Duobus. primo ex eo ꝙ aliqua dictio poteſt ꝓferri & regi diuerſis accentibus. ut populus habens primã longã ſignificat arborem: habens autẽ primã breuẽ ſignificat gentẽ: & arguitur ſic. Omnis populus eſt arbor: gens eſt populus: igitur gens eſt arbor. Secũdo fit ex eo ꝙ aliqua vox poteſt eſſe dictio vel oratio. ut quies. ſic arguẽdo. Tu es qui es: quies eſt requies: igiť tu es requies. Similiter quicunqȝ habet dilectionẽ ſupernam, habet dilectionẽ dei: uſurarius habet dilectionẽ ſupermnam: igitur uſurari⁹ habet dilectionẽ dei. Si em̃ ſupernã ſit una dictio: maior vera eſt. Si autẽ ſint duę dictiones ſcȝ ſuper & mnã (ꝓ pecunia) falſa eſt. Similiť metuo poteſt eſſe dictio vel oratio dicendo. Metuo longas pereunte noctes Lydia dormis

De fallacia figurę dictionis. Capitulum. viij.

Figura dictionis

MAG. Lrima in dictione fallacia eſt figuræ dictionis. Et eſt figura dictionis vocis cũ voce ſimilitudo. Et deceptio penes hãc cauſata: fallacia figurę dictionis eſt appellata. DIS. Quot modis fit?

Modi figurę dictionis.

MAG. Tribus. Primo ex ſimili terminatiõe dictionis cũ dictione. ut oĩs aqua eſt humida fluuius eſt aqua: igitur fluuius eſt humida. Secũdo fit ſi ꝑdicamẽtũ unũ mutetur in aliud. aut ſpecies una unius ꝑdicamenti mutetur in aliam ſpeciẽ eiuſdẽ prędicamẽti. Exemplum primi. ut quidquid heri emiſti hodie comediſti. heri carnes crudas emiſti: igiť hodie carnes crudas comediſti. Quidquid, em̃ dicit rem de ꝑdicamẽto ſubſtãtiæ: & crudas, de ꝑdicamẽto qualitatis. Exemplum ſecundi. quantoſcũqȝ digitos heri habuiſti: hodie habes: decem digitos heri habuiſti: igitur decem digitos hodie habes: poſito ꝙ unum amiſeris. Quantoſcunqȝ enim dicit quãtitem continuam: decem autem dicit quantitatem diſcretam. Tertio fit ex diuerſa ſuppoſitione: ut homo eſt ſpecies: igitur aliquis homo eſt ſpecies. in prima enim homo ſupponit ſimpliciter: in ſecũda vero perſonaliter. Et hęc de fallacijs in dictione.

De fallacijs extra dictionẽ. Capitulum. ix.

DIS.

Vę ſunt fallacię extra dictionem? MAG. hę. Fallacia accidentis ſcdm qd ad ſimplicit. Ignorãtię elenchi. Petitionis principij. Conſequentis: Non cauſe: Vt cauſę: Scdm plures interrogationes ut unã. Dicuntur autẽ hę fallacię extra dictionem: quoniam habent cauſam apparentię & defectus/ nõ ex parte vocis (ut prædictę) ſed ex parte rei ſignificatę: ut patebit in deſcriptione earundẽ.

dicuntur fallacię extra dictionem.

De fallacia Accidentis .Capitulum.x. MAG.

Ccidens (ut hic accipimus) eſt quoddam extraneum in parte idem & in parte diuerſum ꝙ ſi aliquod p̃dicatũ ęqualiter fuerit aſſignatũ rei ſubiectę & accidenti: cauſatur deceptio quę fallacia accidentis dicitur. DIS. Quot modis fit? MAG. Tribus Primo ex eo ꝙ aliquid dicitur de aliqua re: & ꝓpter hoc creditur etiam conuenire accidenti illius rei: ut ſic arguendo. homo eſt ſpecies petrus eſt homo: igitur petrus eſt ſpecies. ibi ſpecies conuenit homini: & propter id etiã videtur cõuenire petro. Secundo fit propter hoc ꝙ aliqua duo in aliquo tertio conueniunt: & ob id inter ſe conuenire iudicant ut homo eſt animal: equus eſt animal: igitur homo eſt equus. Tertio fit. Cum ex duobus diuiſim ſumptis infertur aliquod coniunctũ ſecũdum accidens. ut ſic arguendo. iſte canis eſt tuus: & iſte canis eſt pater: igitur eſt pater tuus. Vnde ad hoc ꝙ ex diuiſis ad coniuncta argumentũ poſſit inferri: requiritur primo ꝙ prędicata p̃dicẽtur de ſe inuicem aut de aliquo tertio per ſe. Secundo requiritur ꝙ primũ nõ includat ultimũ. Tertio requiritur ꝙ nõ ſit repugnantia in adiecto: propter primũ nõ ſequitur. petrus eſt bonus: petrus eſt cythareda: igitur petrus eſt bonus cythareda. Propter ſecundũ nõ ſequit. petrus eſt hõ petrus eſt aĩal: igitur petrus eſt homo aĩal. Et ꝓpter tertiũ nõ ſequit petrus eſt homo & eſt mortuus: igitur petrus eſt homo mortuus.

Accidens | *Primus modus* | *Secũdus* | *Tertius* | *Argumẽtũ a diuiſis ad coniuncta.*

De fallacia ſcdm quid ad ſimpliciter. Ca.xi. MAG.

Ecundũ inter fallacias extra dictionẽ eam diximus: quę fit: ſi arguitur a dicto ſcdm quid ad dictum ſimpliciter. Eſt autem dictũ ſcdm qd determinatio diminuẽs de ratione eius cui addit DIS. Quot modis fit hęc deceptio? MAG. Multis modis ſcdm ꝙ determinatio diminuens varijs põt attribui: ut petrus eſt hõ mortuus: igit eſt hõ. Ethiops eſt albus ſcdm dentes: igit ethiops eſt albus Diuitię nõ ſunt bonæ male utenti: igitur diuitię nõ ſunt bonæ.

Scdm qd ad ſimplr | *dictũ ſcdm quid.*

De fallacia petitionis principij. Ca.xij. MAG.

I contingat in ſyllogiſmo principium petere fallacia fit quam tertio loco inter fallacias extra dictionẽ ęnumerauimus. Hoc autem contingit quinquies. Primo cũ petitur definitũ in definitione. ut animal rationale currit: igitur homo currit. Secundo cum petitur particulare in uniuerſali. ut nullus hõ currit: igit petrus nõ currit. Tertio cũ petitur uniuerſale in particularibus, ut petrus currit pla/

Petitio principij

to currit:& ſic de alijs:igitur omnis homo currit. Quarto cū petitur coniunctū in diuiſis aut ecōtrario. ut medicina eſt diſciplina ſani: medicina ē diſciplina ęgri: igit̃ medicina eſt diſciplina ſani & ęgri. Quinto cū unū relatiuū petitur in alio. ut petrꝰ eſt pater platonis: quia plato eſt filius petri. Si igitur in dictis argumētationibꝫ antecedens ſit ęque ignotum: ut conſequēs ſit fallacia petitionis principij. Poſt quā ęnūerauimus fallaciam conſequentis.

De Fallacia conſequentis. Capitulum. xiij. MAG.

Primus modus

Fit autē fallacia conſeqūētis: cū credimus conſequentiā cōuerti: q̄ nō cōuertit. Et hoc quidē trifarie accidit. Primo: cū arguit̃ a deſtructione antecedentis ad deſtructionē conſequētis. ut ſi homo eſt: aīal eſt: ſed hō nō eſt: igit̃ aīal nō eſt. Similit̃ cū arguit̃ ab inferiori ad ſuperiꝰ cū diſtributione ſupioris. ut oīs homo currit: igitur omne aīal currit. Omnis hō eſt rationalis: igitur oē aīal eſt rationale.

Secūdus

Scdo fit ab inſufficiēte inductione ſingulariū: ut petrꝰ eſt aīal: & econuerſo. Plato eſt aīal: & ecōuerſo. & ſic de alijs: igitur oīs homo eſt aīal & econuerſo. Ibi em̄ ſingularia huius quod ſequit̃: Omne aīal eſt homo nō ſunt ſufficienter inducta.

Tertius

Tertio fit cū arguit̃ a cōiter accidentibus quę ſe aliquando conſequuntur & aliqñ non. ut hic eſt comptus: igitur hic eſt adulter & econuerſo.

De Fallacia ſecundum non cauſam ut cauſam: Capitulum. decimumquartum. MAG.

De fallacia ſcdm non cauſam ut cauſam diximus de poteſtate ſyllogiſmorum. Tranſeamus igitur ad ſequentem.

De Fallacia ſecundum plures interrogationes ut unam. Capitulum. xv. MAG.

Interrogatio plures.

Fallacia quę ſeqtur eſt q̄ fit ſcdm plures interrogationes ut unā. Eſt autē interrogatio plures in q̄ plura p̄dicantur de pluribus aut plura de uno: aut unū de pluribus. Ad quā ſi datur una reſponſio/ cauſatur deceptio. ut ſi queritur. eſt ne hic & hic hō? demonſtrando petrum & aſinū. Si dicas eſt: igitur aſinus eſt homo. Si dicis nō: igitur petrus nō eſt homo. Reſpondendum eſt ergo: unus eſt homo: & alter nō. Similiter poteſt hoc fieri in plurali numero. ut ſunt ne hęc bona? demonſtrando unum bonum & aliud malum.

De Fallacia ignorantię elenchi. Ca. xvi. DIS.

Elenchus

Elenchus quid eſt? MAG. Eſt ſyllogiſmus contradictionis (id eſt cōcludens contradictoriā ꝓpoſitionis negatę a reſpondente) unius & eiuſdē: non noīs tm̄: nec rei tm̄: ſed nominis & rei ſimul: non ſynonimi: ſed eiuſdem: & ex his q̄ data ſunt de neceſſitate nō cōnumerato eo q̄d erat in principio: ad idē ſcdm idē: ſimiliter & in eodē tpe. In hac defınitione q̄dam ponuntur ratione ſyllogiſmi. ut

particulę omnes p̃ter quattuor ultimę q̃ ponuntur ratione contradi/
ctionis; contra quas/ſi peccauerit argumentũ/ fit fallacia ignorantiæ
elenchi. Unde primo fit contra hanc particulã ad idẽ. ut duo ſunt du Primus
plum ad unum: & nõ ſunt duplum ad tria: igitur duo ſunt duplum & modus
non duplum. Secundo fit cõtra hãc particulã ſcd̃m idẽ. ut hoc eſt du
plum illi ſcd̃m altitudinẽ & nõ eſt duplum illi ſcd̃m longitudinẽ: igit̃
hoc eſt duplum & non duplum. Tertio fit contra illã particulã ſimili
ter. ut homo eſt ſpecies: nullus homo eſt ſpecies: igitur idẽ eſt ſpecies
& nõ ſpecies. Homo enĩ nõ ſumitur ſil'iter ubiq̃: qa in prima ſumitur
ſimpliciter: in ſecunda pſonaliter. Quarto fit contra hãc particulam
in eodẽ tp̃e: ut manus mea eſt clauſa in illo inſtanti: & non eſt clauſa
in alio inſtanti: igitur manus mea eſt clauſa: & nõ eſt clauſa. DIS.
Videtur q̃ hęc fallacia ſit eadẽ cum fallacia ſcd̃m quid ad ſimpliciter.
MAG. Non eſt eadem. Nam hic arguitur a duobus ſcd̃m quid ad
unum ſimpliciter. Verũtamen omnes fallacię ad ignorantiam elen/ Oẽs falla
chi poſſunt reduci. Nam in fallacia ęquiuocationis & in fallacia ſcd̃m tię ad hãc
quid ad ſimpliciter: & amphibologię: ſimilit̃ & in alijs fallacijs in di/ reducũtur
ctione: non ſunt dictiones: aut orationes eędem ſcd̃m nomen & rem
In fallacia autem Accidentis non de neceſſitate ſequitur aliud. Simi/
litęr in fallacijs petitionis principij: non cauſę ut cauſę & conſequen
tis. In fallacia autem ſcd̃m plures interrogationes: non eſt unitas p/
poſitionis: quę tamen requiritur ad verum elenchum.

De Solutione paralogiſmoꝝ. Ca. xvij. MAG.

SEd quia parũ eſſet paralogiſmos poſſe conſtruere: niſi & con/
ſtructos & p̃poſitos poſſem⁹ ęnodare. Ob id iam iã in fine hui⁹
de hoc pauca placuit adijcere. In primis autẽ ſciendum para/
logiſmos ſiue fallacias duplices eſſe. Quidam em̃ peccãt in materia Fallacię
quia ſc3 aſſumunt falſum & non p̃bant: & non ſunt p̃prie fallacię: & peccãtes ĩ
ſoluuntur per interemptionẽ unius: aut ambarũ p̃miſſarum. Alij au/ materia
tem ſunt qui peccant in forma: quia ſc3 nõ debite diſponuntur in mo peccãtes
do & figura: & hi ſi ſint fallacię in dictione ſoluuntur p̃ diſtinctionẽ in forma
unius aut ambarũ p̃miſſarũ. Si vero ſint fallaciæ extra dictionẽ: põt
reſpõdens negare conſequentiã: & cauſam defectus oſtendere. Et poſ
ſunt hęc oĩa fieri dupliciter videlicet ſolutione recta: & ſolutione ad
hominẽ. DIS. Quę dicit̃ recta? MAG. Ea quę manifeſtat ſyl/ Solutio
logiſmũ falſum ſcd̃m oẽm modũ ſcd̃m quẽ falſus eſt. Quę aũt hoc recta.
nõ facit: dicit̃ ſolutio ad hoiem. Inter ſyllogiſmos autẽ facilioris ſolu Solutio
tionis ſunt qui peccãt in forma. Et dicuntur orationes acres. Peccãtes ad hoiem
autẽ in materia ſunt acriores. Et ſi p̃miſſę ſint valde p̃babiles ad inferẽ
dũ falſum dicũtur orationes acerrimę: & ad ſoluẽdũ difficiles. DI.
Poteſt ne dari modus q̃ quis cauere poſſit ut de facili nõ paralogiſet Cautelę re
MAG. Poteſt. DIS. Quis? MAG. Cauendũ eſt ne reſponde ſpõdẽtis

Cautelæ te prẹſumas antequã argumentũ perfecte fuerit propoſitũ: & ſi co/
opponen. garis citius reſpondere dicas. admitto hanc ꝑpoſitionem cauſa argu
tis. menti: aut dicas tranſeat. Et cũ te deceptũ videris: dicas te nõ in eo ſed
alio accepiſſe ſenſu. Si vero tu alium decipere volueris: cela quantũ
potes ꝓpoſitum tuũ. Multa quẹras a reſpondẽte: & ſi quando male
dixerit lauda, quãdoq; ad iram prouocabis: fingas te velle ab eo diſ
cere. Et nõ nunquã argumẽtationẽ ad aliam materiã in qua plus ab
undaueris transferre ſtudeas. Has decipiẽdi cautelas accipias: nõ ut
aliquem decipias ſed intelligas quo ab alio te decipere conãre cauen
dum ſit. Sunt & aliĳ ſyllogiſmi: videlicet Tentatiuus quo experimur
Syllogiſ/ de ſcientia reſpondẽtis. Item & Syllogiſmus Falſigraphus, qui pro
mus Ten cedit ex principĳs alicuius ſcientiẹ male intellectis. ut ſi quis arguat.
tatiuus. lineam rectam curuæ ẹqualẽ. Hoc medio. Omnes lineẹ ductẹ a cen
tro ad circũferentiã ſunt ẹquales. Hoc em̃ principiũ nõ intelligitur niſi
de lineis rectis: ſed q̃a pauca vis in his cõſtituit/ ſilentio tranſimus.

Tractatus Octauus de paſſionibus terminorum: quas parua logicalia dicunt. Ca. primũ.

MAG

P Artibus autẽ ꝓpoſitionis quæ ſunt ſubiectum & p̃dicatũ varie
accidunt paſſiões varietatẽ & falſitatem earundẽ: ſimiliter &
argumẽtationũ cõſequẽtias variantes. Quã ob cauſam nõ
ab re viſum eſt de his pauca iamiã in calce logices adiũgere. DIS.
Optime facis, ſed dic quẹſo quẹ ſint hẹ paſſiões? MAG. Sũt Sup
poſitio. ampliatio. reſtrictio. appellatio. diſtributio & expoſitio. de q
bus logici multi diuerſa ſcripſerunt: e quibus pro epitomatis comple
mento perpauca ẹnumerabo ordine iam præmiſſo.

De Suppoſitione. Capitulum ſecundum.

DIS

ſuppoſitõ Q Vid eſt Suppoſitio? MAG. Eſt acceptio termini pro aliquo
ſignifica/ non tamẽ ut ſignificatio. Suppoſitio em̃ eſt paſſio termini iã
tio. ad ſignificandũ impoſiti. Significatio autẽ eſt paſſio vocis per
ſe conſideratẹ. DIS. Qui termini ſupponũt? MAG. Oẽs termi
ni kategorematici (id eſt per ſe ſignificatiui) ut hõ aſinus album ni/
grũ &c. Adiectiua tamẽ ad hoc dicunť copulare: q̃m accipiunť ꝓ ſig
nificato ſuo nõ ſimpliciter: ſed copulãdo ipſuʒ alteri: ſcʒ huic cui inhẹ
ſupoſitõ ret. Suppoſitionẽ prima diuiſiõe trifarie partimur. videlicet in Syno
Synodo/ dochicã. ut fer fontẽ (id eſt partẽ fontis) Anthonomaticã. ut ꝓphe/ antho
chica. ta dicit (id eſt Dauid) & Metaphoricã. ut Hieruſalẽ quẹ occidis ꝓphe nõati
tas &c. Et rurſus quẹlibet harũ duplex eſt ſcilicet diſcreta & cõmunis metap
diſcreta. DIS. Diſcreta quẹ eſt? MAG. eſt acceptio termini ſingularis ꝓ rica
cõmunis. aliquo. ut petrus ſcribit. DIS. Cõmunis quẹ eſt? MAG. eſt ac/
ceptio termini uniuerſal' ꝓ aliquo. ut homo. Et hẹc rurſus duplex eſt
ſcilicet Naturalis & Accidentalis. DIS. Naturalis quẹ eſt? MA.
naturalis. eſt acceptio termini pro omnibus his a quibus natus eſt participari.

ut cũ dico.homo eſt animal.homo accipit pro homĩbus p̃ſentib⁹ p̃/
teritis & futuris. DIS.Accidẽtalis quę eſt? MAG.Eſt acceptio — *accidẽtal'*
termini pro his pro quibus exigit adiunctũ.ut homo albus.ibi acci
pitur homo tm̃ pro homĩbus albis.Et rurſus duplex eſt:ſcilicet ſim
plex & perſonalis. DIS.Suppoſitio ſimplex quę eſt? MAG.eſt
acceptio termini uniuerſalis pro natura uniuerſali.ut homo eſt ſpeci/
es.ibi homo accipitur pro natura humana in cõmuni.Oĩs homo eſt
animal.ibi anĩal ſupponit ſimpliciter:ſimiliter hominẽ.dicendo.oẽ
animal p̃ter hominẽ eſt irrationale. DIS.Perſonalis q̃ eſt? MA
Eſt acceptio termini cõmunis pro ſuis inferioribus.Et hęc rurſus du — *pſonalis*
plex eſt ſcilicet determinata & confuſa. DIS.Determinata q̃ eſt?
MAG.eſt acceptio termini cõmunis pro aliq̃ ſuppoſito.& tali ſup — *detĩmiata*
poſitione ſupponit ſubiectũ propoſitionis indefinitę & particularis.
ut homo eſt animal.quidam aſinus currit. DIS.Cõfuſa quę eſt?
MAG.Eſt acceptio termini cõmunis pro omnibus ſuis inferiori/ — *Confuſa.*
bus.Et hæc rurſus duplex eſt:confuſa ſcilicet diſtributiua & confuſa
tantum. DIS.Confuſa diſtributiua quę eſt? MAG.eſt acceptio — *Diſtribu*
termini cõmunis pro omnibus ſuis inferioribus:& ſub eo valet deſcẽ — *tiua*
ſus copulatiuus.ut omnis homo currit.Ibi homo ſupponit confuſe
diſtributiue:& taliter deſcendit.igitur petrus currit & plato currit &c
de aliȷs. DIS.Confuſa tantũ quę eſt? MAG.Eſt acceptio termi — *Confuſa*
ni cõmunis pro natura ut habet eſſe in ſuis ſuperioribus:non tamen — *tantum*
valet deſcenſus copulatiuus.ut piper.dicendo hic & Romę venditur
piper.& animal.dicendo.omnis homo eſt animal.

De Suppoſitione relatiuorum. Ca.iiȷ. MAG.

Abent tamẽ termini relatiui ſpecialẽ ſupponẽdi modũ ſꝫm di
uerſitatẽ earundẽ.nã quędã ſunt relatiua ſubſtantię & quędã
relatiua accidentis. DIS.Relatiua ſubſtãtię q̃ ſunt? MA. — *Relatiua*
quę referũt rem p modũ ſubſtantię(eſt em̃ relatiuũ ante latę rei recor — *ſubſtãtię.*
datiuũ)& hęc ſunt duplicia.Quędã em̃ ſunt relatiua identitatis:q̃dã — *Relatiuũ.*
diuerſitatis. DIS.Relatiua ſubſtãtię identitatis q̃ ſunt? MAG.q̃ — *identitatis*
referũt eandẽ rẽ in nũero:ut petrus ſcribit & ideꝫ diſputat.Et hęc rur/
ſus ſunt duplicia:vicꝫ reciproca & nõ reciproca.Reciproca ſunt q̃ re/ — *Reciꝓca*
ferunt rẽ agentẽ per modũ patiẽtis.ut petrus ꝑcutit ſe.Et hęc relati/
ua ſupponũt pro eadẽ re in numero cũ ſuis antecedẽtib⁹.& loco eoꝝ
licet ponere antecedẽtia. Nõ reciproca aũt dicimus q̃ referũt eandeꝫ — *nõ reciꝓ/*
rẽ in numero:& pro eadẽ ſupponũt.ut petrus legit & idem loqtur.pe — *ca*
trus currit & ille mouet.Patet igĩ oĩa relatiua ſubſtãtię idẽtitatis ſup
ponere pro eadẽ re in numero cũ ſuis ancedentib⁹.Relatiuũ ṽo ſub/ — *diuerſita/*
ſtantię diuerſitatis eſt q̊d refert eandẽ rem in nũero cũ ſuo ãnceden/ — *tis*
te:& ſupponit pro alia.ut petrus ſcribit & alius loqtur. DIS.Rela
tiuũ accidẽtis q̊d eſt? MAG.quod refert rẽ per modũ denominatio

tis: ut qualis eſt petrus talis eſt & plato. Et eſt duplex ſcilicet identita/tis & diuerſitatis. Relatiuū accidentis identitatis dicimus/ quod refert eandem qualitatē vel quantitatē in ſpecie pro qua ſupponit. ut petr⁹ eſt albus & talis eſt plato. Petrus eſt bipedalis & tantus eſt plato. Relatiuū autē accidentis diuerſitatis: & ſi referat eandē quaalitatē vel quātitatem in ſpecie: pro alia tamē in ſpecie ſupponit. ut Petrus eſt albus & alterius modi eſt plato. Petrus eſt q̄titatis tripedalis: & alteri⁹ eſt plato. Hacten⁹ de ſuppoſitōib⁹ terioꝝ Nūc de ampliatōe tractādū eſt

De Ampliationibus. Capitulū quartū. DIS.

ampliatō

Quid eſt ampliatio? MAG. eſt extēſio termini a minore ſup/poſitione ad maiorē. ut homo eſt. ibi homo ſtat tantum pro pſentibus. Sed dicendo homo fuit. homo ſtat pro p̄ſentibus & p̄teritis. Non tamē intelligendū eſt ꝙ terminus poſſit ampliari. ut ſtet pro pluribus q̄ in ſuppoſitione naturali: quia (ut dictum eſt) in tali ſtat ꝑ omnibus a quibus natus eſt participari. Vnde patet ampliationē eſſe minorē reſtrictionē: minus eīn reſtringitur terminus ꝑ ſe poſitus vel in naturali ſuppoſitōe q̄ reſtringat in ꝓpoſitione qua ampliari dicit. Amplius ſciendū: termīos ſequētes ſcꝫ poſterius prius poſſibile impoſſibile cōtingens neceſſario. Similiter & ꝟbalia in bilis vel bile. aut tiuus terminata: terminū non ampliare ſed ꝑmittere ipm naturaliter ſtare. Quod qdem pluribꝰ firmari poſſet rationibus: quas breuitatis cauſa libuit ſilentio tranſire.

ampliatō eſt minor reſtrictio.

De Reſtrictione Capitulum quintum DIS

Reſtrictio

Quid eſt reſtrictio? MA. eſt coartatio termini a ſuppoſitiōe maiore ad minorē. ut dicēdo homo. homo ſupponit & ſtat ꝑ omnibus hominib⁹. ſed dicēdo homo eſt. homo ſtat tm̄ pro p̄ntibus. Simil'r homo albus: ſtat tantū ꝑ albis. Vnde qñcunq; ter/minus ſtat ꝑ paucioribus q̄ ſi ſtaret naturaliter dicitur reſtringi. Et fit hoc ꝑ nomina: & (ut in plurimū) adiectiua. Adiectiuū enim reſtringit ſubſtantiuū ad ſtandū ſecum in eodem genere: & pro his qbus ſignificatū adiectiui inhēret. Et hoc quidem verū eſt: ſi adiectiuū ponatur cū ſuo ſubſtantiuo ex eadē parte ſubiecti aut p̄dicati. Nihil em̄ poſitū a parte p̄dicati reſtrīgere poteſt ſubiectū: quo ad principale ſignifica/tū. ut dicēdo homo eſt albus: homo reſtringit per albus nō pro albis ſed pro maſculis. Fit ſimiliter reſtrictio per verba & participia: quoni/am verbum aut participiū preſentis temporis reſtringit pro p̄ntibus Sed participiū vel verbum preteriti temporis reſtringit terminū īmediate p̄cedentem & ſequentem pro p̄ſentibus & preteritis. Participiū autem vel verbum futuri temporis reſtringit terminū īmediate precedentem & ſequentē pro preſentibus vel futuris. Exempla ſunt homo eſt aſinus: homo fuit aſinus homo erit aſinus. Item fit ſimiliter quandoq; reſtrictio ab uſu. ut nihil eſt in cantro: intelligitur nihil ſolidum: licet ibi ſit aer &c. Sequitur de appellatione.

ꝑ nomen

ꝑ verbū ꝑ partici: pium

ab uſu

De Appellatione. Capitulum ſextum DIS

q Vid eſt appellatio? MAG. Eſt acceptio termini pro re ex/ appellatiõ
iſtente. ut homo currit ibi homo appellat hominẽ exiſtentẽ.
Verba autẽ quæ ſignificant actus animi interiores termino ſe
quenti dant appellare formã & rationẽ. ut cognoſco venientẽ: id eſt
cognoſco eũ qui venit/ ſub ea ratione qa venit. verũtñ ſcripturæ ſacræ
hũc abhorrent rigorẽ. unde Auguſtin⁹. Indignũ vehemẽter exiſtimo
ut verba celeſtis oraculi reſtringã ſub regulis Donati. a fortiore per
regulas inanes logicę quę ſimiliter a beato Hieronymo rejciũtur. 37.
di. c. nõ vobis. Et. c. omne dicitur: nõ in dialectica placuit deo patri
filio &. ſſ. regnũ eñ dei in ſimplicitate fidei eſt: nõ in cõtentione ſer/
monis. de his dicit: qui omnem vim diſputationũ ſuarꝫ in dialectica
ponũt. Ea ꝓpter malui ad pſens aliorꝫ dicta de paſſionib⁹ huiuſmõi
dialecticis: ſuccinctim pcurrere ꝙ vel de ꝓprio aliquid noui cudere:
vel neotericorum profuſa cõmentaria imitari. beatus etiã Grogori⁹
libro. xxvi. moraliũ ait. non debet intentio verbis deſeruire ſed ver/
ba intentioni. xxij. q. v. c. humane. Et idem doctor in ſ;mone quodã
dicit. plerumqꝫ dum proprietas verborꝫ attenditur/ ſenſus veritatis a
mittitur. Diuus quoqꝫ Hieronymus ſup epi. ad Galatas. Euangeliu;
inquit nõ eſt in verbis ſcripturarꝫ ſed in ſenſu: nõ in ſupficie ſed in me
dulla. nõ in ſermonũ folijs/ ſed in radice rationis. Sanctus quoqꝫ Hi
larius li. iiij. de trinitate. Intelligentia ait dictorꝫ ex cauſis eſt aſſumen
da dicendi. quia nõ ſermoni res ſed rei eſt ſermo ſubiectus. Talib⁹ fi
li chariſſime ſanctorꝫ ſentẽtijs obuiare poteris iſtis neotericis logicis q
phĩam omnẽ naturalẽ & moralẽ poſtponẽtes/ priſcorꝫ patrũ & ec/
cleſiaſticorꝫ doctorũ grauiſſimas ſentẽtias autſulſe inuertere: aut pe/
nitus nõ verentur negare ſi ipſas regulis ſuis dialecticis nequerint co
aptare. de qbus canõica ſanctio ait. nõne vobis videt in vanitate ſen
ſus & obſcuritate mẽtis ingredi/ q diebus ac noctibus in dialectica ar
te torquet. xxxvij. di. c. nõne. & eadẽ di. p Vrbanũ papã dicit. Omnẽ
vim inuentorꝫ ſuorꝫ in dialectica diſputantes ponũt heretici: q phõrꝫ
ſentẽtia definit non aſtruẽdi vim habere ſed ſtudiũ deſtruẽdi: ſ; non
in dialectica placuit deo patri &c. ut ſupra. Reliqua tranſimus.

De Diſtributione. Capitulum ſeptimũ. DIS.

q Vid eſt diſtributio? MAG. eſt mľtiplicatio acceptionis ter/ diſtributio.
mini ɔmunis ꝓ ſuis inferiorib⁹ p ſignũ diſtributiuũ facta. Sig
na aũt diſtributiua ſunt duplicia. vic; ſubę & accidẽtis. Subſtã/
tie ſunt q̃ diſtribuũt ꝓ rebus hñtib⁹ ſe p modũ ſubę. & hęc ſunt ruſus
mľtiplicia. q̃da; eñ diſtribuũt ꝓ omnibus ptibus ſubiectiuis. q̃da; p
duob⁹ tm̃. q̃da; v̇o ꝓ ptib⁹ integralib⁹. DIS. q ſunt q̃ diſtribuũt ꝓ
ptib⁹ ſubiectiuis oĩbus? MA. ſunt omnis/ nullus/ qlibet/ q̊dlibet
quælibet/ nihil/ nemo & ſimilia. Simľr differt; aliud ab. non idem &c.

Et dicũtur hęc ſigna uniuerſalia: nõ quia ſignificent uniuerſale: ſed qm̄
uniuerſaliter ſignificãt: quia diſtribuũt terminũ ꝓ omnibꝰ ſuis inferio
ribus: & tñ differẽter: qa ſigna negatiua diſtribuũt terminũ mediate vł
ĩmediate ſequentẽ. ut nullus hõ eſt aſinus: ibi diſtribuit hõ & aſinus
Sed affirmatiua tm̄ diſtribuũt terminũ immediate ſequentem. ut oĩs
homo eſt aĩal: ibi tm̄ diſtribuit homo. Animauertendũ tñ de hoc ſi/
omis qñ gno omnis. Nam qñq; accipit & collectiue & diſtributiue in nume/
exigat tria ro ſcꝫ plurali. Exempla ſunt: omnes apl'i dei ſunt duodecim. Ibi acci/
appellata pitur collectiue: valet em̄ oẽs apl'i ſimul collecti ſunt duodecim. Sed
dicendo. oẽs hoĩes currũt. ibi accipit diſtributiue. DIS. Quid ſi tm̄
duo homines currerent: dicere ne liceret omnes homines currunt?
MAG. Si nõ eſſent plures hoĩes/ dicere quidẽ licert: oẽs e ſicut dici
mus oĩs fęnix. oĩs ſol. Si autẽ plures ſint: etiã nõ currẽtes oẽs nõ dici
mus: ſed ambo vel uterq;: nec hoc te lateat. Nihil & nemo ĩcludere ter
minos ſui diſtributionis: ut nihil. i. nulla res nemo. i. nullus homo: vł
nullum ens quod eſt homo &c.. DIS. Quę ſunt ſigna diſtributi
Vter ua duoꝝ? MAG. Vter & neuter: uterq;: neuterq;: neutraq;: utraq;
Neuter utrumq;: hæc enĩ diſtribuũt ꝓ duobꝰ demõſtratis. ut neuter hoꝝ cur/
Negatio. rit. DIS. Quid de negatione? MAG. Negatio principaliter ne/
gat: & ex conſequenti diſtribuit. quia ſcꝫ negat oĩa facit ſtare pro om
nibus negatiue.. DIS. Quę ſunt diſtributiua ꝓ partibus integra
Totus libus? MAG. Hoc ſignũ totus quod quidẽ dupliciter accipitur: vi
delicet kategorematice: tunc valet totus. i. habens partes. ut totum
quod eſt in mũdo eſt in oculo meo. i. ens habens partes q̊d eſt in mũ
do &c. Alio modo accipitur ſynkategorematice.. & tunc valet totꝰ. i.
quęlibet pars. Includit enĩ terminũ ſuę diſtributionis ſcꝫ pars. unde
dicendo totꝰ petrus: ibi petrus nõ diſtribuit: ſed pars. DIS. Quę
diſtributi ſunt diſtributiua accidẽtis? MAG. Quę diſtribuunt ꝓ re habẽte ſe
ua accñtis per modũ accidẽtis. Et ſunt duplicia. Quędã enĩ diſtribuũt ꝓ quali
tatibus: quędã vero ꝓ q̃titatibus. DIS. Quę diſtribuũt ꝓ q̃litati/
q̃lelibet bus? MAG. Hoc ſignũ qualelibet: cuiꝰ particulare eſt aliq̃libet. va
let em̄ q̃lelibet. i. ens habẽs oẽm ſpẽm qualitatis. DIS. Quę ſunt
quantuſ/ diſtributiua q̃titatis? MAG. Hæc quãtuſcũq; q̊d diſtribuit ꝓ q̃ti/
cunq; tate cõtinua: & q̊tuſcũq;/ quod diſtribuit ꝓ q̃titate diſcreta. Preter hęc
totuſcũq; eſt hoc ſignũ infinitũ. Quod qdẽ accipit multiplicit. Primo negati
infinitũ ue: ꝓ ente q̊d finiri nõ põt: qa nõ habet aptitudinẽ finiẽdi. ut vox eſt ĩ
infinitũ inuiſibilis: quia videri nõ põt. Scd̄o accipit ꝓ eo q̊d nõdum
eſt ꝑtranſitũ põt tñ petranſiri. ut ager nõdum dimenſus. Tertio acci/
pitur ꝓ illo cuius q̃titas ſemper creſcit ꝑ appoſitionem: ut numerus.
Quarto pro eo cuius quantitas nunq̃ deſinit diuiſionẽ: ut linea vel
ſuperficies. Quinto accipitur pro eo cuius q̃titas ſemper creſcit ap/
poſitione: & nunq̃ deſinit diuiſione. ut tempus. Ex his tribus ulti/
mis modis poteſt accipi: aut ſimpliciter: aut quo ad nos. Et valet infi/

nitum id eſt quolibet plura. Hæc de diſtributionibus, iam ultimo p̄curramus propoſitiones exponibiles.

De Exponibilibus. Capitulum octauum. DIS.

Vam propoſitionem exponibilem cenſes? MAG. Eã quę
q habet ſenſum obſcurum/propter aliquod ſynkategorema in ꝓpoſitio
ea poſitum. Synkategorematum vero huiuſcemodi quędam expõibil.
ſunt excluſiua. ut tantũ ſolum dumtaxat &c. Quædam exceptiua. ut præter/præterq̃/niſi &c. Quædam reduplicatiua. ut in quantũ/eo ꝙ/ſecundũ ꝙ/&c. Item ſunt: Incipit & deſinit infinitũ: comparatiui & ſuperlatiui: differt: aliud ab: tot⁹ & qualelibet. &c. De quibus eodem obſeruato ordine pauca in calce logices adijciemus.

De Excluſiuis. Capitulum nonum. MAG.

Xcluſiua in qua nulla ponitur negatio: exponitur per duas excluſiua
e exponentes: coniunctas per coniunctionẽ copluatiuam: qua affirmati.
rum prima eſt pręiacẽs propoſitionis exponibilis (id eſt propoſitio quæ remanet depoſito ſigno excluſiuo) Secunda eſt negatiua in qua negatur prædicatum ab omnibus alijs a ſubiecto. ut tantũ homo currit, exponitur ſic homo currit: & nil aliud ab homine currit
Excluſiua autem in qua ponitur negatio: Siquidem negatio ponitur excluſiua
ante ſignum excluſiuum exponitur per unam diſiunctiuam de parti negatiua;
bus contradicẽtibus prioribus. ut Non tantũ homo currit. exponitur ſic. nullus homo currit vel aliquid ab homine currit. Si autem negatio ponatur poſt ſignũ: exponitur per duas ꝓpoſitiones coniunctas per coniunctionẽ copulatiuã: quarũ prima eſt pręiacens negatiua. Secunda eſt affirmatiua in qua prædicatũ affirmat̃ de quolibet alio a ſubiecto. ut tantum accidens non eſt ſubſtantia. exponitur. Accidens nõ eſt ſubſtantia: & omne aliud ab accidẽte eſt ſubſtantia. Et hæc vera ſunt/cum ꝓpoſitio excluſiua exponitur gratia alietatis. Nã ſi in ea ponatur dictio importans numerũ: exponenda erit gratia pluralitatis: per omnia ut dictũ eſt. dempto ꝙ in ſecunda exponente ponitur plures vel eius condeclineũ. ut iſta Tantũ duodecim ſunt apoſtoli dei: exponitur duodecim ſunt apoſtoli dei: & non plures quã duodecim ſunt apoſtoli dei.

De Exceptiuis. Capitulum decimum. DIS.

Vomodo exponũtur exceptiuę? MAG. Exceptiua affir/ Exceptiua
q matiua exponitur copulatiue: p tres exponẽtes: quarꝫ prima affirmat p̃dicatũ de ſubiecto ſumptũ cum aliud ab. Secunda affirmat p̃dicatũ de termino excepto. Tertia negat p̃dicatũ de termino excepto. ut hęc Omne animal pręter hominẽ eſt irrationale ſic exponitur. Omne animal aliud ab homine eſt irrationale: & homo eſt animal & homo nõ eſt irrationalis. Negatiua vero exponitur copulatiue per tres exponentes: quarꝫ prima negat prędicatũ de ſubiecto

ſumpto cum aliud ab. Secunda affirmat ſubiectū de termino excep/to. Tertia affirmat prędicatū uniuerſaliter de termino excepto. ut hęc nullum animal pręter hominē eſt riſibile. Sic exponit̄ Nullū animal aliud ab homine eſt riſibile: & homo eſt animal: & omnis homo eſt riſibilis. Cōtradictorię harꝫ exponuntur ꝑ exponentes cōtradictorias Hoc tamē animaduertendū/ſigna exceptiua nō poſſe poni niſi in propoſitione uniuerſali in qua terminū cōmunē ſuper quē īmediate ca/dunt/ſi impedita nō fuerint faciūt ſupponere ſimpliciter. ut in dictis propoſitionibus: hominem ſupponit ſimpliciter.

De Reduplicatiuis. Capitulum. xi. DIS.

reduplicatiua.

q Vomodo exponuntur reduplicatiuę? MAG. Reduplicatiua affirmatiua exponitur ꝑ quattuor exponētes copulatiue quarꝫ prima affirmat p̄dicatum principale de ſubiecto. Secūda affirmat reduplicatū de ſubiecto. Tertia affirmat prędicatū principale de reduplicato. Quarta eſt una cauſalis in cuius ante ponitur dictio ſuper quā cadit reduplicatio: cū aliquo tranſcendente: & in conſequente p̄dicatū principale affirmat̄ de relatiuo illius tranſcendentis. ut hæc. homo inquantū rationalis eſt riſibilis ſic exponitur. homo eſt riſibilis & homo eſt rationalis: & omne rationale eſt riſibile & ſi aliquid eſt rationale ipm̄ eſt riſibile. Negatiua autē exponitur ꝑ quattuor exponētes copulatiue quarꝫ prima negat p̄dicatū de ſubiecto: Secunda affirmat reduplicatū de ſubiecto. Tertia negat uniuerſaliter prędicatū de reduplicato. Quarta eſt una cauſalis in cuius ante ponitur reduplicatio cū aliquo tranſcēdēte: & in cōſequente negatur p̄dicatū de relatiuo illius tranſcendētis. ut iſta nullus homo inquantū rationalis eſt rudibilis. ſic exponitur. nullus homo eſt rudibilis: & omnis homo eſt rationalis & nullū rationale eſt rudibile: & ſi aliquod rationale ipm̄ non eſt rudibile. Cōtradictorię harꝫ exponūtur ꝑ exponentes cōtradicētes. uerūtamē hæc ſigna nō ſemper accipiuntur reduplicatiue ſed quādoqꝫ ſpecificatiue. Accipiunt̄ quidem reduplicatiue: qn̄ denotant illud ſuper quod cadunt eſſe p̄ciſam cauſam quare p̄dicatū inſit ſubiecto. ut in exemplis dictis. Specificatiue vero accipiunt̄ quādo denotāt id ſuper quod cadunt nō repugnare quin & ſub ea ratiōe p̄dicatum inſit ſubiecto. ut homo inquantū albus currit. Modus aūt exponendi datus intelligitur cum ſignum accipitur reduplicatiue.

De Incipit & deſinit Capitulum. xij. DIS.

Incipit.

q Vomodo exponunt̄ ꝓpoſitiōes de deſinit & incipit? MAG Si incipit/ponatur cū dictione ſignificāte rem cuius eſſe ſimul acquiritur: exponitur copulatiue ꝑ duas exponētes: quarꝫ prima eſt affirmatiua de p̄ſenti/ſecūda negatiua de p̄terito. ut homo incipit eſſe. exponitur: hoc nunc eſt: & homo īmediate ante hoc non fuit. Si autem ponatur cum dictione ſignificante rem cuius eſſe ſucceſſiue

acquiritur: exponitur copulatiue per duas exponentes: quaꝝ prima
eſt negatiua de pręſenti: ſecunda affirmatiua de p̃terito: ut homo inci
pit eſſe albus. exponit̃: homo nunc non eſt albus: & homo ĩmediate Deſinit
poſt hoc erit albus. Similiter ſi deſinit/ponatur cũ dictione ſignifican
te rem cuius eſſe ſimul acquiritur. exponitur copulatiue: cuius prima
pars eſt affirmatiua de præſenti: ſecũda negatiua de futuro. ut homo
deſinit eſſe. exponitur. homo nunc eſt & homo ĩmediate poſt hoc nõ
erit. Si autem ponatur cum dictione ſignificante rem cuius eſſe ſucceſ
ſiue acquiritur: exponitur copulatiue per duas exponentes: quarum
prima eſt negatiua de præſenti: ſecũda affirmatiua de pręterito. ut ho
mo deſinit eſſe albus. exponiur. homo nunc non eſt albus: & homo ĩ
mediate ante hoc fuit albus. Contradictoriæ exponuntur per oppo
nentes contradicentes prioribus.

liebris potius vocis orationē q̃ ad virilem dignitatem dicendo acco
modata ſit. Cum vero ſermo in dignitate eſt: plenis faucibus/ſedati/
ſſima & depreſſiſſima voce uti conueniet. Si autem in demōſtratione
ſermo eſt: voce paululum attennuta: crebris interuallis & diuiſionibꝰ
uti oportebit: ut ipſa pronunciatione eas quas demonſtramus res in/
ſerere animo auditoris videamur. Cum autem in narratione fuerit ſer
mo: vocum varietate opus eſt: in quo quodq; geſtum ſit: ita narrari
videatur: factum celeriuſcule dicemus. Deinde modo acriter/tunc ce
leriter/mœſte/hilariter in omneſq; partes nos cōmutabimus: ſi qua
inciderint in narratione dicta/rogata/vel reſponſa diligenter animad
uertamus: ut omnium perſonarum ſenſus atq; animos exprima/
mus. Sin erit ſermo in iocatione: leuiter tremebūda voce cum par/
ua ſignificatione riſus: ſine ulla ſuſpitione nimiæ cachinnationis no/
bis agendum eſt. Cum autem contendere oportebit: vocem iungere
& torquere ſonum: & celeriter: clamore verba conficere nos decebit
ut vim quandam orationis vociferatio habere poſſit. In clamationi
bus autem clariſſima voce & longo ſpacio utemur. In cohortatione
voce attenuatiſſima: leui ſono/& æquabili & cōmutationibus crebris
utendum eſt. In conquæſtiōe voce depreſſa inclinata ſono/crebro ſpa
cio/longo interuallo/magnis pronunciationibus oratio pronuncian

Corporis geſtus expreſſio

da eſt. Non autem tantū oris vitia ſed & corporis quoq; euitāda ſunt
DIS. Et quæ ſunt iſtec? MAG. Seruandus eſt in vultu pudor:
& acrimonia: & in geſtu venuſtas: ne aut hiſtriones aut viles operarij
eſſe videamur. Cum igitur ſermo in dignitate eſt: ſtantes in veſtigio
leui/dextre motu loqui oportebit hilaritate/triſticia/ mediocritate/&
grauitate vultus ad ſermonis ſententias accomodata. Si autem in de
monſtratione ſermo erit: paululum corpus a ceruice demittamus. Si
in narratione: vultus quandā ſignificare decebit hilaritatem. Si vero
contendimus: brachio celeri/mobili vultu: acri aſpectu utemur. Item
applauſione pedis dextri: proiectione brachij/ acri & dæfixo aſpectu
uti oportebit. In queſtione: fœmineo plangore & conturbato vultu.
In cohortatione: tardiori oratione & miſerabili & humili geſtu uten

dum eſt. Hæc autem quantū in animo auditoris efficiant/ luce clari/
us patet: nec ab euangeliſantibus neglectui danda ſunt: ſi diui Au/
guſtini inſtitutiones/ quas in quarto de doctrina Chriſtiana tradidit
libro: ſequi fas eſt. quæ illic clarius inſpiciantur. DIS. Et ego qui
dem facile dictis tuis aſſentio: ſed ne in his diutius īmoratus/ reliqua
ſilentio tranſeas: ad memoriæ præcepta ſermonem vertas.

De Memoria. Capitulum viceſimumtertiū. MAG.

m Emoriæ nunc ordo præcepta miniſtrat. Qua3 quidē conſtat Memoria
eſſe naturalem: ſed arte adiuuari poſſe non dubium eſt. Hęc au
tem ars breuibus pręcœptis ſed magna exercitatione forma/
tur. DIS. Præcœpta tradas: exercitationem ego adijciā. MAG.
Memorari volens: locos/ imagines/ earundē ordinē diſpoſitionē atq3
collationem habeat neceſſe eſt. Loca quidē quib9 id cui9 reminiſci vo
luerit veluti chartę inſcribat. Imagines & earundē diſpoſitionē & col Memoramur loco
lationē qbus ceu litteris ſcribat. Ordinē vero/ ut q̊d primū poſteriuſue Ordine
pronunciare voluerit: diſtinctim inueniat. DIS. Vnde autē & qua Imaginibus.
les aſſumendi ſunt loci & imagines? MAG. Omni cōfuſione hu/
ius rei poſtergata: locum/ imagines/ atq3 earundē ordinem in confu/
ſum litteris viginti cōplectamur: ſeruato earunde3 ordine naturali. ut
a b c d e f g h &c. Harum quælibet quinq3 contineat dictiones ſecun/
dum numerū & ordinem vocalium. quæ ſunt: a e i o u. In prima ſyl
laba: ſi dictio a conſonante incipiat. aut in ſecunda ſyllaba: ſi a vocali
initium ſumat: in his tanq3 in locis ſingulæ imagines a ſingulis ſylla
bis incipientes conquieſcunt. Imagines autem ſunt quę per has dictio
nes ſignificantur. In quibuſdam vero litteris aſſumuntur nōnulla no imagines
mina vulgaria: eo q latine ab his litteris incipientia (& inſignes) ali/
quas imagines ſignificantia facile reperiri non poſſent. Accipit̃ ſimilr
quuſtos pro cuſtos. Quas oēs cū ordine q̊ poſitę ſunt memorię cō/ Exemplū
mendauerimus: ea quorum reminiſci placuerit hoc pacto inſcribamus memoriæ
ut earum comparationes cum proprietate imaginis cui inſcribēda ſunt localis
conſideremus. Veluti ſi regulas iuris in ſexto decretaliu3 ordine quo
poſitę ſunt recitare quis voluerit: imaginib9 eas inſcribat eo mō. Pri/
mā3 q̄ eſt beneficiū eccleſiaſticū ſine inſtitutiōe canonica nō poteſt ob
tineri. primę imagini aſſignabimus: cōſiderātes aliquē abbatē nobis
notum non canonice inſtitutū &c. Secundā quę eſt Poſſeſſor malę fi
dei ullo tpe non pſcribit. ſecundę imagini inſeremus: imaginando ca
prum: quē cū lupus de ſpelunca ſua exire iuberet/ obiecit poſſeſſiōe3
reſpondit aper: poſſeſſorē malę fidei &c. Pari mō ſequentes ſequenti
bus inſcribam9 imaginibus. Multo autem p hac re cōſequenda adiu/
mento nobis erit: ſi humanarum rerum experientiam & naturas nouer i
mus. Sic em̄ facile nobis compatiōes occurrere poſſunt: q̄ p contrari
um ſumendę ſunt. Oportet em̄ nō tm̄ firma/ verūetiā celeri compræ/

henſioneres naturaſq; percipere: ut & eorũ quæ a nobis inuenta ſunt & quæ ab aduerſario in agendo contrectata ſunt/reminiſci poſſimus. Alia de confortatione memoriȩ naturalis in tractatu noſtro ſpeciali latius uideri poſſunt. Te autẽ aſſiduo exercitio/iugi labore & uigilanti ſtudio his intentum eſſe oportet, ſi fructum cõſequi uolueris. Vale & quæ alia ex me uolueris/pete.

A — 1 Abbas. 2 Aper. 3 Apis. 4 Aſtrologus, 5 Agnus.

Exemplũ memoriȩ Localis.

A
Abbas
Aper
Apis 5
Aſtrologus
Agnus

B
Balneator
Begutta
Binder. 10
Bombardus
Buccinator

C
Cardinalis
Cæſar
Chirurgicus 15
Cocus.
Curſor

D
Dapifer
Dæmon.
Dimicator. 20
Doctor
Dux

E
Edax
Elephas
Epiſcopus 25
Exorciſta.
Equus.

F
Faber.
Fȩniſeca ein mȩder.
Figulus 30
Foſſator
Furnarius

G
Gardianus.
Geometer
Gigas 35
Gouggkler
Guggengauch.

H
Hartmãnus:
Helias
Hypocrita 40
Hoſtiarius
Huſſs.

I
Ianitor
Ieſus
Inſtitor 45
Iob
Iudas.

K
Kantengieſſer.
Kegler.
Kurſzner. 50
Holer.
Kupferſchmid

L
Lapicida.
Legatus.
Lictor 55
Lotrix.
Luſor

M
Macellarius.
Medicus:
Miles 60
Molendinarius
Muſicus

N
Nauta
Necromanticus
Niſifer 65
Notarius
Nummularius.

O
Orator
Obſtetrix
Officialis 70
Ortographus.
Ortulanus

P
Papa
Pedagogus
Pictor 75
Poeta
Pugillator

Q
Quadriga
Quæſtor
Quiſcularius 80
Quodlibetarius
Quuſtos

R
Raptor
Regina
Ribaldus. 85
Rotarius.
Ruſticus

S
Sacerdos
Serpens
Simeon 90
Socrates
Sutor

T
Tabernarius
Teſtator.
Tyrannus 95
Tornator
Tutor

V
Vates.
Venator.
Vigil 100
Vogler
Vulpes.

SECVNDVS DE CONDENDIS EPISTOLIS

Libri Tertij Tractatus Secundus de Epiſto/lis condendis. Capitulum primū de Epi/ſtolarum diuiſione. Diſcipulus:

Eſtat ut de condendis ſcribendiſue Epiſtolis formaꝫ tradas.
r MAG. Faciam ac lubens. Sed pręmonuiſſe oportet epiſtola
rum quaſdā eſſe diuinas: quaſdā vero humanas. Diuinas qui Epiſtolę.
dem voco: in quibus fidei myſteria/religionū cerimonias/dei cultū/ diuinæ
morūatq; virtutūſeminaria exprimunt: & vitioꝝ radices æuellunt
uti eſt videre in epiſtolis ſanctoꝝ Pauli Hieronymi Auguſtini Cipri
ani Bernardi & Senecę philoſophi moraliſſimi: atq; alioꝝ pluriū hu/
ius ordinis hominū. Humanaꝝ ꝟo quędā Grauis: Cōſolatoria: ama humanę.
toria: Cōmendatoria aut Hortatoria eſt. DIS. Grauē quam dicis?
MAG. Eaꝫ ipſam quæ ardua difficilia atq; noua quotidie acciden/ Grauis
tia continet. utputa quę belli aut pacis tempore e caſtris datur ad ur/
bem aut e conuerſo. Cōſolatoria qua amicoꝝ mortē/calamitatem ad Conſola/
uerſamue fortunā verbis conſolatorijs dęmulcemus. Cōmendato/ toria
ria qua amicū aut familiarē/notū vel ignotum alteri cōmendamus. amatoria
Amatoria qua verbis petulantibus amorē alterius in nos cōcitam⁹
Hortatoria qua de rebus noſtris: utputa agris/pecoribus aut frumē
tis ſcribim⁹: aut filios noſtros/ſodales/diſcipulos ac cęteros ad mo
res ſtudia/ad laudē cohortamur. Præter hęc autē multa alia ſunt Epi
ſtolaꝝ genera a Mario Philelfo æloquentia præclara/ad octogena/
rium uſq; numerum digeſta.

De partibus Epiſtolæ. Capitulū ſecundū DIS:

X quot aut quibus partibus Epiſtola conficit? MAG. Ex
e quinq;: q̄ ſunt Salutatio Exordiū Narratio Cōcluſio & Supra ptes ep̄l'æ
ſcriptio. Salutatiōe q̄dem epiſtola cōſtat: ut animus eius ad
quē ſcribimus p̄paretur ad p̄cipienda ea q̄ deſideramus. Exordio ſil'r
& ut cauſaꝫ ad ſcribendū mouentē explicem⁹. Hoc aūt q̄a etiā in nar
ratione fieri poteſt non in oībus epiſtolis exordia ponim⁹: niſi mag
na q̄daꝫ negocia tractare aut tractāda velimus. Narrationē ꝟo epi/
ſtola omnis cōtinet: q̄ oſtendimus quid ab alijs fieri volum⁹: aut q̊d
factū ſit dęmōſtramus. Concluſionē autē ut de loco & t̄pe datę epiſto
læ certior fiat recipiens. Supraſcriptionē ꝟo ut & is qui defert cui p̄/
ſentare debeat/& is ad quē defertur an ne aperire liceat cognoſcat.

De Salutatione Capitulū tertium. DIS.

E Salutatione conficienda primū dicas. MAG. Salutatiōes Forma ſa
d varie a varijs ponunt. Sꝫ ſi eā ex arte ſtruere libeat: primū no lutatiōis.
men tuū. deinde nomen dignitatis aut officij tui in nominati/
uo caſu. tertio nomē eius ad quē. & demū nomen officij aut dignita
tis eiuſdē in datiuo caſu ponas cū additiōe clauſulę: Salutē plurimaꝫ

dicit:ut Gregorius Reiſch artiū Magiſter Friderico Epiſcopo Augu/
ſtenſi S.P.D. Aſſentationis vero cauſa aliud inoleuit:ut ſcilicet inferi/
ores ſcribētes ſuperioribus:noīa ſua poſtponāt:nec ſalutē ſed ſubie/
ctionē aut famulandi prōptitudinē loco ſalutis ponāt.ut reuerendiſſi/
mo in chriſto patri ac dño/ dño Friderico Auguſteñ. pręſuli: Gre/
gorius Reiſch artiū Magiſter ad q̄uis mandata ſe ſpōdet ꝓmptiſſimū
Id aūt doctiorꝫ aures nedū faſtidiunt: ſed etiā abhorrēt vehementer.

De Exordio. Capitulum quartum. MAG.

Exordiū. EXordio autē(ſi res expoſtulat)ꝑmiſſa ſalutatione utimur : in
quo eum ad quē ſcribimus attentum/docilē & beniuolū face
re curamus:ut quę ſcribimus legat & admittat. Quibus au
tem partibus aut unde efficiatur in ſuperioribus digeſtū eſt. DIS.
Verum quidē.ſed de Narratione quid dicis?

De Narratione Capitulum quintum. MAG.

Narratio PReparato eius ad quē ſcribimus animo:ſi quid ab eo fieri vo
lumus:aut nos alioſue fœciſſe iudicare libeat:ſecundū epiſto
læ genus & naturā ſubiūgemus.ut ſi ſit epiſtola grauis:de bel
lo pace aut reipublicę &c.facimus mentionē. Ita & in aliis ſecunduꝫ
ea quę in primo capite huius dicta ſunt:faciendū pariformiter. Om/
nium autē dictarꝫ exempla probatiſſima ſunt apud Gaſparinū Perga
menſeꝫ: Mariū Philelfum:& æloquentię patrē Marcū Tulliū Cicero/
nem quibus te daturū operā velim q̄ꝫ maximā. Nihil enim in ſcribē
do tam clarū aut prōptū facit q̄ꝫ diligenter legiſſe eos q bene limate
terſeq́ꝫ ſcripſerūt.ab aliis vero ut a labe atq́ꝫ ꝑnicie ingenii fugiendū eſt.

De Concluſione Capitulum ſextum. MAG

Cōcluſio NArrationē(quę ut diximus:petitionē complectitur) ſequitur
terminus & concluſio epiſtolę:quę tribus conſtare debet:per/
a perſona ſona:loco & tempore. DIS. Quō perſona? MAG. ut
ſi uni ſcribim⁹:dicamus vale.ſi pluribus:valete.& me cōmendatū ſuſ
cipe vel ſuſcipite. Sis felix noſtriq́ꝫ memor. Vale diuq́ꝫ viuas. Da ope
ram ut valeas. Vale & me ama. Vale miliciæ decus:litterarꝫ ornamē
A loco tum.& ſic de ſimilib⁹. DIS. Qualiter epiſtola loco concluditur?
MA:hoc mō.ut dicat̄.datū vel datæ.raptū vel raptę vl̄ rapti Romę
a tempore aut Friburgi vel Argentinæ.& cetera. DIS. Tempore autē quo/
modo concludis? MAG. Vt diē/menſes anni in q̄ ſcribimus po/
namus.ut viceſima Nouembris : Anni Milleſimi quingenteſimi ſecū
di.aut decimoquarto Kalendas Marcias. Quarto idus Aprilis.pri
Menſis die nonas Septēbris. DIS. Vnde iſta aſſumis vocabula? MA.
diuiſio. Ab antiqua Romanorū obſeruatione. Latini nanq́ꝫ quemlibet men/
ſem in Kalendas:Nonas:& Idus diuidunt. Prima enim die cuiuſlibet
menſis / pontifex minor conuocata plebe / quot dies a Kalendis ad
Kalendę Nonas ſupereſſent ꝓnunciabat. Vnde hęc dies hoc nomē Kalendę a

καλέω græco vocabulo accepit. valet enim idem quod voco. Dies autem ultima menſis præcedentis pridie Kalendas: quaſi primo die ante Kalendas: qui vero ante hũc/ tertio Kalẽdas dicitur: ꝙ ſit tertius a Kalendis. & ſic de alijs diebus ordine retrogrado aſcendendo donec ad idus deuentum fuerit. Dicitur autem Idus ab iduo: quod eſt diuido. quia is dies menſem diuidat. Dies autem hunc ſequens in aſcẽſu/ nõ ſecundo idus ſed pridie Idus dicitur. Sequens tertio Idus. & ſic de alijs donec ad nonas progreſſum ſit. Nonæ autem dictę ſunt: quia ab eo die ad Idus ſemp nouem dies ſunt. Alias rationes illorũ nominũ conſulto libuit præterire. DIS. Quot autẽ Nonas Idus aut kalẽdas ſinguli menſes habent? MAG. Ianuarius: Februarius: Aprilis Iunius: Auguſtus: September Nouẽber & December quattuor habent nonas. Martius: Maius: Iulius & October ſex nonas habent. Singuli autẽ octo Idus tenent. Ianuarius decimaquarta die Decembris kalendas ſuas finit. Februarius decimaquarta Ianuarij. Martius xiiij. Fabruarij. Aprilis. xvi. Marcij. Maius decimquarta Aprilis. Iunius decimaſexta Maij. Iulius. xiiij. Iunij. Auguſtus. xvi. Iulij. Septẽber. xiiij. Auguſti. October decimaquarta Septembris. Nouember xvi. Octobris. December. xiiij. Nouembris. Sic patet ꝙ in Februario poſt idus dicimus: decimoſexto kalendas Marcij: q̃d quidẽ verũ eſt in anno cõmuni: in anno vero biſextili/ quia tũc Februarius habet vigintinouẽ dies poſt idus dicim⁹ decimoſeptimo kalẽdas Marcias. Vt autẽ ea quę dixim⁹ dilucide intelligas: ſit Marcius nobis exemplo In cuius/ ſi prima die litteras dederis: ſcribas kalendas Marcij. Si ſecũdo ſexto nonas. ſi tertio: q̃nto nonas. ſi quarto: quarto nonas. ſi quĩta: tertio nonas. ſi ſexta: pridie nonas. ſi ſeptima: nonas marcij ſcribas. Si octaua octauo idus marcij. ſi nona: ſeptimo idus marcij. ſi decima ſexto idus &c. Si undecima: quinto idus. ſi duodecima: quarto idus. ſi tredecima: tertio idus. ſi decimaquarta: pridie idus. ſi decimaquinta idibus marcij ſcribas. Si decimaſexta. xvij. kalẽdas aprilis. ſi decima ſeptima. xvi. kalendas aprilis: &c de alijs in numero Kalendarum deſcẽdendo donec ad ultimũ eius diem pueneris: in quo pridie kalendas aprilis ſcribas. Ita pariformiter & in reliquis menſibus faciendũ. Eo tantũ admonito: ut nonas & idus a menſe in quo ſunt: kalẽdas vero omnes primis demptis: a menſe ſequẽti denominabis. Nec ſecundo nonas idus aut kalendas/ ſed pridie nonas idus & kalẽdas dicendũ eſt. DIS. q̃d aũt hoc eſt q̃d in ſupioribus q̃rto kalẽdas marcias & nõ marcij dicebas? MAG. q̃a pro genitiuis mẽſiũ puenuſte poſſeſſiua ponũt. ut dicam⁹ pridie kalẽdas marcias: Apriles: Maias: Iunias: Iulias: Auguſtas: Septẽbrias: Octobrias: Nouẽbrias: Decẽbrias: Ianuarias: Februarias. Noĩa aũt kalẽdę nonę idus nõ modo in ablatiuo/ verũetiã ĩ actĩo ponere ɔuenit ꝑponẽdo ꝑpoſitõ; ad. ut ad octauũ id⁹ Ianuarias ad me dediſti litteras. aut ĩ gtĩo; ut pridie kalẽdarum Marcias.

pridie kal (margin) · Idus (margin) · pridie id⁹ (margin) · nonę (margin) · Exemplũ (margin)

LIBRI TERTII FINIS

De Supraſcriptione. Capitulum. vij. DIS.

Supraſcriptiōis forma — Tituli Statuum

q Vibus completur Supraſcriptio? MAG. Nomine & titulo dignitatis proprio eius ad quē ſcribimus. Debent autē omnia in datiuo & accuſatiuo poni. DIS. Titulos ſtatibus attribuendos ſubiunge. MAG. Romanū pontificē: ſanctiſſimū: beatiſſimum dominū noſtrū Pontificē maximum: ſummū ſacerdotem & patrem clementiſſimū dicemus. Cardinales: Patriarchas: Archiepiſcopos cęteroſq; epiſcopos maiores reuerendiſſimos dicimus. ut reuerēdiſſimo in chriſto patri & domino domino: N. ſacro ſanctę Romanæ eccleſię Epiſcopo presbytero: aut dyacono: Cardinali &c. Epiſcopos minores. Abbates & apoſtolicę ſedis Prothonotarios reuerēdos dicimus. ut reuerendo in chriſto patri & domino. N. apoſtolicę ſedis prothonotario/domino ſuo colendiſſimo & obſeruātiſſimo &c. Attamē nomini ꝓprio domino preponi nō deberet: abuſus tamen contrariū ubiq; habet. Alios inferiores venerabiles & honorandos dicimus. ut venerabili vel honorando. N. Canonico eccleſię. N. Imparatorē & Regem inuictiſſimū/glorioſiſſimum: ſereniſſimū: & imparatorē ſemper auguſtū dicimus. Duces: Principes: Marchiones. Illuſtriſſimos potētiſſimos. Comites vero Barones: generoſos: illuſtres: inclytos: & prętantiſſimos dicimus. Equites auratos: Magnanimos: ac ſtrenuos dicimus. Cęteros: validos: fortes: nobiles appellamus. Ciues prudentes: ſagaces: induſtrios & integerrimos dicimus. Theologos diuinarū litterarū interpretes. Sacrarū litterarum: ſacrę paginę: ſacrę theologię magiſtros: doctores: profeſſores: eximios celeberrimos Iuriſconſultos: eximios ſpectatiſſimos: meritiſſimos: conſultiſſimos: egregios: iuris pontificij: ſacrarum legū: aut iuriſ utriuſq; doctores appellamus. Medicos prudentes philoſophię & medicinę interpretes doctores: & philoſophos peritiſſimos dicim9. Poetas vates: muſarū alūnos: lauro: inſignes: hedera decoratos: Apollinis interptes: ornatiſſimos: eloquētiſſimos: facundiſſimos nominam9. Oratores: diſertiſſimos: facundiſſimos noīamus. Artiū magiſtros: acutiſſimos diſertiſſimos: bonarū artium ſtudioſiſſimos interpretes appellamus. Feminas autem decus pudicicię: caſtitatis exemplum pudiciſſimas/ caſtiſſimas/ honeſtiſſimas/ matronas & dominas dicemus. Hęc ſummarie dicta ſufficiant. Nam aſſentandi/adulandiue cauſa hęc omnia ita variata cernes: ut perpaucos reperire poſſis: qui non titulos ſuperiorum inferioribus attribuant. Vale. Et in his finem Triuij ſtauerendum agnoſce.

Sequitur figura Arithmetice.

TV
PVS A·
RITH
ME
TICAE·
BOETIVS
RAS
TAGO
PY

Liber quartus de Quadruuij rudimentis

Tractatus primus De Quadruuij laudibus & diuiſione. Ca.primũ. MAG.

q Vid habes fili;& cur ab imo pectore alta trahis ſuſpiria? nũ te grauant quę nuper accepiſti Triuij principia: & cepti te pœnituit ſtudij? DI. Nihilominus; tanta autẽ dulcedine ſimul & iucunditate ex his animũ meum delibutum ſentio ut nec vigilię oculos opprimant: nec ſermonis aſſiduitas aures obrun dat: nec omnino vel laſciuientium ſocietas: aut quęcunq; alia iuuentutem æmollientia obſiſtere poſſint: quo minus & Quadruuij elementis auidiſſimum me auditorẽ exhibeam: ſi tu hunc laborem aſſumere dignaberis: ſed ocyus ut hoc ſubeas te etiã atq; etiam rogo & hortor plurimum? MAG. Rem cupis fili (& ſi difficilem) ſcitu tamen digniſſimã. nã teſte Boetio rerũ ęruditiſſimo: nemo unq̃ in Phi-

Laudatur q̃driuiuũ

loſophię diſciplinis ad perfectionis cumulũ ſine Quadruuio ęuadere potuit: nulli ſine illo recte ſapiendũ: nulli deniq; recte eſt philoſophandum. ob id quiſquis hoc prętermiſerit omnẽ philoſophię iam perdidit doctrinã. quod & dęmonſtrationibus lucidiſſimis Nycholaus de Cuſa Cardinalis in primo quẽ de docta ignorantia prætitulauit libro confirmat. Nam & ipſe mathematicis adiutus diſciplinis: quędam arcana ſacrorũ ęloquiorũ multis ante hac abſcondita penetrauit. Sed his (cũ & longiorẽ tractatũ & ingeniũ exercitatũ requirant) in aliud tempus dilatis/ quod petis exordiamur. Tota vero iſta diſciplina quam

Diuiſio q̃druuij

Quadruuiũ Boetius nominat quantitatẽ ſpeculatur: quãtitas vero in magnitudinẽ ac multitudinẽ partitur. Rurſus alię quidẽ per ſe: ut tria aut q̃ttuor: alię vero ad alias referuntur. ut duplũ & dimidiũ. Magnitudines autẽ alię manentes ſunt motuq; carentes: ut triangulus: linea. Alię vero ſempet motę. ut octaua ſphera. Harum illam multitudinẽ quę per ſe eſt/ Arithmetica ſpeculatur. Illam vero quæ ad aliã refertur: Muſica cõtemplatur. Immobilis vero magnitudinis noticiã Geometrica: mobilis autẽ Aſtronomia pollicet̃. unde & ab his quat-

Vnde dictũ ſit q̃druuium

tuor/ hæc doctrina Quadruuiũ appellata eſt. Sunt ẽm vię quattuor ad unũ finẽ (quantitatis ſcilicet noticiã) perducentes. DIS. De prima igitur hoc veſperi paucis te abſoluas.

De Arithmetice definitione: nomine inuentore: fine ac diuiſione. Capitulum ſecundum. MAG.

Arithmetica.

p Rimam Quadriuarij partem Arithmeticam appellamus. Eſt autẽ Arithmetica numerorum doctrina. tractat ẽm de numero quem gręci ἀριθμόν arithmon dicunt. unde & huic ſcientię nomen a primis eius inuentoribus inditum eſt, Arithmetica id eſt

ſcientia de virtute numeri. ἀρετὴ enim grece idem quod virtus & ἀριθμός idem quod numerus latine ſignificat. DIS. Quinam huiuſce diſciplinæ extitere primi inuentores? MAG. Apud græcos eã primus (ut aiunt) Pythagoras reperit: & in latinum eam primus quidem Apuleius / deinde Boetius tranſtulerũt: ſed prætermiſſis iſtis rem ipſam aggrediamur eo quo ſequitur ordine. Primumquidem numerũ in ſeſuiſq; partibus & paſſionibus abſolute & theorice poſt hac ipſum cõtractius ac magis practice conſiderabimus. Demũ nõ nullas artis calculatoriẹ perpulchras regulas adijciemus. Inuentor Arit.

De Numeri definitione & in numerum parem & imparem diuiſione ac earundem partium deſcriptione. Capitulum tertium. MAGISTER.

n Vmerus eſt unitatũ collectio vel quantitatis aceruus ex unitatibus ꝓfuſus. Eſt aũt unitas qua unaqueq; res una dicit. Vnitas autẽ nõ eſt numerus: ſed principiũ numeri. ſicut magnitudinis punctũ. DIS. In quot aut quas numerus ſui prima diuiſione ſcinditur partes. MAG. In geminas: in parem videlicet numerũ & imparẽ. DIS. Numerus par quis eſt? MAG. Eſt numer⁹ in duo diuiſibilis ẹqualia / unitate nõ media. ut. 4. diuidit in. 2. &. 2. nulla unitate media. DIS. Quid eſt quod dicũt Pythagorici numerũ parẽ in maxima paruiſſimaq; poſſe diuidi: maxima quidẽ ſpacio: minima quantitate? MAG. Per ſpacium partiũ numeri magnitudinẽ: per quantitatẽ vero / earundem volebant ſignificare multitudinem. Et ut hæc clarius intelligas / exemplũ hoc animaduerte. 8. in. 4. &. 4. diuiditur: nec in partes maiores ab aliquo unq; partitur: nec ſecundum minorẽ numerum q̃ binariũ / duarum ſcilicet partium naturali diuiſione ſecatur: & ita quo ad primũ in ſpacio maxima & quo ad ſecundũ in quantitate diuiditur minima. Numerus Vnitas Numerus par

De Numeri paris diuiſione: & eius parte: numeri ſcilicet paris pariter paris deſcriptione. Capitulum quartum. DIS.

p Arnumerus in quot ſpecies partitur? MAG. In tres. Nam quidam eſt numerus pariter par: quidam pariter impar: quidam vero impariter par. DIS. Numerus pariter par quis eſt? MAGISTER. Eſt numerus qui in duo paria diuidi / & rurſus horum quodlibet in alia duo paria poteſt ſecari uſq; dum diuiſio partium ad indiuiſibilẽ naturaliter perueniat unitatẽ. ut eſt numerus. 16. qui in. 8. &. 8. & rurſus. 8. in. 4. &. 4. q rurſus in. 2. &. 2. & duo in. 1. &. 1. que eſt indiuiſibilis unitas partiunt. DIS. Et quã ob cauſã is Numerus pariter par

Rõ noĩs numerus tali inſignitus eſt vocabulo? MAG. Quia eius partes nõ
mine & quantitate inueniuntur pares: ipſis etenim naturali ordine di
poſitis ita ſibiipſis reſpondent/ut quota una ſit nomine tanta reliqua
ſit quantitate: ut ecce. 1.2.4.8.16.32.64.128. in hoc ordine. 8. decima,
ſexta pars eſt totius ſummæ: ſc3. 128. & tantã ſedecimã continet quan
titatẽ. Et rurſus. 16. ſumæ totius pars eſt. 8. & hãc ipſa3. 8. ↄtinet quãt
tatẽ. Et ſic idẽ eueniet de qbuſlibet reliquis eque a medio diſtantibus
partibus. Sed hoc aduertendum: ſi pares ſunt partium diſpoſitiones:
non unum ſed duo ſunt media inueniẽda: in quibus hoc idem quod
in partibus eque a medio diſtantibus contingit reperiri. ut in exem/
plo priori. Si vero partium impares fuerint diſpoſitiones: unum repe
ritur mediũ quod ſibiipſi nomine reſpõdebit & quãtitate. ut. 1.2.4.8
16.32.64. In hoc ordine. 8. eſt medium. octaua ſc3 totius ſumme pars
quã quãtitatẽ in ſe ipſo cõtinet. DIS. Clariſſime hec intelligo: nec
in eius declaratione te morari amplius neceſſe eſt: ob id ad reliqua ſti
lum vertas: & quis ſit numerus pariter impar deſcribas.

De Numeri pariter imparis definitione.

Capitulum quintum MAG.

Numeruſ pariter impar — Numerus pariter impar eſt qui in partes equales diuiditur: &
rurſus he partes cum ſint numeri imparis/in equalia nõ parti/
untur. ut. 10. in. 5. &. 5. ſed. 5. ĩ duo paria nõ diuidunt. patet
igitur numerũ cuius medietas eſt impar/eſſe pariter imparẽ. DIS.
Ne pigriteris: & unde is numerus hoc ſortiatur nomen dæmonſtra/
Rõ noĩs re. MAG. A ſuis partibus: que cum numine ſint pares: quantitate
ſunt impares: aut ſi nomine ſint impares: quantitate erũt pares quod
in ſubiecto facile erit videre exemplo: nam numeri pariter imparis. 18
partes ſunt. 9. &. 9. quarũ quelibet a pari denominatur numero quia
a dualitate. cum. 9. decemocto ſit dualitas ſiue medietas. quantitas
vero ei[9] impar eſt: quia nouenaria. & rurſus. 6. decẽocto tertia pars
eſt. ecce impar denominatio: quia fit a ternario. & quantitas quidẽ
par eſt: quia ſenaria. ſic & in aliis pariter imparium numerorũ par/
tibus eſt facillimum videre.

De Numero impariter pari. Ca. vi. DIS.

Numeruſ impariter par — Numerus impariter par quis eſt? MAG. Eſt numer[9] qui cũ
in equales partes diuiditur: rurſus he partes in alias partes ſecã
tur. Sed in iſtac partiũ diuiſione nõ uſq3 ad unitatẽ in equa par
titio ꝑgreditur. ut. 24. in. 12. &. 12. partitur. & rurſus. 12. in. 6. &. 6. &
amplius. 6. in. 3. &. 3. diuiditur: ſed amplius. 3. in equa nõ ſecãt. Et ob
hoc recte tale ſortitus eſt vocabulum. Eſt enim par: quia in equa diui
ditur: ſed impariter quidẽ: quia non in omnibus ſuis partibus parre/
Rõ noĩs peritur. Sunt aũt hi oẽs impariter pares. 12.20.24.28.40.56. DIS.
Habes ne alia de natura numeri paris cognitu neceſſaria? MAG.

Habeo equidē & multa: ut ſcȝ de ꝓprietatibus eius: de eiꝰ quoq; quo ad ſingulas ſpecies generationibus. quæ quoniã prima huiuſce diſci/plinę videntur tranſcendere elementa/in pręſentiarum placuit ſilentio tranſire: & ad alias eiuſdem numeri partes ſermonem vertere.

De Numero ſuperfluo diminuto & perfecto. Capitulum ſeptimum.

DIS. a T quę aut quot ſunt hę numeri paris partes aliæ? MAGI. Sunt numerus ſuperfluus: numerus diminutus: & numerus perfectus. DIS. Numerus ſuperfluus quis eſt? MAG. Eſt ille cuius partiũ ſumma: ſummã totius excedit. ut. 12. cuius medietas eſt. 6. pars tertia. 4. pars quarta. 3. pars ſexta. 2. pars v͠o duodecĩa 1. quę oẽs ſimul iunctę. 16. conſtituunt: quæ totius. 12. ſcȝ ſummã in quattuor excedũt. DIS. Numerus diminutus quis eſt? MAG. Eſt numerus cuius partiũ ſumma: ſummam totius nõ attingit. ut. 8. cuius medietas eſt. 4. quarta pars. 2. octaua. 1. quę ſimul iunctę. 7. effi ciũt: q̃ totius ſcȝ. 8. ſummã nõ attingũt ſed in unitate deficiũt. DIS Numerus perfectus quis eſt? MAG. Eſt numerus cuius partium ſumma: ſummę totiꝰ nec maior: nec minor: ſed ęqualis reperit̃. ut. 6. cuius medietas eſt. 3. ꝑs tertia. 2. pars ſexta. 1. quas ſi ſimul iungas. 6. toti ſummã ęqualem ꝓcreabis. Et hoꝝ numerorum paucos reperies ſcȝ. 6. 28. 496. 8128. & ſemper in ſex aut octo terminatos.

Numerꝰ ſuꝑfluus

Numerꝰ diminutꝰ

Numerꝰ perfectus

De Numeri imparis definitione & diuiſione. Capitulum octauum.

DIS. i Mpar numerus quis eſt? MAG. Eſt numerus qui in duo ęqualia diuidi non poteſt quin interueniat unitas. ut. 5. diuidi tur in. 2. & 2. unitate interueniente. addit em̃ numerus impar ſuper parem ſemper unitatem. DIS. Numeri imparis (ſi quæ ſint) ęnumera ſpecies. MAG. Numeri imparis ſpecies ſunt numerꝰ primus & incõpoſitus: numerus ſecũdus & cõpoſitus: numerus ꝑ ſeſe cundus & cõpoſitus/ſed aliũ comparatus primus & incompoſitus. DIS. Numerus primus & incompoſitus quis eſt? MAG. Eſt numerus qui nullam aliam habet partẽ q̃ȝ eam ipſam quę a totius quãtitate accipit denominationẽ & hęc pars ſemper eſt unitas. ut. 3. habet pręter unitatẽ nullam aliã partẽ quę totius eſt una. 3. Et ob id hic nu/merus primus & incompoſitus dicitur: quia a nullo numero priori cõ ponit̃ aut metitur. Numerus autẽ numerũ cõponere aut metiri dicit̃: a quo ipſo multotiens ſumpto: præciſe nullo deficiẽte aut ſuꝑfluo to/tus conſtituitur. Et ita numeri quoꝝ pręter unitatẽ nulla pars eſt eos metiens: cõtra ſe primi dicunt̃. ut. 3. & 4. ꝑ oppoſitũ numeri cõmuni cantes ſunt: quoꝝ alia ab unitate pars ambos metitur. ut. 9. & 12. q̃s non modo unitas/ſed ternarius metitur.

Numerus impar.

Numerus primus & incõpoſitus.

Numerũ cõponere quid ſit

Numeri ſe primi

Numeri cõicantes

De Numero ſecundo & compoſito Capi- lum nonum. DISCIPVLVS.

Numeruſ ſecundus cōpoſit⁹

ſ Ecundus & cōpoſitus quis dicitur numerus? MAG. Is qui preterunitatem in ſe alium habet numerū a quo compoſitus eſt.ut.9.unitatem habet a quo nonies replicata componitur. habet & inſuper ternariū:a quo terſumpto conſtituitur. Et ideo is numerus ſecundus dicitur.nam habet numerum priorem a quo coniungitur:& compoſitus quidem eſt: quoniam in ipſum a quo coniunctus eſt reſoluitur.

De Numero per ſe ſecundo & compoſito:& ad alium comparato primo & incōpoſito. Ca.x. DIS.

Numer⁹ ꝑ ſe ſecundus & cōpoſit⁹ ad aliū relat⁹ prim⁹ & incompoſitus

d A numerum per ſe quidem ſecundum & compoſitum/ad aliū vero comparatū primū & incōpoſitum. MAG.9.&.25.horum quilibet/ut ex prioribus liquet ſecundus & compoſitus reperitur:ſed ad ſeinuicem comparati/primi & incōpoſiti recte iudicantur.nam nullum cōmunē habent numerum a quo metiantur ambo.9.enim tribus ter ſumptis metitur:quibus.25. minime conſtituuntur.ſic ecōuerſo.25.per.5.quinies ſumpta metiūtur:quibꝰ.9.neq̄ꝗ conſtituunt.Et hos facile qui ſint dephendes:ſi duobus tibi ꝓpoſitis numeris:minorē de maiore ſubtrahas: nā qui relinquit aut eſt unitas aut alius numerus huic qui ſubtrahit minor aut equalis:ſi qui relinquit unitas eſt: numeros cōtra ꝓpoſitos primos eſſe neceſſe eſt ſi ęqualis eſt/eos ambos illo cōmuni termino intelligas metiendos: & ita nō eſſe contra ſe primos:ſed cōmunicātes. Si vero prima ſubtractione facta relictus minor fuerit illū a priori ſubtrahēdo demas:& ita uſq; dum potes ꝓcedas & ex derelicto ex dictis numeri naturam iudicabis. Quę ut clarius intelligas: ſubiectū animaduertas exemplum ſint.9.&.29.numeri ꝓpoſiti.aufero.9.a.29.& remanēt.20. a quibus ſi rurſus.9.tollant manēt.11. a quibus ſi demū.9.ſubtrahant/ relinquunt duo quę(quia nouenariā quantitatem nō attingunt) totiens quotiens poſſum a.9.demo: quod cū quater factū fuerit unitas relinquitur. Ex quo patet numeros ꝓpoſitos eſſe contra ſe primos: & hęc de numero ad ſe conſiderato dicta in p̄ſenti ſufficiāt. at ſi aures patulas prębere volueris:nōnulla & quidem utilia de numero ut ad alium refertur ſubiungam. DIS. Auſcultabo & q̄ diligenter.

De Maioris inęqualitatis ſpeciebus in genere. Capitulum undecimum. MAG.

i N primis itaq; te ſcire neceſſe eſt:omne quod ad aliud refertur aut eſſe ęquale aut inęquale. Et primū quidē prorſus nullā accipit diuiſionē. nā quod ęquale eſt aliter ſe habere nō poteſt. ut duo ęquantur duobus. Inęquale vero dupliciter eſſe cōtingit. Eſt

enim quoddam magis inequale:quoddam vero minus. De his ha/ rumq; ſpeciebus magis neceſſaria in medium afferam.& primum de ſpeciebus maioris inequalitatis. DIS.Q ue & q̊t maioris inequa/ litatis ſpecies ſunt? MAG.Q uinq; ſcilicet Multiplex Superpar/ ticularis.Superpartiens.Multiplex ſuperparticularis:multiplex ſu/ perpartiens.

Inequali tatis ma/ ioris ſp̄es

De Numero multiplici Capitulum.xij. DIS.

Vmerus multiplex quis eſt? MAG.Eſt numerus qui ad
n alium cōparatus ipſum plus q̄ ſemel continet: quem ſi bis cō tineat duplus eſt:ſi ter triplus.& ſic procedēdo in infinitum. ut 2.ad.1.eſt duplus.3.ad.1.eſt triplus.

Numeruſ mltiplex

De Numero ſuperparticulari.Capitulum.xiij. DIS.

Vperparticularis numerus quis eſt? MAG.Eſt numerus
ſ qui ad aliū relatus ipſum quidē totū continet:& inſuper alterā eius partē que pars ſi medietas fuerit ſeſquialter vocatur.ut.3 ad.2.Si vero tertia ſit:ſeſquitertius dicitur.ut:4.ad.3.valet autē ſeſqui idem quod totum quod ꝓprie ſexqui dici deberet.

Numeruſ ſupparti/ cularis

De Nūmero ſuperpartiente Capitulum.xiiij. DIS.

Vis eſt numerus ſuperpartiens? MAG.Eſt numerus qui
q adalium comparatus ipſum totum & inſuper nō unā ſolam ſed plures eius partes cōtinet.Si igitur numerus aliū & duas eius partes contineat/Superbipartiens. Si vero tres eius partes ul/ tra totum in ſe habeat:ſupertripartiens dicitur.& ſic de reliquis in infi nitum procedendo.Exemplum primi.ut.5.ad.3.Exemplum ſecun/ di.ut.7.ad.4.In his autē locutionibus neceſſarium erit ſubſtātiuum ſubintelligere:illud ſcilicet quod partem ſequentē partes reliquas ul/ tra totū in ſuperpartiente incluſas denominat.ut in exemplo ſi nume/ rus ſuperpartiens ultra totū duas eius partes cōtineat:ſubintelligēdū eſt ſuperbipartiens tertias. nā in numeroꝝ naturali ordine.2.ſequun/ tur.3. Et ſi tres partes cōtineat/ſubintelligendum eſt ſupertripartiens quartas:ſic & in ceteris eſt facille videre.

Numeruſ ſuperpar/ tiens

Superbi/ partiens

Supertri partiens

De Nūero multiplici ſupparticulari. Ca.xv. DIS.

Vmerus multiplex ſuperparticularis quis eſt? MAG.Eſt
n numerus qui ad alium relatus:continet eundem plus q̄ ſemel & inſuper alteram aliquam eius partem. Et ob id hoc gemi/ num accepit vocabulum.Eo enim ipſo ꝙ maior minorem plus q̄ ſe/ mel continet:multiplex:ꝙ vero rurſus aliquam minoris partem con tinet particularis eſſe non ambigitur. Si igitur maior minorem bis: & eius medietatem contineat/duplex ſeſquialter. ſi vero ter/ tiam eius partem comprӕhendat/duplex ſeſquitertius: aut ſi ma/ ior minorem ter/ & inſuper eius medietatem contineat/ triplex ſeſ/

Numeruſ ſupparti/ cularis

duplex ſeſ quialter

quialter nominatur; & ſic conſequenter reliquos nominabis ſi in infi/nitum progreſſionem fœceris. Exempla patebunt. 5. ad duo duplex ſeſquialter eſt. 7. ad. 3. duplex ſeſquitertius eſt & . 7. ad. 2. triplex ſeſ/quialter. 10. ad. 3. triplex ſeſquitertius inuenitur.

De Numero multiplici ſuppartiente. Ca. xvi. DIS.

numerus ſuperpartiens.

NVmerus multiplex ſuperpartiens quis eſt? MAG. Eſt nu/merus qui ad alium relatus ipſum quidem plus q̃ ſemel cō/tinet; & inſup nō unā ſolam; ſed duas tres aut q̃ttuor vel plures eius partes. Et ſic ſcd̃um q̀ maior minoris plures partes continebit ſemper aliud & aliud nomē hereditabit. Dicitur em̃ duplex ſupbipar/tiens ſi minorē bis & duas eius partes in ſe habeat. ut. 8. ad. 3. vel du/plex ſupertripartiens ſi minorē bis & tres eius partes comprehendat ut. 11. ad. 4. Triplex vero ſuperbipartiens nominatur; ſi minor ter & inſup duę minoris partes in maiore cōtineantur. ut. 11. ad. 3. & perſimi/lia in reliquis facile eſt videre. Et hęc de maioris inęqualitatis ſpecie/bus hactenus dixiſſe ſatis ſit. Nunc ſi de minoris inęqualitate ſpecie/bus aliqua inquirere libuerit; calamus cū in motu eſt reſpondebit.

duplex ſuphiptiēs

duplex ſupertripartiens.

De Speciebus minoris inęqualitatis. Ca. xvij. DIS.

Minoris inęquali/tatis ſpēs

MInoris inęqualitatis ſpecies quæ & quot ſunt? MAG. Tot & eędem fere quæ maioris inęqualitatis. Dico autem fere: quia ſolum nomina per additionē prępoſitionis ſub/ ſunt varian/da; ut ſcꝫ dicatur ſubmultiplex. ut. 1. ad. 2. ſubdupla eſt & . 1. ad. 3. ſub/tripla, Subſuperparticularis, ut. 4. ad. 6, Subſeſquialter, ut. 3. ad. 4. ſubſeſquiternus eſt; ſubſuperpartiens, ut. 3. ad. 5, Subſuperbiparti/ens. & . 4. ad. 7. ſubſupertripartiens reperitur, Multiplex ſubſuppar/ticularis. ut. 2. ad. 5. ſubduplus ſeſquialter eſt, 3. vero ad. 7. ſubtriplus ſeſquitertius eſt. Et multiplex ſubſuperpartiens, ut. 3. ad. 8. ſubduplus ſuperbipartiens. & . 4. ad. 11. ſubduplex ſupertripartiens nominatur. Et ut omina ſimul complectar; omnia exempla de maioris inęquali/tatis ſpeciebus prędicta: etiam de ſpeciebus minoris inęqualitatis ex/empla erūt ſi numeri minoris maioribus cōparati fuerint. Omniū au/tem dictorū numerorꝫ adinuicem habitudines: Proportiones vocā/tur: & eiſdē quibus & prædictę ſpecies nominatę ſunt vocabulis no/minantur. Nam quædā dicitur proportio dupla; quædam ſupbipar/tiens; quædam ſuperparticularis; quædam vero tripla &c. Et de iſtis eadem quæ ſupradicta ſunt dantur exempla. DIS. Ipſam igitur proportionem definias.

proportõ nū ſpecieſ

De Proportione & proportionalitate. Capi/tulum decimumoctauum. MAG.

proportio

PRoportio ut ex prędictis liquet eſt duarum quātęcūq; ſint eiuſ/dem generis quantitatū certa unius ad alterā habitudo: ut. 4.

ad.2.eſt proportio dupla. Proportionū vero ad inuicem habitudines a mathematicis proportionalitates dicuntur. DIS. Quid eſt proportionalitas? MAG. Eſt duarum aut plurium proportionū ſimilitudo ut ſicut ſe habent.4.ad.2.ita.8.ad.4.quia ubiq; eſt ꝓportio dupla. Illarū igitur duarum proportionū ſimilitudo proportionalitas eſt. nec in pautioribus q̄ tribus terminis proportionabiliter quærēda eſt. Qui ſi ita diſpoſiti ſunt: ut mediū utriſq; cōparetur extremis: proportionalitas cōtinua dicitur. ut.1.2.4. ſicut em̄ ſe habent duo ad unū ita.4.ad.2.quia ubiq; eſt ꝓportio dupla. Si vero numeri intermedij ita locati fuerint. ut alius ad unū/ alius vero referat ad reliquū/ talem ꝓportionalitatē diſiunctam dicimus. ut.1.2.4.8. ſicut ſe habet.2.ad.1 ita.8.ad.4. ubiq; em̄ eſt ꝓportio dupla. Si vero dico ſicut ſe habet.1. ad.2.ita.4.ad.8. eadem quidem ꝓportionalitas permanet. Sed tunc cōuerſa eſt cū dixero: quemadmodū ſe habet.4.ad.1 ita ſe habebūt 8.ad.2. eadē iterum manet ꝓportionalitas ſed tunc permutata eſt.

Proportōnalitas. continua. diſiuncta. conuerſa. ꝑmutata.

De Speciebus proportionalitatis in genere Capitulum decimum nonum.

DIS. P Roportiōalitatis ſi quæ ſunt ſpecies ænumera. MAG. Si iā dicta intelligis quattuor proportionalitatis ſpecies inuenies: quæ ſunt proportionalitas Continua Diſiuncta Permutata & Conuerſa. DIS. Num & aliæ ſunt? ſane quidē intelligo. MAG. Aliæ ſunt quarum tres utiliores inſequētibus ænodabimus. videlicet Proportionalitatem Arithmeticam, Geometricam & harmoniacam: quæ & medietates appellantur.

ꝑportionalitatis ſpecies in genere

De Proportionalitate Arithmetica. Ca.xx.

MAG. E St autem proportionalitas arithmetica quotiēs tribus aut pluribus terminis poſitis neglecta æqualitate proportionum: ſola cuſtoditur parilitas differētiarum. ut.1.2.3. In hac numerorū diſpoſitione differentia unius ad.2.& rurſus duorū ad tria æqualis repe ritur: quia ubiq; unitas. nam ſicut unum a duobus: ita.2.a tribus unitate differunt ſed proportionū æqualitas non obſeruatur. nam duorū ad.1.eſt proportio dupla: ſed trium ad.2.eſt proportio ſeſquialtera Dicitur autem hæc medietas Arithmetica: quia in ſolius numeri proportione cuſtodita eſt.

medietas ſiue ꝓportionalitas arithmetica.

De Proportione Geometrica. Capi.xxi.

DIS. H Æc pro modulo capacitatis accipio: ad alia pergas. MAG. proportionalitas geometrica eſt cū tribus aut pluribus diſpoſitis terminis numerorum differentia negligitur: ſolumq; proportionum æqualitas cuſtoditur. ut.1.2.4.8. ſicut em̄ ſe habet.2.ad.1. ſic ſe habent.8.ad.4.quia ubiq; eſt ꝓportio dupla. nec numerorū differentia ibi aduertitur. nam inter.1.&.2.unitas/ inter.2.&.4.dualitas.

ꝓportiōalitas Geometrica.

Inter vero.4.&.8. quaternitas reperitur:ſed tamen numerorũ differẽ tię ſemꝑ in eadẽ cũ terminis ꝓportione ſunt cõſtitutę. nã ſi termini ſũt in dupla ꝓportione:in eadẽ ſunt & earundẽ differẽtię cõſtitutę. ut hic

1 2 4 differẽtię. Et ſi termini in ꝓportione tripla repeñantur ea
1 2 4 8 termini rundem differẽtię in eadem inueniuntur ut ſic.

2 6 18 54. differentiæ
1 3 9 27 81 termini

De Proportionalitate Harmoniaca. Ca.xxij. DIS.

harmoniaca ꝓpoꝛtionalitas

Harmoniaca proportionalitas quæ eſt? MAG. Quę nec eiſdem differẽtijs nec ęquis proportionibus conſtituitur:ſed illa in qua queãdmodũ maximus terminus ad minimũ ponitur ſic differentia maximi & medij contra differentiã medij & minimi cõparatur:ut ſint termini diſpoſiti.3.4.6.ibi nanq; maior terminus: videlicet.6.ad minimũ: ſc3.3.duplus eſt: ſic differentia maximi termini ſc3 6.& medij ſc3.4.quę eſt duo/ dupla eſt ad differentiã termini medij & minimi quæ eſt.i. nec tamẽ in prefato numerorũ ordine terminorum adinuicẽ ęqua reperitur proportio aut differentia:nam ꝓportio 4.ad.3.eſt ſeſquitertia.6.vero ad.4.eſt ꝓportio ſeſquialtera: & inter 4.&.3.differentia eſt unitas.inter.4.vero.&.6. dualitas. Hæc autẽ ꝓportionalitas ſiue medietas harmoniaca nominatur:nam in hac ſola harmonia aut ſynphonia vel conſonantia muſica reperitur. ut * quia nec terminorũ ꝓportionẽ aut eoꝝ differentiam abſolute conſiderat: ſed ut hæc ambo adinuicem relata inueſtigat. Eſt autẽ propriũ harmonię ad aliud quodammodo ſe habere. De quibus in muſicis videbimus latius. Conſequenter ut numerorum vim & naturã quo ad prima rudimẽta plenius capias de numeris tractabimus queãdmodũ referuntur ad geometricas dimenſiones & figuras. DIS. Placet ſũm me.nã ſemꝑ fideliſſimi p̃ceptoris officiũ obſeruãs nec quicquã de neceſſarijs ad prima ſcientiaꝝ intelligenda principia obmittis.

*
3 4 6
dva teſſ erõ — dia pen te

De Numero ſecundum Geometricas dimenſiones diſpoſito. Et primo de numero lineali Capitulum. xxiij. MAG.

Ed in primis te ſcire volo:omnem Geometricam dimenſionẽ aut eſſe linealem:aut ſuperficialem:aut ſolidam.ut patebit infra. Et ob id in præſentiarum numerum in linealem ſuperficialem & ſolidum diſtinguimus. DIS. Numerus linealis quis eſt?

numerus linealis

MAG. Eſt a duobus inchoans adiecta ſemper unitate/in unũ eundemq; ductũ quantitatis explicata congeries.ut.ij.iij.iiij.v. DIS. Cur dicis a duobus inchoans? MAG. Nam ſicut punctus actu nõ eſt linea ſed potẽtia;ſic unitas actu nõ eſt numerus ſed potẽtia. paucio

tribus igitur q̄ duabus linealis numerus cōſtare nō poteſt unitatibus.

De Numero ſuperficiali & eius ſpeciebus. Capitulum. xxiiij. DIS.

Vmerus ſuperficialis quis eſt? MAG. Eſt numerus duo/ numerus
n bus lateribus contentus longitudinis videlicet & latitudinis. ſupficial'
Vel eſt numerus a tribus inchoans addita deſcriptionis latitu dine: & ex numerorum naturalium ſeſequentium angulorum dilata tione. Dictum eſt autem & ſuperficialem numerum a tribus incho/ andum. quoniam ſicut in geometricis paucioribus tribus lineis nul la angularis ſuperficies clauditur: ita & in numeris minimus ſuperfi/ cialis non niſi tribus unitatibus conſtituitur ut ∴ Et ideo ſicut in geo metricis ſuperficies conica diuiſionem in triangulam/ quadrangu/ lam penthagonam: & ſic de aliis accipit/ ſic pari modo & numerum ſuperficialem contingit partiri.

De Numero triangulari. Ca. xxv. DIS.

Riangularis numerus quis eſt? MAG. Eſt numerus qui in Numeruſ
t latitudinem ſcd̄m unitates deſcriptus tribus angulis contine/ triāgl'aris
tur lateribus ęqualiter diſpoſitis. ut ſunt. 3. 6. 10. 15. 21. 28. in ta lem figuram diſpoſiti. *

De Numero quadrangulari. Ca. xxvi: DIS:

Vmerus quadratus quis eſt? MA. Eſt numerus qui in latitu Numeruſ
n dinē ſcd̄m unitates deſcriptus angulis quattuor lateribus ęq̄ q̄dratus
li dimenſione diſpoſitis continetur. ut ſunt 4. 9. 16. 25. 36. 49. ta liter ordinati ∷ Vnde numeris ab unitate in cōtinua ꝓportionalita/ te diſpoſitis/ tertius ab unitate erit quadratus: ac deinceps ſemꝑ uno intermiſſo. At cū quadrati in natura diuerſi ſunt: quidā eī̄ ęquā latitu dinē habēt & longitudinē ut bis duo & ter tria: quidā vero parte lōgio res ſunt: ut quorꝫ latera nō unitatis ſed aliorꝫ quorūcunq̄ numerorꝫ differentia ſeparant. ut ter quinq̄ ita formata Reliqui vero altera parte longiores exiſtunt: quorꝫ ſcꝫ latera unitatis tantum differentia ſunt diuerſa ut ſunt bis tria in iſta forma diſpoſita :::

De Numero Pentagono/ hexagono/ heptagono & ſe quentibus multiangulis. Ca. xxvij. DIS.

Entagonum quē dicis numerum? MAG. Eum ipſum qui
p in latitudinē ſcd̄m unitates deſcriptus/ quinq̄ angulis/ lateri
bus ęquali diuiſione diſpoſitis continetur: & ſimili definitione hexagoni/ heptagoni & reliqui deſcribuntur numeri: quę tibi ut faci/ lius pateant pauca exempla ſubiungam.

12.	22.	35.	51.	71.	omnes pentagoni.
15.	28.	45.	66.	91.	omnes hexagoni.
18.	34.	55.	81.	112.	omnes heptagoni.

Vnitas tamen &ſi non actu/tamen potentia eſt omnis numeralis fi gura & ideo ſingulis præpoſita.

De Numero ſolido ſiue corporali. Ca.xxviij. DIS.

numerus Solidus

q Vis eſt numerus corporalis ſiue ſolidus? MAG. Eſt qui tri bus lateribus continetur ſc; longitudinis/latitudinis & ꝓfun ditatis. vel eſt qui cum ſcdm unitates ſuas in longum latū ac profundum diſpoſitus fuerit: corporis alicuius figuram repręſentabit Et ob id ipſu; ad modū corporis diuidere cōuenit. hoc modo. Nam numerorum quidam pyramides: laterculi: aſſeres: cuneoli/aut magis latine gradati: parallelipedes: cubici: ciclici vel ſpherici nominantur: quorum deſcriptiones in ſequentibus patebunt.

De Numero pyramidali. Ca.xxix. MAG.

numerus pyrāida/lis q̄dran gularis

p yramidalis itaq; eſt numerus in ſuis unitatibus per modum pyramidis corporalis conſtitutus: ut ſcilicet a baſi lāta incipiat & in aſcendēdo ſemꝑ dæcreſcat donec ad unitatē quæ huiuſce pyramidis conus eſt perueniat. Et ſicut in corporibus pyramis quæ/dam eſt trilatera. ut a. & quędā quadrangula. ut b. & ſic de alijs ſcdm modum ſuperficierum multiangularīū variatis. ſic & in numeris py/ramis trilatera quadrangula aliaue reperitur.

De Numero pyramidali trilatero. Capi/tulum triceſimum. MAG.

u Nde numerus pyramidalis trilaterus eſt is cuius baſis eſt tri/angulus. ut a cuius conus eſt unitas in medio locata. & ſi ba/ſi b. priorem pyramidē ſuperpoſueris/pyramidem ſecundam & denariam conſtitues: quę ſi pro baſi hoc modo locabitur * & eidē pyramis. b. ſuperponitur: pyramis tertia &. 20. unitatū producitur. Simili modo vidēdum erit in cęteris. nam in numero pyramidali tot unitates latera continent/quod ad eius conſtitutionem numeri trian guli aut quadranguli/penthagoni aut hos ſequētes concurrunt: uni/tate etiam pro tali numero cōputata. Ex quo liquet ꝙ primę de præ/dictis pyramidibus latera duas/ſecundę tres: tertię vero quattuor unitates habent.

De Numero pyramidali quadrangūlo. Capitūlum triceſimumprimū. DIS.

X

q Vadrangulā pyramidem quē dicis numerū? MAG. Cuius baſis numerus q̄dratus/conus vero unitas eſt. ut ω Si pyra midi iam fabricatę baſim nouenariā hanc ſcilicet ψ ſuppo/ſueris ſcdam in quadratis pyramidē quattuordecim ſc; unitatū effici/es: quā ſi huic X baſi ſupaddes: tertiā pyrāidē &. 30. unitatū ꝓducis & ſic in cęteris/nō modo quadratis: verūetiā pēthagonis & alijs mul tiangulis videre eſt. Hoc tū unū nō eſt ſilentio ꝑtereundū: ſi unitatem

quæ conus dicit̃ obmiſeris pyramidẽ curtã ubiq; efficies/ſimiliter ſi alios quoſq; numeros baſibus iuxta præmiſſas regulas ſuperaddi/tos detraxeris: pyramides facies bis curtas vel tercurtas.

De Laterculis. Capitulum. xxxij. DIS.

Vmeri laterculi qui ſunt? MAG. Qui ex ductu æqualiũ numerila
n ęqualiter in minus fiunt. ut tria ter bis. 18. conſtituũt: quę ſi ſe terculi.
cundũ tres dimenſiones diſponant̃/lõgitudo latitudini æquabitur: quia ubiq; tria. Altitudo vero minor/quia duorũ tantum reperitur ut * quibus alia nouem in ſimili modo diſpoſita ſuperaddas.

De Aſſeribus. Capitulum. xxxiij. DIS.

Vmeri aſſeres qui ſunt? MAG. Qui ex ductu ęqualiũ ęquali aſſeres
n ter in maius fiunt. ut quater quattuor nonies. 144. faciunt. quos ſi ad figurã corporalem ordinaueris/ latitudo longitudini erit æqualis. quia ubiq;. 4. altitudo vero cum. 9. habeat erit diſſimilis. ut ☞ quibus alia. 16. ita diſpoſita octies ſupponas.

De Cuneolis. Capitulum. xxxiiij. DIS.

Vmeri Cuneoli qui ſunt? MAG: Qui ex inęqualibus inę/ cuneoli
n qualiter per inæqualia fiunt. ut ter quater nonies. 108. efficiunt. quos ſi in corporis formã diſponas: latitudinẽ tria/longitudinem. 4. & altitudinẽ habentẽ. 9. reperies: & ſic omnes dimenſiões inæquales. ut ω quibus alia duodecim ſic formata octies ſuperaddas

De Parallelipedibus. Capitulũ. xxxv. DIS.

Arallelipedes quos dicis nũeros? MA. Eos qui ex ductu æquali paralleli/
p um inęqualiter per ęqualia fiunt. ut bis tria bis. 12. faciũt: quæ pedes
ſi in corporis figurã redacti fuerint: latitudinẽ altitudini ęquam (quia ubiq; duorũ) longitudinem vero reperies inæqualẽ: quia trium. ut ⁝ ⁝ ⁝ quibus alia. 6. ita formata ſuperaddas.

De Cubis. Capitulum. xxxvi. DIS.

Vi ſunt numeri cubi? MAG. Qui ex ęqualibus per æqua cubi
q lia producti ſunt. ut ter tria ter. 27. conſtituũt: quæ ſi in formam corporis redigãtur: latitudo/longitudo & profũditas ęquales reperiunt̃; quia ubiq; tria. ut * quibus alia. 9. taliter ordinata bis ſuperponas. Vnde ſi numeri ab unitate continue proportionales fuerint: quartus ab unitate cubus eſt; ac deinceps duobus ſemper intermiſſis/ſemper quadratus cubicus ſequitur.

De Ciclicis vel ſphericis. Cap. xxxvij. DIS.

Vi numeri ſunt ciclici vel ſpherici? MAG. Qui ex ductu cu ciclici ſiue
q borũ ita procreant̃/ut a quo numero cubicę quantitatis latus ſpherici
inceperit in eundẽ altitudinis extremitas terminet̃. ut quinques. 5. faciũt. 25. quę ſi rurſus quinquies accepero; numerũ. 125. produco cuius altitudo in eundẽ numerũ terminat̃: a quo latus eius primo in

choatur:quia in.5.Sic ſimili modo cũ dico.6.ſexies.36.facio:quæ ſi rurſus per.6.multiplicẽtur.216.producunt:quę in ſex iterũ terminantur:a quo & latus eius inchoatur.& ob id hi numeri dicunt cidici vel ſpherici.quia ad principiũ ꝓprium reuertunt.Et ſicut ex unica reuerſione de puncto in punctũ circulus ꝑficitur:ſic ex una multiplicatione numeri in ſe/cicli numeri qui plani ſunt/procreantur.ut quinquies.5 fiunt.25.Et ſicut ex ſecunda ſcilicet ſemicicli circũductione circa dyametrum fixa/ſphera deſcribitur:ita ex cicli numeri per ſuum principiũ mltiplicatiõe numerꝰ ſphericus ꝓcreat.ut.25.qnquies erũt.125.

Cõclusio. Hæc ſunt q̃ de ratione numeri theorice conſiderato cõmuniora & magis utilia occurrũt:altiorẽ vero de his ſpeculationem in diui Boetij Arithmetica ſi q̃ñ libuerit inuenies:ex qua & hęc quę iã tradidi ꝑ maiori parte expiſcata ſunt.Iamiam ad praxim ſermonẽ vertamus.

Libri Quarti de principijs Arithmeticæ practicæ Tractatus ſecundus.De diuiſione numeri contracti. Capitulum primum. MAG.

A Rithmetica practica quã Algorithmũ dicimus numerũ practice conſiderat:& de ipſius diuiſione & paſſionibus diſputat. DIS.Rem igit ipſã aggredere:& diuiſionẽ numeri cepti pandas. MAG.Numerorũ quidã Digitus:quidã Articulus:qdã vero ex his compoſitus. DIS.Horum deſcriptiones ſi quas habes/per ordinem ædicas.

Numeri diuiſio

De numero digito/articulo & cõpoſito.c.ij. MAG.

numerus digitus articulus

N Umerus digitus eſt omnis denario minor numerus.ut.1.vel.2.vel.3.& ſic de alijs. DIS.Quis eſt numerus articulus? MAG.Eſt numerus in decẽ ęq̃lia diuiſibilis:tali lege/ut iſta facta diuiſione nihil ſit ſuꝑfluũ:nihil diminutũ.ut.20.diuiditur in.10.unitates:&.30.in.10.ternarios &c. DIS.Quis numerus dicit cõpoſitus? MAG.numerus ex digito & articulo cõſtitutus.ut.12.ex.2.(digito)&.10.(articulo)eſt aggregatus.Et ut ſingula unico complectar cõtextu:Oĩs nũerus inter duos articulos ꝓximos cõpoſitꝰ eſt

cõpoſitus

De Numeri iam diuiſi paſſiõibus.Ca.iij. DIS.

Numeri quot ſint.

N Umeri a teiã diuiſi quot/quæue ſunt paſſiones? MAG.ſeptem.ſcꝫ.Numeratio:Additio:Subtractio:Multiplicatio:Diuiſio:Progreſſio & Radicũ extractio.Mediatio autẽ a Subtractione non diſtinguitur:nec duplatio a multiplicatione ſeparat.Eſt em̃ Mediatio per duo diuiſio & Duplatio ꝑ duo multiplicatio.Conueniunt autẽ hæ paſſiones non modo numero integro/ſed etiam in partes quas minutias dicunt diuiſio.De quibus eo quo iam numeratæ ſunt ordine tractabimus.Et primum quidem in integris.

mediatio duplatio

De Numeratione,Capitulum quartum. DIS.

q Vid eſt numeratio? MAG.Eſt cuiuſlibet numeri p̱ figuras competẽtes artificioſa rep̄ſentatio. DIS:Q ue ſunt iſtę competẽtes figurę? MAG . ſunt hę.1. ſignificat unũ.2 ſignificat duo .3.tria.4.quattuor.5.quinq;.6.ſex.7.ſeptem.8.octo.9.nouem &.0.q̃ figura nihili vel cifra dicitur. nam per ipſam ſolam nihil repreſentatur: ip̄a tamẽ locũ occupãte magis per cęteras ſignificabitur .ut 20.ibi.2 viginti ſignificat : & tamẽ p̱ ſe poſitũ tantũ duo reprę ſentat. Opereprecium eſt ergo in numeratiõe ordinem & locum maxime conſiderare. Ordinẽ quidem :quia retrograde numerum ſcribimus. Locum vero qa omnis figura in primo loco poſita ſe ipſam ſemel rep̄ſentat ut.2.ſic poſita duo repręſentat. Sed in ſecundo loco poſita ſe ipſam decies ſignificat: quia viginti ut.20. In tertio loco quęlibet figura ſe ſignificat centies. In quarto vero milleſies. In quinto decies milleſies. In ſeptimo vero loco milleſies milleſies & ſic in infinitum. Ex quo claret unica ſola figura omnẽ digitum ſcribendũ: & omnem articulũ a.10. uſq; ad centum excluſiue: & inter hos omnẽ numerũ cõpoſitũ incluſum duabus tantũ figuris repręſentandũ .ut.10.20.25.&c. A centũ vero uſq; ad mille omnis numerus tripla figura deſignatur.ut.100. 121.&c. A mille vero uſq; ad decem millia omnẽ numerũ quattuor figuris ſcribimus.ui.1000.1221. At ṽo in exprimẽdo magnũ numerum hac cautela utendũ eſt: ut ſuper primã figuram .a. ponatur. ſupra ſecũdã.b. ſup̱ tertiã.c. ſuper quartã rurſus.a.& ſup̱ ſequẽtẽ b.&c. donec oẽs figurę harꝝ triũ litterarꝝ eo ordine & charactere ſint inſignitę ſcȝ.a.b.c. ita em̃ primo dẽpto omne a. millenariũ ſignat.b. numerꝝ infra centũ & c. centũ rep̄ntat.& ubi.a.&.b. ſimul ponũtur/ſimul dñt exprimi niſi ubi.b.ſupra cifrã cõtingat locari.ut in nũero hic ſubiecto.

Nũeratio · *ordo & locus in numeris.* · *cautela exprimendi numerꝝ*

a c b a c b a c b a
4 5 9 3 6 2 9 0 2 2

quẽ tali ſermõe exprimere poſſum⁹ :q̃ttuor mille mille millia: qngẽta mille millia. nonagintatria mille millia : ſexingenta millia : viginti nouem millia: & viginti duo. Tot enim in unoquoq; numerorũ ordine ſunt millia quot a primo dempto. Poſſum⁹ & aliter numerũ p̄poſitũ quãtus ſit perquirere: ut videlicet in prima figura incipientes dicamus ordine retrogrado: prima per ſe. ſecunda decem. tertia centum. quarta milleſies &c de alijs ſp̱ loca millẽarioꝝ ſignãdo pũctis.ut.

4.593.629.022

De Additione. Capitulũ quintum.

DIS.
a Dditio quid eſt? MAG. Eſt duorum aut pluriũ numerorũ in unã ſummã reductio .ut.4.ad.7.faciũt.11. DIS. Additionis (ut & in alijs intelligã) modũ oſtende. MAG. In additione ad minus duo ordines numerorum ſunt neceſſarij: ſuperior ſcilicet cui alter addit : & inferior q ſupiori adiungit. Si igit nũerꝝ nũero volueris adiũgere: nũerꝝ cui debet fieri additio p̱ ſuas figuras in loco

Additio.

ſuperiori ſcribe: cui numerũ addẽdum per figuras ſuas ſuppone: ita ut prima ſub prima: & ſecunda ſub ſecunda ponatur &c. His ita diſpoſitis ſubijciatur linea ſub qua ſumma ex additione proueniens ſcribẽda eſt, uti ſubiecta admonet deſcriptio.

4 6 7 9 numerus cui debet fieri additio
3 2 3 2 numerus addendus
———— linea interiecta.

Quo facto primas figuras ad ſe addas: ex quibus excreſcet numerus una aut duab⁹ ſcribẽdus figuris. ſi una hęc ſcribatᷓ inferius. ſi duabus: prima ſcribatur/ & ſecũda mente teneatᷓ: quã cũ ſequente addas pari modo cũ ſecũda & tertia & ſequẽtibus opaberis figuris quouſq; totum additũ ſit. Exemplũ ſumas in numero prius poſito: & dic. 2. ad 9. faciunt. 11. primam unitatem ſub linea ſcribe: & ſecundã cũ figura ſequente ſcilicet. 3. adde. dicendo. 3. ad. 7. erũt. 10. & unitas prius reſeruata facit. 11. ſcribe iterum unã unitatẽ in ſecũdo loco ſub linea: & aliã ſerua. Dic ultra. 2. ad. 6. faciũt. 8. & unitas ſeruata/ cum his. 8. conſtituit. 9. quę loco tertio ſcribe ſub linea. Rurſus dic. 3. ad. 4. efficiũt. 7. quę ſi in loco quarto ſcribantᷓ ſub linea/ figurę omnes hoc ordine ſtabũt.

4/ 6/ 7/ 9/ numerus cui debet fieri additio
3/ 2/ 3/ 2/ numerus addendus
———— linea interiecta
7 9 1 1 numerus productus.

Aduertendum vero in hoc calculandi modo figuras non delendas/ ſed virgulis paruis ſignandas eſſe. Et ut ſingula in omni additione occurrentia unico complectar cõtextu: Exemplum ſubijcere placuit generale: in quo ſingula ad additionẽ requiſita mox apparebunt.

Additõis exemplũ generale

9 8 7 4 6 numerus cui debet fieri additio
2 0 3 4 5 numerus addendus
———— linea interiecta
1 1 9 0 9 1 numerus productus.

De ſubtractione. Capitulum. vi. DIS.

Subtractõ

Q Vid eſt ſubtractio? MAG. Eſt numeri a numero ſublatio: ut videatur ſumma relicta. ut. 5. a. 9. relinquuntᷓ. 4. DIS. Modum ſubtractionis ſubiungas. MAG. In ſubtractione duo numeri ſunt neceſſarij ſcʒ numerus primo loco poſit⁹ a quo alter ſubtrahitᷓ: & numerus huic ſuppoſitus qui a ſuperiori remouetur. Poteſt autẽ minor de maiore/ aut ęqualis de ęquali: ſed maior de minori nũq; ſubtrahi. Si igitur ſubtrahere volueris: numerũ a quo debet fieri ſubtractio per ſuas differentias in ſuperiori loco: numerũ vero ſubtrahendum in inferiori ponas: ita ut prima ſub prima ſecunda ſub ſecũda & ſic de alijs ponantur linea ſuppoſita. De hinc primã inferioris a prima ſuperioris auferas: & quod reſiduũ eſt ſub linea ponas. Si vero in

feriorem a ſuperiore ſubtrahere nō poſſis/diſtantiam eius a denario conſidera:& eandem numero ſuperiori adde:productumq; ex utroq; ſub linea in loco ſuo ponas:& quotienſcunq; hoc factū fuerit:figurę proximę in inferiori ordine ſequenti addenda eſt unitas:& tunc totum a ſibi ſuprapoſita tollas. Et hoc uſq; in finē ſeruato modo procedendum eſt. Exemplum accipe in hoc numero ☞ 5 4 6 8
Et dic duo ab.8.remanent.6.q̄ ſcribe ſub linea. dic rurſus.7.a.6.nō valeo.ideo.7.a.10.diſtantiā quę tria eſt inueniēs eā numero ſuperiori:ſc;.6.addo.&.9.emergunt:q̄ ſub linea ponenda ſunt. Et numero ſequenti in ordine ſubtrahēdorū ſcilicet.3. adde unitatē & erunt.4. Et rurſus dic.4.a.4. & ſurgit vel nihil remanebit:illud nihil quod p cifram ſignificatur ponat̄ ſub linea.& dic ultra.2.a.5.& manent.3.quæ iterū ponant̄ ſub linea & ſi bene actū fuerit figurę ſtabūt hoc ordine. Et ne quid de neceſſarijs p̄termittā:tibi exemplum generale totius ſubtractionis ſubijciam tale.

5 4 6 8	
2 3 7 2	
3 0 9 6	

9 0 0 1 3 8 6	numer⁹ a quo debet fieri ſubtractio
7 5 3 2 4 3 6 3	numerus ſubtrahendus
	linea ſuperpoſita
1 4 6 8 9 5 0	numerus relictus

Exemplū generale ſubtractionis

Probatur autem per additionem ſubtractio:& econuerſo. ut ſi numerum relictum numero ſubtrahēdo addas: numerum a quo facta eſt ſubtractio inuenies. Et rurſus ſi in additionis exemplo numerum ſubtrahendum a p̄ducto ſubtraxeris/numerū ſubtrahendum pro relicto conſpicies:pari modo ſi numerum cui debet fieri additio a p̄ducto depoſueris:pro relicto numerum ſubtrahendum videbis.

De Multiplicatione. Ca.vij. DIS.

Multiplicatio

q Vid eſt multiplicatio? MAG. Eſt numeri procreatio proportionabiliter ſe habentis ad multiplicandum:ſicut multiplicans ad unitatem. verbi gratia.3. per.4. multiplicare/eſt numerum.12. procreare:qui ſe in eadem proportione ad.4. habet ſicut.3. ad unitatem:quia utrobiq; eſt proportio tripla. DIS. Multiplicationis formā adijcias. MAG. In multiplicatione duo numeri ſunt neceſſarij:ſcilicet numerus multiplicandus in ſuperiore ordine:& numerus multiplicās in inferiori ordine ſcribēdus:nec erit cura an prima multiplicātis ponat̄ ſub mnltiplicādi prima aut alia ut ☞ 7 9 5 4
Eſt etiam ambobus ita diſpoſitis linea ſubijcienda ſub qua 6 4 2
ſumma ex multiplicatione proueniens ponenda eſt. Primum itaq; primam numeri multiplicātis in omnes multiplicādi ducas:& quod ex hoc prouenit ſub prefata linea ponatur. Similiter ſecundam multiplicantis in omnes multiplicandi ducas:& productum ea lege ſub linea locabis, ut locus p̄ducti loco correſpondeat multiplicantis, nam

ſi multiplicans ſecunda fuerit/ ꝓductum ſub ſecundo numero prius ſub linea poſito/locare conuenit. Et ſic faciendū eſt de ſingulis: donec oēs figuras multiplicantis in oēs multiplicādi ductę fuerint. DIS. Exemplū huius ſubiungas: ut q̄ dicis clarius intelligam? MAG. Exemplum ſumas in numero priori. Et primū quidem dicas .bis.4. ſunt.8. ſcribenda ſub linea. dic rurſus bis.5. ſunt.10. ſcribe.0. cifrā: & ſerua unitatē: & ultra bis.9. ſunt.18. qbus unitas prius reſeruata ſi ad/datur decem & nouē conſtituit: e quibus.9. ſcribe ſub linea unitatem ſerua: & amplius bis.7. ſunt.14. & unitas prius ſeruata facit.15. quæ tota ſub linea ſcribēda ſunt: cum nō ſit numerus ſequens cui digitus addi poſſit. Et ſi ut diximus operatus fueris/ poſt operationē figuras eo ordine diſpoſitas videbis hic ī margine ſignato.

	7	9	5	4
		6	4	2
1	5	9	0	8

De hinc ſcd̄m multiplicātis in omnes multiplicandi ducas. Et primū dic quater.4. ſunt 16. e quibus ſub.0. ſcribas.6. & unitatē ſerues. & rurſus dic quater quinq; ſunt.20. & unitas pri⁹ ſeruata his addita facit.21. ſcribe.1. ſub 9. & binariū ſerua. & amplius quater.9. ſunt.36. & binarius prius ſer/uatus illis additus.38. conſtituit: e quibus.8. ſub.5. ſcribenda: &.3. ſer/uanda ſunt. & rurſus quater.7. ſunt.28. & tria prius ſeruata his addita conſtituunt.31. quę iterum totaliter ſcribenda ſunt ut prius. Et ſi be/ne operatus fueris/ diſpoſitionē figuratū videbis talē ☞ Demū dic ſexies.4. ſunt.24. e quibus.4. ſub.1. prioris nūeri ponas & duo ſerues. & rurſus ſexies.5. ſunt.30. &.2. prius reſeruata faciunt.32. e qbus.2. ſub.8. ſcribas. &.3. ſerues. amplius ſexies.9 ſunt.54. qbus ſi tria prius ſeruata addas.57. emer/gunt e quibus.7. ſub.1. ſcribatꝰ. &.5. mente cūſerues & rurſus ſexies 7. ſunt.42. &.5. prius ſeruata faciūt.47. quę totaliter ſub linea ponas

☞		7	9	5	4
		1	6	4/	2/
	1	5	9	0	8
3	1	8	1	6	

Quod ſi bene operatū fuerit diſpoſitio numerorum erit talis.

7 9 4 4	numerus multiplicandus
6 4 2	numerus multiplicans
———	linea interiecta
1 9 9 0 8	
3 1 8 1 6	numerus productus
4 1 1 2 4	

Quę ſi oīa ꝑ modū in quinto capitulo traditū/ addideris numerum 5106468. procreabis. Et quia in omnibus antedictis digitoꝶ inter ſe ꝑſupponitꝰ mlꝰtiplicatio: iō de his & regulā & tabulā ſubijcio talē

Regula. Scribantur figurę in ſe multiplicandę ſubalterne & cuiuſlibet diſtātia a decē a dextris ponatur: & una diſtantiarum per alteram multiplicetur productūq; ſeruetur. Deinde diſtantiam unius digi/ti a digito alio ſubtrahas: reſiduum priori producto ex diſtantiarum multiplicatione poſtponas. DIS. Huius exemplum ſubiungas.

MAG. Si ſcire volueris quot ſunt ſepties.8.ea hoc ordine cũ diſtã tijs ſuis a dextris ſtatuas * Dic ter.2.ſunt.6.&rurſus.2.a.7.remanent.5.quę prædictis.6.poſtponas;& numerũ talem inuenies.56. quem faciunt ſepties octo.

	*	
8	|	2
7	|	3

Tabula

2 2 4	3 3 9	4 4 16	5 5 25	6 6 36	7 7 49
2 3 6	3 4 12	4 5 20	5 6 30	6 7 42	7 8 56
2 4 8	3 5 15	4 6 24	5 7 35	6 8 48	7 9 63
2 5 10	3 6 18	4 7 28	5 8 40	6 9 54	8 8 64
2 6 12	3 7 21	4 8 32	5 9 45		8 9 71
2 7 14	3 8 14	4 9 36			9 9 81
2 8 16	3 9 27				
2 9 18					

Et ne alia in multiplicatione tibi occurẽtia ꝑtereã exem̃ ſit hoc gñale. Multipli/catiõis exemplũ generale

4 5 0 6 0	numerus multiplicandus
2 0 3 0	numerus multiplicans
———————	linea interiecta
9 1 4 7 1 8 0 0	numerus productus

De Diuiſione. Capitulum. viij. DIS:

Quid eſt diuiſio? MAG. Eſt numeri procreatio ꝓportionabiliter ſe habentis ad unitatẽ: ut diuidendus ad diuiſorẽ. ut.20 per.4.diuidere eſt numerũ.5.procreare quę unitati in eadẽ ꝓportione ꝓportione qua quattuor ꝓportionanť uiginti: nã ubiqꝫ eſt ꝓportio quintupla. DIS. Diuiſionis formã haud prætereas. Diuiſio]

MAG. In diuiſione duo numeri erũt neceſſarij.ſ.ſupior qui diuidẽdus:& inferior qui diuiſor appellandus eſt:& ſub ſuperiore ita locandus: ut ultima ſua ponať ſub ſupioris ultima:& pẽultima ſub penultima &c. Et hoc qdẽ verũ eſt ſi ultima diuiſoris nõ fuerit maior ultĩa diuidẽdi.nã ſi maior fuerit: nõ ſub ultĩa diuidẽdi ſed ſub penultima locãda eſt: & reliquę ſub ſequẽtibus ordine directo. ut patet in exemplo.

3 6 2 3 6 2 Iſtis ita ut dictum eſt formatis virgula concaua ad
2 1 4 3 latus dextrum poſt numeros ponatur: cui numerus
ex diuiſione inuentus (qui Quotiens ☞ 6 5 4 9 (virgľa cõcaua
appellať) inſcribi poſſit ut ☞ Quo 4 6 diuiſor

facto videndum eſt quotiens ultimam diuiſoris in numero ſibi ſupra poſito poſſis reperire: ita tamẽ ꝙ totiens etiã omnes ſequentes in ſuis ſuprapoſitis poſſint haberi: & quotientẽ inuentũ & verſus dextrã in virgulam concauã locatũ/in omes figuras diuiſoris multiplica. primo ſcꝫ in ultimã/ deinde in ſequentes & q̊d ex hac multiplicatione ꝓducitur a numero ſibi ſuprapoſito ſubtrahatur/figuris a quibus facta eſt ſubtractio paruis lineis cãcellatis:& reſiduo cuiuſlibet figuræ numeri diuidendi ſuper ipſam eandem / cuius reſiduum eſt poſito

ut in priori exemplo.Illo facto ſecundeť diuiſor ꝑ unam figurã.& iterum quotiens quęrať:& ad quotientẽ prius repertũ ſub virgula poſitum & in omnes figuras diuiſoris ut prius multipliceť : ꝓductũq; a ſuperiori ſubtrahatur: & rurſus diuiſor per unam figuram ſecundetur.quod totiens fiat donec prima diuiſoris ſub prima diuidendi cõſtiterit.Si autem in operatione media aut in fine quotiẽs reperiri nõ poſſit:ꝓ eo ponať.o.ad virgulã concauã figuris diuiſoris cãcellatis Diuiſor vero rurſus ꝑ unã figurã ſecũdeť: q̊d autẽ in fine diuiſiõis relictum fuerit de numero diuidendo/ in quo diuiſor non poſſit amplius reperiri/erit reſiduum diuiſionis. DIS.Niſi exemplari operatione dicta explicaueris intelligam minime. MAG.Exemplũ poſitu; ſupra accipe.& primum dicas:quotiens reperio.4.in.6.ita ꝙ etiam totiens.6.in.5: & videbis ꝙ tantũ ſemel:ob id unitatem in virgula; concauam ponas:& eam unitatem in omnes diuiſoris multiplicãdo dicas:ſemel.4.ſunt.4.quæ ab ultima diuidendi ſubtrahas/ dicendo .4.a.6.manent duo:quæ ſupra.6.ponas:& ipſa.6.virgula ſignes. Dic rurſus:ſemel ſex ſunt ſex.ſex a quinq; non poſſum:diſtãtia eſt.4. .4.ad.5.ſunt nouem:quæ ponas ſupra.5.quinq; prius virgula cancellatis : & unitatẽ quam ex lege ſubtractionis ſequenti dabis figuræ a ſibi ſuprapoſita ſcilicet.2.ſubtrahas:dicendo .1.a.2.& manet unu; & ſignes virgula:&.1.ſuper ea ponas.Poſt hoc diuiſor per unam figurã ſecundetur.& ſtabunt figuræ ordine tali ☞



Illo facto rurſus dicas.4.in.19.quotiens poſſum reperire:ita tamen ꝙ etiam totiens .6.in.4.& alijs ex.19.cum.4.ſubtraxero relictis inueniam: & videbis ꝙ quater.Hęc igitur.4.ſub virgula concaua ponas:& ea in omnes diuiſoris multiplicando:dicas.quater.4.ſunt ſedecim:quæ a.19 ſubtrahe:dicendo.1.ab.1.& ſurgit.6.a nouẽ & manent tria:quæ ponas ſupra.9.&.9.cancella.dic rurſus:quater ſex ſunt .24.quæ ſubtrahe a.34.ſibi ſuprapoſitis:dicendo.2.a.3.manet unu;. quæ ſuper.3.cancellata ponas:& iteru; dicas.4.a.4.& ſurgit: ob hoc .4.cum virgula ſignes & ei.o.ſuperponas : iterumq; diuiſorẽ ꝑ una; figurã ſecundes.& figurarum talem diſpoſitionem reperies.

Diuidendus.  Quotiens.

exemplũ diuiſiõis.

Ita pariformiter in ſequentibus faciendum eſt: quod ſi bene operatus fueris diſpoſitionem figurarum talem videbis. Et. 17. reſidua ſunt in quibus. 46. amplius reperiri non poſſunt.



Probatur autem diuiſio per multiplicationē & econuerſo. Per multiplicationem quidē probatur diuiſio: ſi quotientem per diuiſiorē multiplicaueris. nam quod ex illa multiplicatione excreuerit/ una cũ reſiduo (ſi quod fuerit) numerũ diuidendũ repſentabit. Rurſus multiplicatio per diuiſionē ꝓbabitur: nam ſi productũ in multiplicatione ꝑ multiplicandũ diuidas in quotiente multiplicantē inuenies. Et ut oĩa ſimul complectar. Exemplũ generale Diuiſionis ſubijciam tale.

Diuidendus	945067899	(2100150	Quotiens
Diuiſor	45	Reſiduum	39.

De Progreſſione. Capitulum. ix.

DIS. Quid eſt progreſſio? MAG. Eſt pluriũ numerorꝫ ſcd̃m ęquales exceſſus ſumptorꝫ in unã ſummã reductio. ut. 1. 2. 3. 4. faciunt. 10. DIS. Huius formã & modũ ſubiungas. MA. Modus & forma progreſſionis ſubiectã prerequirunt diuiſionē. Progreſſio quidē eſt duplex: quędã Arithmetica: quędam Geometrica. Arithmetica eſt in qua numeri ſeſe ſequentes ęquali excedunt exceſſu Et hæc duplex eſt. Eſt em̃ progreſſio arithmetica naturalis & cõtinua ubi videlicet poſt principiũ nullus nũerus obmittitꝰ. ut. 1. 2. 3. 4. 5. 6. vel. 2. 3. 4. 5. 6. Alia arithmetica diſcontinua ſiue interciſa: in qua poſt principium ſemp æqualiter una/ duæ/ tres/ quatuor aut plures obmittuntur figurę. ut. 1. 3. 5. 7. vel. 2. 4. 6. Geometrica eſt in qua numeri ſe ſequentes nõ ęqualiter excedunt: attamen inęquali ꝓportione ad inuicē erũt: aut dupla. ut. 1. 2. 4. 8. aut tripla. ut. 1. 3. 9. 27. aut quadrupla. ut. 12. 8. 32. & ſic de alijs. Hac diuiſione intellecta/ ſit hęc de mõ ꝓgreſſionis: Prima regula. In omni ꝓgreſſione arithmetica addatꝰ numerus primus ad ultimũ: & excreſcit numerus aut par aut impar. ſi par per eius medietatē totus numerus locorꝫ multiplicetur. & numerus ſummę totius cõtinuo emergit. Si impar excreuerit: ꝑ ipſum totum medietatem locorꝫ multiplicabis & quęſitum inuenies. DIS. Da exemplũ primi. MAG. Sint numeri in progreſſione taliter diſpoſiti. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. quorũ oĩm ſummã ſi ſcire volueris. 1. ad. 7. adde

[Margin: ꝓgreſſio — Arithmetica. — continua — diſcontinua — Geometrica — Prima regula]

& quod excreuerit diuide/& per eius medietatẽ quę eſt.4.multiplica numerorꝫ in progreſſione poſitorũ loca quę ſunt.7.dicendo:quater 7.ſunt.28.& hęc ſunt totius ſumma. DIS. Da exemplũ ſecundi.
MAG.1.2.3.4.5.6.7.8.huius ſummã ſi ſcire volueris.1.ad.8.ad/das & per ꝓductũ quod eſt.9.medietatẽ locorũ ſcꝫ.4.multiplica & ꝓductũ erit totius ſumma ſcꝫ.36. Secũda regula. In ꝓgreſſiõe geometrica ubi fit exceſſus in ꝓportione dupla ultimus numerus eſt duplãdus:& a duplato primus ſubtrahẽdus:& apparebit numerꝰ quęſitꝰ
DIS. Da exemplũ. MAG.1.2.4.8.16.ſi huius ſummã totalem habere volueris:ultimũ numerũ ſcꝫ.16.duplabis id eſt ꝑ duo multi/plicabis & 32.ꝓuenient:e quibꝰ ſi numerũ primũ huius ꝓgreſſiõis ſcꝫ 1.ſubtraxeris.31.manebunt quæ totiꝰ ſummã indicabunt. Si autem geometrica ꝓgreſſio in tripla fuerit ꝓportione:& totiꝰ ſummã volueris ſcire: ultimũ tripla & a ꝓducto primũ ſubtrahas & reſidui medie/tas oſtendet q̊d quęrebas. DIS. da exemplũ. MAG. ſit exemplũ 3.9.27.81.numerꝫ ultimũ tripla &.243.ꝓueniẽt a quibus ſi primũ ſcꝫ 3.ſubtraxeris/remanentis medietas ſummã totius oſtendit ſcꝫ.120. Si aũt ꝓgreſſio geometrica ſecundũ quadruplã ꝓportiõem cõſtituta ſit/ultimũ quadrupla a ꝓducto primũ ſubtrahe:& remanẽtis tertiã ꝑtem pro ſumma totiꝰ retinebis. DIS. da exemplũ. MAG.2.8.32.ſi ultimũ q̃druplicaueris.128.efficies a quibus ſi primũ ſcꝫ.2.tollas.126.manebũt: quorꝫ tertia ꝑs eſt.42.quę ſummã totiꝰ oſtendũt. Et itacõ ſimiliter in omnibꝰ aliȷs ꝓportionibus facias:multiplicãdo ſcꝫ ſemꝑ ultimũ numerꝫ ꝑ numerꝫ denominatiõis ꝓportionis:& primũ a producto ſubtrahendo:& relictũ ꝑ numerꝫ unitate minorẽ numero ꝓportionis diuidẽdo. & huiꝰ diuiſiõis numerꝰ q̊tiens q̊d quęrebas oſtẽdit.

De Radicum extractione & primo in quadratis Capitulum decimum.

DISCIPVLVS

Radicũ extractio.

Qvid eſt radicũ extractio? MAG. Eſt numeri inuentio: qui cũ in ſe ductus fuerit/ totum numeruꝫ aut ſaltem maiorẽ eius partẽ/quadratã ſcilicet vel cubicam producit. DIS. Radix igitur numeri eſt numerus qui in ſe ductus ipſum totum conſtituit.
MAG. Optime infers. ut radix.16.eſt.4. naꝫ quater quattuor.16.conſtituunt. Pro intellectu autẽ formæ & operationis radicuꝫ extra/ctionis:neceſſe eſt mente tenere ea quæ ſupra diximus de numero ſolido & ſuperficiali:ſolus enim talis & nullus alius inuenitur radicẽ ha/bere. Vnde ſi numerus ſemel in ſe ductus fuerit:ſuperficialẽ & qua/dratũ conſtituit:cuius & radix extat. ut quater q̃ttuor ſunt ſedecim. Si vero numerus bis in ſe aut ſemel in ſuũ quadratũ ducitur/ numerũ ſolidum ſiue cubicũ generat:& eius q generatus eſt radix dicit̃. ut bis.2.bis/ſunt.8. His ita pręcognitis formam extractionis radicum in quadratis primum/dehinc in cubicis tradaꝫ. DIS, probe. MAG. Si

igitur proponatur tibi numerus cuius radicem quadratã ſcire volue/ris/ipſu3 in locis ĩparibus punctis in hũc modũ ſignabis · · · quot em̃ puncta numerus propoſitus taliter ſignatus ha/ 5 4 2 2 1 buerit: tot digitos in radice ſua habebit. Illo facto/ſub ultima eius fi/gura inueniendus eſt digitus: qui in ſe ductus deleat totum ſuprapo/ſitum reſpectu ſui: vel quantum vicinius poteſt. & ille digitus inuen/tus ponendus eſt ſub concaua virgula ad dexteram: quemadmodũ in diuiſione traditum eſt. Quo facto inuentus digitus duplãdus eſt & duplatus ſub figura proxima verſus dexterã ponatur. Deinde rur/ſus inueniẽdus digitus ſub proxima figura puncto ſignata: qui in du platum ductus: totum deleat ſuprapoſitum reſpectu duplati: & in ſe ductus: totum deleat ſuprapoſitũ reſpectu ſui: aut quantum vicinius poteſt: quod ſemper ſubintelligendũ eſt. Et talis digitus etiam ad pri orem digitum inuentum ſub virgula collocetur. Depoſt rurſus ſub proxima figura puncto ſignata conſimilis inueniatur digitus &c. q̊d quidem continuabis donec ad finem totius ventum fuerit. Si autem in media operatione contingat digitum talem inueniri non poſſe: po nenda eſt .o. ad priores digitos ſub virgula concaua: & omnibus di miſſis intactis ad proximi procedatur inuentionẽ digiti: niſi hoc eue niat in fine: tunc enim figuræ relictæ computantur pro reſiduo.

DIS. Nec hoc quidem ſine exemplo intelligendũ exiſtimo MA. Sit igitur pro clariore intellectu exemplum tale. 1491 cuius ſi radicẽ quæris: ipſum ut dictum eſt ſignabis. deinde ſub ultimo puncto ſci/licet .1. quæras digitum ſcilicet .3. qui in ſe ductus/ & ſi non totum dele at ſuprapoſitũ/tamen viciniori numero omni alio dato. & illũ inuen tum ſub virgula ponas. ut ſic ☞ ipſumq; in ſe ducas ☞ · · dicendo: ter tria ſunt nouem: & hæc a .14. ſubtrahas: & 1491(3 manebũt .5. quæ .14. deletis ſupraponas. ut ſic * Deinde priorem inuentum dupla digitum: dicen do bis tria ſunt .6. & hęc ſub proxima verſus dex tram figura ponas. ut X Et rurſus ſub pun/ X cto ſequenti digitum inuenias: qui in duplatum ductus totum ſuprapoſitum reſpectu duplati: ſcili cet .59. (aut quantum vicinius poteſt) deleat. dein de ductus in ſeipſu3 reſpectu totius ſibi ſuprapoſi/ti itidẽ faciet & ſunt .8. q̃ cũ ad virgulã in hunc mo dũ poſueris: ipſa in duplatũ ſcilicet .6. mľtiplica & productum ſcilicet .48. a numero duplato ſupra poſito ſcilicet .59. ſubtrahe: & remanent undecim. ut ſic ɸ Deinde hunc digitum ſcilicet octo ɸ ĩ ſe mľtiplica: & ꝓductũ ſcilicet ſexagintaq̃ttuor ſi a ſibi ſuprapoſito ſilicet .111. ſubtractum fuerit pro reſiduo numerus talis ſc3 ſeptuagintaquattuor



remanebit, & diſpoſitio figurarꝫ talis reſtabit ☞ Ex quo manifeſtū eſt propoſituꝫ numerū nō eſſe quadratum:ſed tamen.38.radicē eſſe maximi quadrati in ipſo contenti:ſcilicet.1444. Cuius experientiā ſi habere cupias:radicē inuentā in ſe multiplica & reſiduū ſi quod fuerit adde:& redibunt figuræ numeri propoſiti.ſin autem/errorē corrige.Ad cubicaꝫ radicem ligonem noſtrum vertamus.

1 4
4 1 7
1 4 1 1 (38
9 6 4
4 8
6

De Radicum extractione in cubicis Capitulum undecimum. MAG.

radicū extractio in cubicis

SI alicuius numeri tibi ꝓpoſiti radicē quęras cubicā:ipſuꝫ in loco primo:& deinde in ſingulis millenariorꝫ locis ſignes pūcto ut.1491. Illo facto/ſub ultimo puncto inueniēdus eſt digitus: qui in ſe ipſum ductus cubice/ totū deleat ſuprapoſitum reſpectu ſui aut quantū poteſt vicinius.& illo digito ad virgulā concauā(quēadmodū in prioribus) poſito ipſuꝫ tripla:& triplatuꝫ ponas ſub ꝓxima verſus dexteraꝫ tertia figura.Deinde ſub ſeq̄nti figura alius quęratur digitus ad priorē ſub virgula ponendus:q primo cū digito priore ſecum ſub virgula poſito/ductus in triplatū: deinde ſolus ductus in ꝓductū:deleat reſpectu triplati totū ſuprapoſitū.Secundo in ſe ductus cubice deleat totū ſuprapoſitū reſpectu ſui: vel quantū vicinius poteſt. His ita pactis:triplandū eſt totū q̄d ponit̃ ſub virgula:& triplatū ponendū ſub ſeq̄nti ꝓxima tertia figura.Deinde ſub puncto ꝓximo rurſus inueniēdus eſt digitus:q cū alijs in virgula ſecū poſitis / in triplatū ductus/ deinde ſolus duct⁹ in productū deleat totū ſuprapoſitum reſpectu triplati:& demū in ſe ductus cubice deleat totuꝫ ſuprapoſituꝫ reſpectu ſui.& ſic operandū eſt uſqꝫ dū ventū ſit ad finē. DIS.Inter ōmnia p̄cedētia a te dicta nullū minus illo potui intelligere:ob hoc exemplū ponere & id declarare opeprecium erit. MAG.Exemplum accipias in numero priore.ſcꝫ.1491.(Illo taliter ordinato : ſub ultimo puncto ſcꝫ.1.in loco millenarij poſito/inueniēdus eſt digitus ſcꝫ.1.q in ſe cubice ductus:facit.1.& delet totū ſuprapoſitū reſpectu ſui.illum digitū iā inuentū pone ſub virgulam.ut ſic ☞ Deinde ipſuꝫ tripla & facit.3.& illa ſub ꝓxima tertia ponas figura.ſcꝫ.9.ut ſic * Illo facto ſub proximo puncto ſcꝫ.1.primo loco poſito/alter inueniendus eſt digitus etiā ad virgulā ponendus ut ſic X qui primū cuꝫ digito ſecū poſito duct⁹ in triplatū ſcꝫ.3.facit.33. deinde ſolus ductus in productū ſcꝫ.33.facit.33.deleat totuꝫ ſuprapoſitum aut quantuꝫ vicinius poteſt reſpectu triplati:nā ſi.33.a 49.ſubtrahas.16.relinques. Deinde ille digitus

1 4 9 1 (1

*
1 4 9 1 (1
1 3

X
1 4 9 1 (11
1 3

in ſe cubice ductus deleat totum vel quãtum vicinius poteſt reſpectu
ſui ſuprapoſitum ſcilicet.161.ducigitur ipſum in ſe cubice dicendo ſe/
mel.1.eſt.1.& illud a.161.ſubtrahatur & manẽt.160.pro reſiduo. ex
quo claret numerum propoſitũ non fuiſſe cubicum ſed.11. radicem
eſſe maioris numeri cubici in p̃dicto numero ꝓpoſito cõtenti ſcꝫ.1331.
Quod ſi probare volueris/radicẽ in ſe cubice multiplica:& ꝓducto   m'tiplica
ſi quid fuerit reſiduum adde:& numerũ propoſitũ inuenies. DIS   tio cubica
Quid eſt numerũ in ſe cubice multiplicare? MAG. Eſt ipſum bis
in ſe aut ſemel in ſuũ q̃dratũ ducere.ut bis duo bis/aut bis.4.ſunt. 8.
Et ut habeas in ſum̃a quantũ quiſq; digitus in ſe cubice multiplicat⁹
ꝓducat:tabulã illius ſatis breuẽ hic poſitã inſpicias. Tabula

1	unum ſemel	1	6	ſex ſexies	216.
2	duo bis	8	7	ſeptẽ ſepties	343
3	tria ter	27	8	octo octies	512
4	quattuor q̃ter	64	9	nouẽ nonies	726.
5	quiq; q̃nquies	125			

Hæc ſunt fili dilectiſſime quæ tibi inprimis de paſſionibus numeri in
tegri tradere volui:nunc vero ne huius artis (quã calculariã dicunt)
principia neceſſaria contractius tradam:pauca & quidẽ neceſſaria de
minutijs ſubiungenda ſunt.

Libri Quarti Algorithmus de minutijs vulgaribus Tractatus tertius. Quid ſit minutia & quottuplex. Capitulũ primum.

DIS. q Vid eſt minutia? MAG, eſt integri pars aliquota.ut minu/   Minutia
tum eſt ſexageſima pars horę aut gradus. DIS. Sũt ne mi
nutię om̃es eędẽ aut natura diuerſæ? MAG.ſunt.nã quæ/
dam ſunt minutię vulgares: q̃bus ſcꝫ vulgus frequenter utit̃.ut una
tertia:una quarta:duę quintę &c.& ſunt minutię phiſicę quib⁹ ſcꝫ na
turales & phiſici utunt̃ ſępius.ut minutũ tertiũ quartũ &c. uſq; in infi
nitũ ꝓcẽdẽdo.& de his q̃dẽ poſterius:de alijs ṽo prius differendũ eſt

De numeratione ſiue reprę́ſentatione minutiarum vulgariũ. Capitulũ ſecundũ.

DIS m Odũ igit̃ numerationis aut rep̃ſentatiõis minutiarꝫ vulgariuꝫ
pande. MAG. Minutię vulgares eiſdẽ quibus & integri nu
meri figuris ſcribendę ſunt:ſed aliter & aliter locandis atq; no/
minandis:Nã in numeratiõe earundẽ duo requirunt̃ numeri:nume
rator ſcꝫ & denominator ponendi ſubalterne virgula interiecta.ut ſic
$\frac{4}{9}$ DIS.Numerator quis eſt? MAG. eſt numerus in quo toti
ens unitas eſt quot integri ptes volumus reprę́ſentare:& hunc
ſemper ſolemus ſuper ius ſcribere. DIS.Dænominator
quis eſt? MAG. eſt numerus in quo totiẽs unitas reperitur quo/

tiēs ꝑs denominata in ſuo toto inueniť. & is ſemꝑ inferius ſcribiť. ut
4 numerator. Intellectus vero repreſentationis minutiarū vul
— gariū facile in ſequentibus regulis deprehendiť
9 denoīator Prima regula. Quotienſcunq; numerator equa
lis eſt denoīatori/minutiæ pciſe integrū valebūt: ut hic ☞ 3/4/5/6
Secunda regula. Si numerator maior fuerit denomi/ ———
natore minutiæ pluſq; integrum conſtituunt. ut ſic ψ 3/4/5/6
ψ 4/8/9/12/ Tertia regula. ſi nūerator mīor fuerit denoīa
——— tore minutię nō totū integrū pficiunt. ut hic 1/2/5/6/
3/7/6/8/ ———
2/3/4/6/

De reductione minutiarum diuerſarum denominationum ad eandem: & additione earundem. inſuper de reductione minutiarū ad integra/ & integroꝝ ad minutias. Capitulū. iij. MAG.

Via vero minutiæ vulgares: aliis diuerſarū denoīationū addi
q nō poſſunt: niſi ad eandē denoīationē reductę fuerint: ob id q̃
pacto hoc fiat primo pandam. DIS. Sane quidem facis: &
multo ſanius ſi id exemplis manifeſtaueris. MAG. Faciam ut pe/
tis. Si igitur minutias diuerſarū denominationū: utputa ☞ 2/3
ad eandem denominationē reducere volueris/ denoīatorē ———
uuius p denoīatorē alterius multiplica & q̃d ex hac multi/ 3/4
plicatione pcreatum fuerit erit denoīator cōmunis. ut ter quater ſunt.
12. denoīator cōmunis. Hoc facto numeratores querēdi ſunt. multi/
plica igiť numeratorē primę p denoīatorē ſecūdę. ut bis. 4. ſunt. 8. &
rurſus numeratorē ſecundę p denominatorē primę. ut ter tria ſunt. 9.
eruntq; .8. &. 9. numeratores communes ad. 12. denominatorem
communē. Ex hoc enim patet in ☞ 2 8 3 9
Et facta operatione ſtabunt figurę ——— eſſe ——— & in ——— eſſe ———
* 8 9 taliter ordiatę * Ipſis 3 12 4 12
numera/ ——— itaq; ad eandē denoīationē reductis numeratores earum
tores cōes 2 3 ut in ītegris addas: ſc3. 8. ad. 9. & ☞ 17 reperies. Si vero
——— minutiæ plures fuerint: primū de — duabꝰ primis te
deīator 3 4 abſoluas: dehinc cū pducto & ter 12 tia idē ut dictum
cōmunis 12 eſt attentabis. hinc cum pducto ex omnibus pcedētibus
& quarta idē donec ad finē puentū ſit actitandū eſt. ut ſi ſint 2/3/4/
primis duabus ut pmiſſum eſt adinuicem reductis & * ———
ω pro pducto inuentis hec ad eādē denominationē reducas 3/4/5/ *
2 3 & 17 4 addas: & facta operatione ex omnibus inuenies 133 1/
— aut — ——— & — q̃ ſi ſcire volueris quot ſexageſime aliæ minutiæ ——— —
3 4 12 5 in ω aliiſq; minutiis ſint 60 aut alias prepoſi/ 60 1/

tas partes per nominatorē minutię in qua queris multiplica: & pro/ductum per denominatorem eiuſdem diuide & patebit in quotiente quod querebatur ut in * Minutijs * 2/3 40/60 3/4 45/60 autē minutiarum diuerſarum denomina ſūt & in ſūt tionum prępoſitis: duc denominatorem primę in denominatorē ſecundæ: & in productum denominatorem tertię. & ſic de alijs: & illud quod ultimo prouenit: denominatorem communem indicabit. ut ſi tres quartas duarum tertiarum unius medietatis ad minutiam ſimplicem reducere placuerit/ ipſis hoc ordine poſitis * 4. in. 3. multiplica & in productum ſcilicet. 12. duo multi/plica: & .24. pro denominatore cōmuni habebis. & ſi numeratorem cōmunem habere volueris/ numeratorem primę in numeratorē ſecundę ducas & rurſus numeratorem tertię per productum multiplica & patebit quęſitum. ut ter. 2. ſunt. 6. & ſemel. 6. manent ſex & inueni/es in tribus quartis duarum tertiarum unius medietatis ☞ 6/24

DIS. Apertiſſime q̄d quęrebā dęmonſtraſti: reſtat aūt ut minutias ad ītegra reducere ędoceas. MA. Si minutias ad integra reducere placuerit: multiplica numeratorem per denominatorē: & numerus quotiēs quęſitū dabit: & ſi quid reſiduū fuerit partes ītegrū nō faciētes īdicabit ut ſi ⊕ ad ītegra reducas. 8. ītegra & 2/7 pro reſiduo habebis. at ſi ęconuerſo integra ad minutias reducere volueris: numerum integroru; per dænominatorē minutiæ fiendę multiplica: & in producto quęſitum inuenies. ut ſi. 4. in/tegra ad quintas taliter reduxeris * procreabis.

* 3/4 — 4/2 — 3/1 — 2

* 20/5

De Subtractione minutiarum: Ca. iiij. DIS.

Vbtractionem minutiarū ſubiungas. MAG. Minutias ſi q̄s a minutijs ſubtrahere placuerit: ipſis (ſi nō fuerint) ad eandem denominationē reductis/ numeratorē unius a numeratore alterius ſubtrahas. ut * 8/12 ſi a 9/12 ſubtraxeris manet 1/12 Si vero plures minu/tias a pluribus ſubtrahendæ ſint: omnes ſubtrahendas ſcd̄m dicta in. c. p̄cedenti ſimul addas: ſimiliter & eas a quibus debet fieri ſubtractio. Dehinc ut iam di/ctum eſt numeratorem unius a numeratore alterius demas: ut X

X 2/3 & 1/4 a 1/2 & 6/8 quarum ſi duæ tertiæ & una quarta adiunctę fuerint 11/12 Si autem unam ſecundā & ſex octauas coniunxeris 20/16 effidies quæ rurſus ad communē d'/nominationē reductę & additę pro *

* 11/12 pueniunt 176/192 & p 20/16 ſurgūt 240/192

a quibus ſi primas ſubtraxeris videlicet $\frac{176}{192}$ remanebunt $\frac{74}{192}$. quas inquirebamus.

De Multiplicatione minutiarum. Capi.v. MAG.

h Ic facile ex his quæ de integris dicta ſunt minutiarũ multipli/ cationẽ habebis. Nã ſi minutias p minutias mltiplicare volueris numeratorẽ uni⁹ p nũeratorẽ alterius multiplica:& ꝓductũ ꝓ numeratore inuẽto reſerua. Sic denominatorẽ unius p denoĩatorẽ alterius multiplicabis:& in ꝓducto denominatorẽ quęſitum inuenies ut cũ multiplicabis. $\frac{2}{3}$ per $\frac{3}{4}$ ꝓcreabis $\frac{6}{12}$

De Minutiarum diuiſione Ca.vi. MAG

ſ Imiliter minutiarũ diuiſionẽ facile deprehendes ſi diuiſorem a dextris poſueris: tũc em̃ nominatorẽ diuidendi p denoĩatorẽ diuiſoris mltiplicabis & nũeratorẽ q̃ſitũ inuenies: ſic em̃ ſi denoĩator diuidẽdi p nũeratorẽ diuiſoris multiplicat⁹ fuerit denoĩatorẽ q̃ſitũ indicabit ut ſi diuiſeris $\frac{2}{3}$ per $\frac{3}{4}$ reperies $\frac{8}{9}$

De Extractione radicis quadratę in minutijs. Capitulum ſeptimum. MAG.

m Inutiarꝶ autẽ ꝓpoſitarũ ſi radicẽ quadratã extrahere volueris: eas (ſi eiuſdẽ nõ fuerint) ad eandẽ denominatorẽ reducas: & addas: & eius quod ꝓuenerit tam numeratoris q̃ denoĩatoris ut in integris radicem quęras quadratam: ita ut radix numeratoris inuenta ſit numerans: & radix denominatoris ſit denominans. ut ſi $\frac{2}{3}$ & $\frac{3}{4}$ & $\frac{1}{2}$ & $\frac{6}{8}$ radicem quadratam quęras oĩa ad eandẽ deno/ minationẽ & ſummã (ut dictũ eſt) addas: & in/ uenies * & ꝓ radice numeratoris 18. & ꝓ reſiduo. 16. ꝓ radice autẽ denominaioris. 13. & pro reſiduo. 23. reperies. ſic & in alijs ſimiliter faciendum eſt.

* $\frac{340}{192}$ nũer[ator] / deno[minator]

De Extractione radicis cubicę in minutijs Capitulum octauum. MAG.

ſ I vero radicem cubicam minutiarum querere libet ipſas (ſi eiuſdem non fuerint) ad eandem denominationem reducas Illo facto denominatorem cõmunem quadratę in ſe ipſum ducas: & productum rurſus per numeratorem multiplica & producti radicem cubicam in integris quęras. nam radix inuenta erit ra/ dix cubica numeratoris / denoĩatione priore non variata. ut ſi ☞

☞ $\frac{2}{3}$ $\frac{3}{4}$ $\frac{1}{2}$ & $\frac{6}{8}$ radicem cubicam quęras/eas ſecūdū dicta in unā ſummā reducas & proueniūt ☞ $\frac{240}{192}$ Deinde .192.denominatorē in ſe quadrate multiplica:& .36864.puenięt:quę rurſus p numeratorē ſcꝫ .240.multiplicata efficiūt.12513760.huiꝰ radicē cubicā/ ut in integris dictū eſt / ſi quæſiueris.232.pro radice cubica: &.26592.pro reſiduo inuenies. DIS. Hactenus ſingulas nu/ meri paſſiōes / queādmodū in integris ita & in minutijs vulgaribus ſatis lucide explanaſti:nūc demū quęſo pauca de his in minutijs quas ſupius phiſicas appellaſti in mediū feras. MAG. Quis tuis nō fa cile non acquieſceret petitionibus : q te (ut ego) feruentiſſimo vigilā tiq; animo cuncta accipientem videret? Ad minutias igitur phiſicas aures arrige. DIS. Faciam & q̄diligentiſſime.

Libri quarti Algorithmus de minutijs phiſicali/ bus Tractatus quartus. De numeratiōe mi/ nutiarū phiſicalium. Capi.primū. MAG.

m Inutiæ phiſicę uti in ſupioribꝰ diximꝰ: ſunt qbꝰ phiſici & na turales ſępius utunī: & p̄cipue aſtronomi curſus ſyderum & corporū ſuperiorū inueſtigantes. Ad huiuſcemodi em̄ certitu/ dinē neceſſariū fuerat integra ſcꝫ ſigna & gradus zodiaci/annū/mēſes dies & horas in partes ſecare. Nā ſignū in gradus.30.& gradꝰ in mi/ nuta.60,minutū in ſecunda ſexaginta.ſecundū in tertia .60. tertium in quarta.60.diuiditur.& ſic in infinitū p ſexagenariā procedendo di uiſionē calculationi tali valde cōmodaꝫ.locorū ꝟo diſtinctio earun/ dem ꝑtiū dabit diſcretionē,nā locus primus eſt ſignoꝶ;ſecūdus gra/ duū:tertius minutorū.quartus ſecundaruꝫ:quintus tertiarum &c,ut ſig.gra.m̄.2a.3a.4ta.5ta. Sic annus in mēſes.12.menſis in dies.30.
1 2 3 4 5 6 7 vel.31.dies in.24.horas partit̄ : & rurſus hora per ſexagenariā ꝑtitionē in ꝑtes ſuas:& rurſus illę in alias ꝓgre/ diūtur. ut hora in.60.m̄.minutū in.60.2a.ſecūdū in.60.tertia ut ſup̄ dictū eſt diuidit̄:& in his quoq; locorū diſtinctio ꝑtiū dabit denōinati onē. Eſt em̄ locus primus horaꝶ:ſecundus minutoꝶ : tertius ſecun darum.& cętera.ut hic hō.m̄.2a.3a.4ta.5ta.6ta.
1 2 3 4 5 6 7

De Additione minutiarum phiſicalium. Capitulum ſecundum. DIS.

f Acile quidē hęc intelligo :ſed de Additione earundē quid ſpe/ ciale habes? MAG. Nihil:nā in ipſis additio fit ut in ītegris illo tm̄ ſeruato:ut minutię eiuſdē denominatiōis addantur.ut minuta minutis:ſecūda ſecundis/& non ſecunda minutis. Incipien/

dumq̧ eſt a ſubtilioribus: ut puta a quartis procedẽdo ad tertias. depoſt ad ſecundas &c. & quotiens ex huiuſmodi additiõe .60. excreuerint/pro his unũ minutię ꝓximę groſſiori addas. ut ſi .60. excreuerint tertiæ: pro ipſis ponas ſecundum. ut Si enim in dato exẽplo quĩtas addideris: .60. excreſcũt: pro quibus quartis unū addas: quas ſi addideris .61. inuenies ꝓ .60. igit̃ quartis tertijs unū adde: & aliã unitatẽ in loco quartaꝝ retine. Sic ſimiliter tertias ſi addideris .69. reperies pro tertijs .69. igitur ſecundis .1. adde: & .9. in loco tertiaꝝ relinquas. & ſi bene operatus fueris/figuræ hoc ordine ſtabunt ☞

m̃.	ſcd̃a.	tertia	4ta.	5ta.
1	6	8	9	30
		q̃rta	11	10
		20	40	20.

m̃.	ſcd̃a.	tertia.	4ta.	5ta.
1	7	9	1	0

De Subtractione minutiarum phiſicaliũ: Capitulum tertium. MAG.

S Vbtractio in minutijs phiſicis ad inſtar ſubtractiõis in integris procedit: ſi hoc unũ animaduertas: ut ſcʒ a ſubtilioribus incipias & minuta a minutis/ſecunda a ſecundis/ tertia a tertijs/&c de alijs demas. Q̃ ſi numerus a quo debet fieri ſubtractio/ ſubtrahẽdo minor fuerit: a fractione ĩmediate groſſiori unũ mutuo accipias: & id in .60. ptes fractionis minoris/a qua ſcʒ debet fieri ſubtractio diuidas. Nec hoc te fallat: cũ in p̃cœptis aſtronomicis ſigna aut gradꝰ &c. ſubtrahere ab aliquo numero minori monitus fueris. ſiqdem ſi in ſignis operaris/una tota reuolutio (ſcʒ. 12. ſigna) mutuanda eſt. Si vero in gradibus / ſignũ unũ in triginta gradus reſoluendũ eſt. hoc ideʒ te facere neceſſe eſt ſi quod ſimile in fractionibus temporũ ſcilicet annorũ/menſiũ/dierũ/minutoꝝ contingat. Sed de his plura verba fũdere ſupuacuũ videt̃: cũ & canones tabularꝝ aſtronomicarꝝ hoc idẽ & clarius quãdoq̧ admoneant. ad multiplicationẽ ꝓperemus.

De multiplicatione minutiarum phiſicalium. Capitulum quartum. DIS.

Q Valiter minutię phiſicę ſunt multiplicandę? MAG. numeratorẽ in numeratoreʒ ducas. & quod prouenit ſunt minutiæ a numero: quẽ denominatores ſimul iuncti faciũt denominãdę. ut ſi multiplicaueris minuta p minuta ꝓueniũt duo: q̃niã numeratores ſcʒ minutũ & minutuʒ quaſi duę unitates ſimul coniunctę: duo faciũt a q̊ minutię ſecunda denominant̃. Sic ſi minuta p ſecunda mltiplicaueris: ꝓueniũt .3. & ſi ſecunda p tertia multiplicaueris: ꝓducunt̃ quinta & ſic de alijs. Si v̾o fractiones phiſicas per eorũ integra multiplicaueris/nõ integra ſed minutias procreabis. ut ſi minuta p gradus multiplicabis: non gradus/ſed minuta procreabis.

De Diuiſione minutiaꝝ phiſicaliũ. Ca. v. DIS.

d Iuiſionis minutiarũ phiſicalium ſi quid ſpeciale fuerit/ſilentio nõ pretereas. MAG. In diuiſione iſta hoc tantũ ſpeciale inuenio ꝙ ſcꝫ numerus quotiens/minutię nominãdus eſt a numero qui ꝓuenit poſt ſubtractiõem denominatiõis diuidẽtis a denominatiõe diuidẽdi: ut ſi.40.quartas p.10.ſecũdas diuiſeris in quotiẽte.4 ſecũdas habebis. nam ſi numerꝫ denominatiõis diuidẽtis ſcꝫ.10.quę nominant̃ ſecũdę a.2.a numero denomĩatiõis diuidẽdi (ſcꝫ.40.quę nominant̃ quartę) a.4.ſubtraxeris .2. reperies: a quibus minutię in quotiẽte ſcꝫ.4.ſecũdę ſunt nominatę. Si vero ęqualia in denominatiõe per ęqualia diuiſeris: in quotiente nõ minutię ſed integra utputa horę vel gradus ꝓueniunt. ut cũ minuta p minuta/ aut ſecũda p ſcd'a diuiſeris: horę (ſi horaꝝ fuerint) aut gradus (ſi graduũ fuerint) in q̃tiẽte ꝓuenient. Hoc tamẽ ne negligas: ſed minutias tã ſubtrahẽdi & eius a quo debet fieri ſubtractio: ꝙ multiplicãdi & m'tiplicantis: ꝙ etiã diuidendi ꝙ diuiſoꝝ (ſi diuerſarũ fuerint) ad eandem denominatiõem ante operationẽ reducas: nam ſic facilius id quod queris inuenies.

De Extractione radicis quadratę in minutijs phiſicis. Capitulnm ſextum. MAGISTER

n Ec radicum extractio in talibus minutijs ab ea quę dicta eſt de integris multum differre dinoſcitur: nam ſi radicem de his minutijs extrahere volueris: eas ad eandẽ denominationẽ/aut ſi eiuſdẽ fuerint/ſed ab impari denominatę numero/ad eandẽ denominationẽ a numero pari denominatas reducas. At illo facto queadmodum in integris procedas. Et radix inuenta ſunt minutię a minutia media verſus integra denominandę: a minutia a qua radix extracta eſt ſupputatione facta. ut ſi a.2.6.3.quartis radicẽ extraxeris.16.pro radice &.7.pro reſiduo inuenies iſta autem.16.a minutia media verſus integra ſunt denominandę ſcilicet a ſecunda ſecundę. ut.gra.m̃.2a.3a.4a. Sic pariformiter ſi a ſextis radicem extrahas: eam a tribus vel tertijs denominabis: nam hę a ſextis uſqꝫ ad integra reperiuntur mediæ.

De Extractione radicis cubicę in minutijs phiſicalibus. Capitulum ſeptimum. MAG.

n Ec aliter radix cubica in minutijs phiſicalibus quã in integris extrahenda eſt. ſed inuentam a tertia parte minutię propoſitę denominabis: quod ut præciſius fiat minutias quarum radicem cubicam quæris/ad eandem denominationem quæ in tres poſſit ęquales partes diuidi reducas. ut radix.27.minutorum eſt.3.nonorum: nam nouem de.27. tertia pars eſt. pari modo in cæteris faciendum. Hæc ſunt quæ de numero in praxi reducto & eius paſſionibus (non ut cõplementum totius habeas: ſed ne principia magis Cõcluſio

cõmunia ignores)tibi fili in medium ſtatuerã ferre:quatenus his con
tentus ad altiores ſecretiſſimaſq; nũeroꝝ poſthac ſpeculationes trãſcẽ
das. DIS.Fideliter fœciſti pręceptor colendiſſime:ſed tamẽ adhuc
unum ex promiſſis reſtat declarandũ:quod forſitan tibi abduxit ob/
liuio. MAG.Quod eſt tale? DIS.In.c.ſecũdo thetoricę ſpopõ/
deras præter hæc quę dicta ſunt quędam alia:& perpulchras artis cal
culatoriæ tradere regulas:quod(niſi tibi moleſtũ foret)te opere ad/
implere:& his finem arithmeticę tuę imponere velim. MAG.Fa/
ciam ut petis.ſcio equidem ꝙ nihil ex pollicitis obliuiõe aut negligen
tia tranſis.Primo autẽ Algorithmũ vulgi ꝑ lineas:& denarios pro/
iectiles pandam:ut nõ modo per figuras numerorũ(quas cifras vo
cant)verũetiã per denarios proiectiles quẽcunq; numerũ repręſenta/
re:addere:ſubtrahere multiplicare aut diuidere inſuper & numerũ ali
quẽ ignotũ ꝑ notos reperire poſſis.Quod quantũ & utilitatis & io/
cunditatis tibi allaturum ſit:in ſequentibus patebit. DIS.Eya er/
go ſermonem ad hæc quantocyus vertas.

Libri quarti Algorithmus cum denarijs proiectilibus:ſeu calcularis Tractatus quintus. Capitulum primũ. MAG.

De Numeratione

D repręſentationẽ numeri cũ denarijs ꝓiectilibus(quibus
a ꝓ cifris utimur)neceſſarię ſunt lineę cifrarũ repſentãtes loca
eandemq; cum ipſis ſignificationẽ habentia ut infra.

Spacia vero ſub lineis contenta reſpectu lineę ꝓximę ſuprapoſitę me
dietatẽ repręſentãt ut ψ In linea iſta denarius poſitus/ decẽ ſignifi/
cat:ſed is qui in ſpacio cõſiſtit/tm̃ quinq; repręſentat. Si igitur nume
rum aliquẽ ꝑ denarios proiectiles repręſentare volueris: tot denarios
ſcd̃m linearũ & ſpacioꝝ exigentiã ad numerum ꝓpoſitum repręſen/
tandum ponas: & cum.quinq; denarios in linea aliqua habueris:pro
ipſis/leuatis ſi placet in ſpacio proximę ſuperiori unũ ponas.Si ve/
ro in ſpacio aliquo duos denarios reperies/ipſis leuatis/unũ ad lineã
immediate ſuperiorẽ ponas.ut hic § Nec te fugiat ꝑ digiti applica/
tionem linearũ ſignificationẽ & augeri & minui poſſe.Ad quãcunq;



enim lineam digitus applicatur: eadem unũ tantam ſignificabit: nec tunc aliq̃ inferiorꝝ donec digitũ depoſueris aliqd rep̄ſentat. ut



3. repręſentant q̃ depoſito digito triginta important. Quod ut ſingula facilius ac modo breuiori fiant in multiplicatione & diuiſione huiuſcemodi digiti applicatione pſepe utendũ eſt.

De Additione Capitulum ſecundum. DIS.

a Dditionum (ni fallar ex dictis) eo modo fieri arbitror: ut ſcilicet numerus cui debet fieri additio per denarios ad lineas cõpetentes ponatur: & ſimili modo numerus addendus ei applicetur. MAG. Optime ſentis ſi itidem exemplo probare potueris. DIS. Sit cauſa exempli numerus cui debet fieri additio .259. ita locatus ϖ & numerus addendus .126. in hunc modum additus.

ϖ





De Subtractione. Capitulum. iij. MAG.

n Ec aliter ſubtractionẽ facies q̃ ut eum a quo debet fieri ſubtractio p lineas competentes ponas: & ab eodẽ numerũ ſubtrahendum ſubleuando tollas/ in inferiori inchoãdo. Si vero numerũ aliquem a ſuperiori proximo ſubleuare nõ poſſis: a linea proxime ſibi ſuprapoſita unũ auferas/ & illud in linea in qua ſubtractionẽ perficere non potuiſti in decem reſoluens ſubtractionem ꝓpoſitã perficies. Exemplũ ſi a ꝺ\ .41. auferre voluero: unum quidẽ a linea inferiori accipio & quattuor in linea ſecũda quęro nec iuenio. ob hoc unũ de linea tertia accipiens/ ipſum in linea inferiore in decẽ reſoluo quinq̧ ſcilicet ponendo ad eandem lineam: unum vero ad ſpacium ſurſum ut ſic π Illo facto de linea ſecunda tollantur, ſimiliter in ſimilibus faciendum eſt.

π



De Multiplicatione Capitulum. iiij. MAG.

ſ I vero aliquem numerũm multiplicare placuerit: ipſum ad lineas competentes ponas: numerum autẽ multiplicãtem mẽte retineas: & ꝓ quolibet de nũero multiplicãdo ſublato/ multiplicantẽ integrum reſpectu lineę in qua opereris in loco dextro aut ſiniſtro deponas: & idipſum uſq̧ oẽs multiplicãdi mltiplicati fuerint iterandũ eſt in ſupiore initiũ ſumẽdo. ut ſi cauſa exẽpli ω .26. per .4 multiplicare volueris .26. ut p̃miſſum eſt ad lineas ponant̃: atq̧ in linea ſecũda inchoantes: unũ demat̃: & ꝓ eodẽ in partẽ dextrã ad lineã eandẽ .4. apponant̃. ut ſic φ & ſimili modo de ſecundo faciendũ eſt. ut hic ψ Et in eadẽ linea digito retento/ eũ qui in ſpacio inferiori proximo reperit̃ accipiẽtes: ac ꝓ eodẽ (quia nõ integer ſed dimidius eſt) nũ integra .4. ſed medietatẽ eius ſc3 .2. in lineã eandẽ ponam⁹, ut X

φ



ψ



X

Deinde digitū deponamus & denariū in linea inſima poſitum acci/
pientes pro eo ad lineam eandem.4.addamus. ut hic *

De Diuiſione. Capitulum quintum. MAG.

d Iuidere autem numerū ſi volueris:ipſum ad lineas cōpetentes
locabis: numerū diuidentē mente retinendo. Quo facto ī ſu
periore incipito quoad poſſis diuiſorē ſubleuare:quotiens au
tem leuatus fuerit totiens unū verſus dextrā aut ſiniſtrā ad eandem
lineam deponendū eſt:& id ipſum ſemꝑ deſcendendo repetendo do
nec diuidentē amplius in diuidēdo reperire nō valebis. ut ſi ϖ 868.
ꝑ octo diuidere placuerit:digitū ad lineā ſupiorē ponamꝰ:& reſpectu
digiti octo ſemel leuemꝰ:ob id unū (ipſis ſublatis) verſus dextrā in eā
dē lineā ponamus in hūc modū π Dehinc digitū lineę ſecūdę appli
cantes;&.8.reſpectu digiti nō inueniētes/eorūdē medietatē ſc;.4. ſub
leuemus & unū ponamus in ſpaciū proximū infra digitum. ut ſic μ
His ita factis/digitus lineę inferiori applicet.& quotiens.8. reperiri
poſſint inquiratur:eadēq; ter & earundē medietatē reperiētes/ipſis ſub
latis in lineā eandē tres denarios & unū inferius in ſpacio ponamus.
ut ſic o Concludit ſi octo diuiderēt.868. quilibet.108.& medietatē
acciperet q̄d facile ꝓbare eſt ſi partē unius ꝑ. 8. multiplicauerimus.
De Progreſſione autē (quia in ꝓportione quadā conſiſtit) in minutijs
aut lineis facile videre nō eſt. q̄uis & illa practicari poſſit ab exercitatis
eam tn̄ ſilentio tranſeuntes ad regulas ꝓperemus artis calculatorię.

De Regula artis calculatoriæ generaliſſima. Capitulum ſextum. MAG.

a Rithmetici regulam quandā inuenere generaliſſimā ad quē/
cunq; ignotū per aliquos notos inueniendum numerū, quam
nonnulli ob id regulam aureā dixere;alij vero (ut Itali) eā de
tri per apocopam nominare ſolent.de tri quaſi de tribus numeris in
ea neceſſarijs: ut eſt numerus emptionis aut rei alterius. & numerus
precij aut quantitatis diſcretę.& tertius numerus per quem proponi/
tur quęſtio.ut.5.oua emi.3.denarijs: quanti emi.206. oua? DIS.
Poteſt ne id quod iam quęris per hanc a te tradendam regulam inue
niri? MAG. Poteſt utiq;. Sed ut eam perfectius intelligere valeas
& quę dicenda ſunt,conditiones nōnullas memorię reponas. Qua
rum prima. Quæſtio ſemper debet poni verſus dextrā. Secunda. Nu
merus primus & ſecundus debent correſpondere re & nomine. Ter/
tia Numerus quartus ꝑ regulam inuentus debet correſpondere ſecū
do nomine & re. Iſti autē quattuor numeri ultra hęc ſibi mutua cor/
reſpondent proportione,ut qualis eſt proportio primi ad ſecundum
talis eſt & tertij ad quartū: & ſic inſuper qualis eſt ꝓportio primi ad
tertium/talis eſt ſecūdi ad quartū. Quod facile ex his numeris eſt vi
dere.26.12.36.ob id & hæc regula a philoſophis proportionū eſt vo/

cat/ꝑ mediuȝ parallelograma circa eandeȝ diame
trũ conſiſtere dicũtur. ut ſit ſpaciũ parallelogrami a b c d.
cuius diameter ſit a d. quẽ diuidant duę lineę e f & g h du/
ctæ æque diſtãter lateribus oppoſiti dicti parallelogrami
ſecantes ſe ſuper diametrum in puncto k: & erit otũ hoc
ſpacium diuiſuȝ in quattuor rectangula: quoꝝ duo qu:
diameter ſecat/per medium: videlicet a h e k & k f g d cir
ca diametrum conſiſtunt: reliqua duo ſcilicet h b k f & e
k c g ſupplementa dicuntur: & ſunt ſemper ſibi inuicẽ ęq̃/
lia: quæ ambo ſumpta cum uno parallelogramorũ circa
diametrum conſiſtentium/conſtituunt gnomonem: cui
ſi addatur aliud parallelogramum circa eandem conſiſtẽs
diametrum/totum parallelogramum integratũ eſt. Vn
de patet dictum Ariſtotelis in prædicamentis. ubi dicit.
Parallelogramum addito gnomone ipm creſcit: ſed non







alteratur. Secundũ duobus quadratis aſſignatis tertiũ datũ
ęquale conſtituere facile eſt ꝓbabile: ſint em̃ quadrata duo
data a b c d & e f g h. ꝓtrahat̃ latus a c in directũ verſus l. do
nec c l ęquale ſit uni laterũ quadrati e f g h & a puncto l du
catur linea recta ad punctum d. Et fit triangulus rectangu
lus c d l. cuius latus d l oppoſitũ angulo recto c. ergo qua
dratum deſcriptum a latere d l ęquũ erit duobus quadra/
tis deſcriptis a lateribus c d & c l ꝑ nonum theorema de tri/
angulo. & rurſus ex linea d l circa quadratum a b c d deſcri
batur gnomo: qui erit quadrato e f g h ęqualis: quod ſic pa
tet. Nam totum quadratũ d l includit duo quadrata a b c d
& e f g h. ut ꝓbatum eſt. igitur dempto ab eo q̃drato a b c d
qui remanet gnomo ęquuꝫ eſt reliquo quadra
to e f g h. Tertium omnes ſupficies ęquediſtãti
um laterum ſuper unam baſim: atqꝫ in eiſdẽ al
terius lineis cõſtitutę ſunt ęquales, ut ſint linez
alternę ęquediſtantes a b & c d. Inter quas con
ſtituã duas ſupficies ęquediſtantium laterũ ſcꝫ
a f c e. & g c h e ſuper eandẽ baſim c e & erunt
ęquales. Quartum ſi parallelogramum & tri
angulus in eadem baſi & in eiſdem alternis line
is fuerint cõſtituta: parallelogramum triangu
lo duplum eſt, ut ſint alternę lineę ęquediſtan/
tes a b & c d, inter quas cõſtituat̃ parallelogra
mũ a e c f ſup baſim c f q̊d diuidat̃ in duo p dia
metrũ a f. ſit triangulus a c f ſup eadẽ baſi c f ad
quẽ parallelogramũ a e c f duplũ eſt: qa cõtinet
ip̃m & ei ęqualẽ ſcꝫ a e f & dictũ parallelogramũ
erit ſil'iter duplũ ad triãgulũ c b f in eadẽ baſi cõ
ſtituto: qa triangulus c b f ęq̃lis eſt triangulo a c f. ex theore
mate qnto de triangulo. Quintũ. ſi fuerit linea ĩ duas quã
taſcũqꝫ ptes diuiſa: q̃dratũ q̊d fit ex ductu totius lineę in al
terã ei⁹ partẽ: ęquale eſt quadratis q̃ ex ductu eiuſdẽ partis
in ſe ipſaꝫ: & alterius in alterã fit. ut ſit linea a b diuiſa in a c &
c b: erit quadratũ d a e b ꝯſtitutũ ex linea a b & a c ęquale q̃
drato cõſtituto ex a c q̊d eſt d f a c & quadrato f c e b q̊d fit
ex ductu lineę a c in c b. Quod facile claret in nũeris. ut ſit
tota linea a b, ut. 7. pars a c. 3. & pars c b, 4. erit quadratũ ex
b c & a c. 21. quia ter ſeptẽ ſunt. 21. & quadratum a c. 9. nã
ter tria ſunt nouem. & quadratum ex a c & c b. duodecim
eo ꝙ ter quattuor faciunt duodecim. Hęc autem duo qua
drata ſimul iuncta. 9. ſcꝫ & . 12. faciunt. 21. ęquale quadrato
priori. Et nõ ſolum hoc theorema in numeris; ſed & plu/







ra alia dēmōſtrari poſſunt q̃ breuitatis cauſa ſilentio trāſire
libuit. Sextum. Si fuerit linea in duas partes diuiſa: quadra
tum quod ex ductu toti⁹ in ſeipſum fit/ ęquum eſt his q̃ ex
ductu utriuſq; partis in ſeipſam & alterius in alterā bis fiunt
ut ſit linea a b. 8. diuiſa in c & habeat linea a c. 6. & linea. c b
2. erit quadratum ex tota linea a b. 64. & quadratū lineę a c
36. & quadratū c b. 4. & quadratū a c in c b. 12. & rurſus qua
dratum a c in c b. 12. q̃ ultima quattor ſimul iuncta: faciunt
64. quibus ęquatur quadratum primū: quod ſit f g a b. ex
quo cōcluditur ꝙ parallelograma duo totius ꝑ quę tranſit
diameter ſunt ambo quadrata. Valet hoc theorema pro in/
tellectu theorematis ſeptimi de triangulo.



De circulo theoremata. Ca. xix MAG.

E circulo hęc ponunť theoremata. Primum. Circu/
d culos quoꝝ diametri ęquales fuerint ęquales eſſe ne
ceſſe eſt. ut ſunt circuli a & b. Secundum. Circuli ꝓ/
poſiti facile eſt centrum reperire. DIS. Quo ingenio?
MAG. Iſto. Sit circulus datus a b c. cuius centrum quę/
ritur: duc in circulo ubi placuerit lineam a c. applicantem ex/
tremitates ſuas circumferentię ex utraq; parte: quam diuide
per duo ęqualia in puncto d. a quo duc lineam ꝑpendicula
rem ad lineā a c. cuius extremitates applicentur circumferē
tię ex utraq; parte: quā rurſus diuide ꝑ ęqualia in puncto f.
q & centrū circuli eſt quęſitū. Vel aliter ſic. In circumferētia
circuli dati ſigna tria puncta: cū quibus operare: ut in quar
to theoremate de puncto dictū eſt. Tertium. Circuloꝝ ſeſe/
cantiū cētra ſunt diuerſa: nec alter alteꝝ plus q̃ꝫ in
duobus locis ſecare pōt. ut patet in circulis a b c &
d e f quoꝝ primi cētrum eſt k. ſecundi eſt l. & in/
terſecant ſe in punctis m n. Quartū. Circulus in
trinſecus circulum cōtingens: non idem centrum
cum eo quē contingit neceſſario habebit. ut patet
in circulis a b c & d e f quoꝝ primi centrum eſt o:
ſecundi e. Quintum. Si circulus circulum con/
tingat: ſiue intrinſecus: ſiue extrinſecus in uno tan
tum loco cōtingere neceſſe eſt. patet primū in cir
culis iam proxime datis. ſecundum videbis in cir
culis a & b. qui ſe cōtingunt in puncto e. Circu/
lus autē circulum cōtingit quē tangendo nō inter
ſecat. Vnū vero circulum ſex ęquales poſſunt cō
tingere. & ſphere duodecim unā ęqualem cōtin/
gere poſſunt. Sextum. Angulus a linea recta &
circulo quē cōtingit cōtētus oīm acutoꝝ eſt acu/











tiſſimus. Is ṽo qui cõtinet̃ a diametro & circumferẽtia oĩm acutoꝝ eſt ampliſſimus. patet in circulo dicto. a. quẽ contingit linea e f. erit angulus o acutiſſimꝰ: & angulus p oĩm acutoꝝ maximꝰ. & quãto circulus maior fuerit/tãto angulus cõtingẽtię minor eſt. & quãto circulus minor fuerit/tãto angulus cõtingẽtię eſt maior. ſupplementũ huiꝰ eſt ſupra ĩ ultimo theoremate de angulo. DI. Quã lineã circulum cõtingere dicis? MA. Quę cũ circulũ cõtingit in utrãq; parte ęrecta circulum nõ ſecat. Septimum. Si intra circulum angulus ſupra centꝝ cõſiſtat. alius vero ſupra circumferentiã cõſiſtẽs eãdẽ baſim habeat: q ſupra centꝝ eſt ad reliquum duplus eſt. ut patet in angulis a b quoꝝ angulus a duplus eſt ad angulum b & habẽt baſim cõmunẽ. d e. Octauum. Angulus rectilineꝰ ſemicirculi ſup̱ arcum cõſiſtẽs rectus eſt: in portiõe ṽo ſemicirculo minore/maior: in portiõe autẽ maiore/recto minor eſt. ut patet de angulis a b c quoꝝ angulus a eſt rectus. angulus b recto minor & angelus c recto maior Nonum. Omnium duoꝝ circuloꝝ eſt ꝓportio uniꝰ ad alterum ſicut quadrati diametri uniꝰ ad quadratum diametri alterius ut patet in circulis a & b q ſunt in ꝓportione dupla.

Decimũ. Arcũ datum hoc pacto cõtingit p̱ ęq̃lia diuidere. ſit arcꝰ diuidendus a b c cuiꝰ chorda eſt b c pone pedẽ circini ĩmobilẽ in pũcto b. extẽde aliũ uſq; ad arcũ ſup̱ quẽ portionẽ deſcribas/arcũ datũ interſecantẽ q̊ facto: pone pedẽ circini ĩmobilẽ in c & aliã portionẽ dictã interſecantẽ deſcribas: & punctus interſectiõis erit; in q̊ arcus datus eſt p̱ ęqualia diuiſus. Vndecimũ. Omnis trianguli ęquilateri. q̊d a latere uno quadratum deſcribit̃: triplum eſt quadrato dimidij diametri circuli: a q̊ triangulus ipſe circumſcribit̃. ut ſit circulus a b c & triangulus inſcriptus ſil̄r a b c Dico ꝙ quadratũ lateris b c triplũ eſt ad quadratũ d e.

De figurarum inſcriptione theoremata. Capitulum. xx.

DIS.

Vm plura de angulis lineis aut ſup̱ficiebus dare poſſes theoremata? MA. Poſſem: ſed ea oĩa ponere nõ tã neceſſarium eſſet ad intẽtionẽ noſtrã ꝙ͂ laborioſum. Nam ea tm̃ tradere placuit quibus ad praxim ĩmediatius uti cõueniet: ad quã etiã figurarum inſcriptio deſeruiet. Ob id de ea quoq; theoremata quędã ponẽda ſunt. DIS. Attamẽ primum ędici

to:quę ſupficies alteri inſcribit? MAG.Quę late/
ra eius cui inſcribit uno quoq; angulorũ ſuorũ intrin
ſece contingit.Circũſcribit vero figura figurę cuius
latera:eius cui circumſcribit omnes angulos contin/
git. ut patet in triangulis a b c & d e f quorũ primus
circumſcribitur ſecundo & ſecundus inſcribit primo



DIS.Nunc ſi q̃ habes theoremata dicas? MA.
Primũ eſt tale.Intra datum triangulum põt circulus
inſcribi. DI.Quõ? MA.Illo ſit triangulus a b c
cuius latus a b diuidas in duo ęqualia in puncto e.a
q̊ ducas lineã rectã in angulum c. rurſus diuidas la/
tus a c in duo ęqualia in puncto f.a q̊ linea recta du/
cta in angulum b ſecabit lineã e c in puncto d q erit
centrũ circuli inſcribẽdi. Secundũ dato trigono or/
thogonio/hoc pacto cõtingit circulum circũſcribere
Sit trigonus a b c:cui9 angulus rectus a erit b c latus
lõgius q̊d diuidas ĩ duo ęqualia in puncto d q erit cẽ
trũ circuli circũſcribẽdi. Tertiũ dato trigono oxigo/
nio circulum circumſcribere poſſumus hoc modo.ſit

triangulus a b c.cuius latus a b diuidatur in pũcto e.
a quo ducatur linea recta in angulum c.Et rurſus di/
uidatur latus a c in puncto f.a quo ducta linea recta
in angulum b ſecabit lineã e c in puncto d qui eſt cen
trum circuli circumſcribendi:& erit quadratũ cuiuſli
bet lateris trigoni inſcripti triplum ad quadratũ dia/
metri dimidię circuli circumſcripti:quod facile ꝓba
tur ex theorematibus de trigono.Quartum dato tri

gono ampligonio circulũ circumſcribere poſſumus
hoc pacto ſit trigonus a b c cuius angulus a obtuſus
erit latus b c lõgius:q̊d diuidat in duo ęq̃lia in pũcto
h.ꝑ quẽ & angulũ a.ducat linea.a h f dupla aut mai
or lineę.a.h.Rurſus diuidat latus a.c.in duo ęq̃lia in
pũcto e.a q̊ ducat ꝑpẽdicularis donec interſecet lineã
a h f.in pũcto g q erit cẽtrũ circuli circũſcribẽdi.Quin



tũ dato circulo trigonũ orthogoniũ inſcribere erit dia
met circuli dati/latus lõgi9 angulo recto oppoſitũ &
medietas ſemicirculi angulus rectus.Dato ꝟo circu/
lo ſi trigonum ampligonium inſcribere placuerit: erit
chorda portiõis minoris latus angulo obtuſo oppoſi
tum:&medietas arcus angulus obtuſus. Si autẽ da/
to circulo trigon9 oxigoni9 inſcribẽdus fuerit:diuidat
circumferẽtia in tria ęq̃lia.& puncta diuiſionis erũt an
guli trigoni oxigonij:a q̃bus latera ſunt ducẽda.exẽ
pla patẽt in ſcd̃o tertio & q̃rto theorematibꝫ ꝑdictis





Sextū.non modo circulo trigōus ſed quadratus pōt in
ſcribi. DIS.quo ingenio? MAG.ſit circulus.a b c d
& centrū.e. ꝑ quod ducā duos diametros ſe orthogōa
liter interſecātes:quaꝝ extremitates erūt anguli q̄drati:a
quibus ꝓtractis lateribus ęmerget quadratū quęſitum.
Septimū.Intra datū quadratuꝫ cōtingit circulū inſcribe
re. DIS.Quo pacto? MAG.Sit quadratū.a b c d
diuidat̃ unūquodqꝫ latus in duo ęqualia in punctis .e.
f.g.h.a ꝗbus ducant̃ duę lineę interſecātes ſe orthogo/
naliter in.k.qui eſt centrū circuli q̄ſiti.Octauū:circa ꝓ/
poſitū circulū/quadratū dæſcribere.ut ſit circulus datus
a b c d.cuiꝰ centrū.e.ꝑ q̊d duco duos diametros inter/
ſecātes ſe orthogonaliter:a quarū extremitatibus duco li
neas orthogōaleꝫ ſeſe tangētes in punctis .f g h k.qua
dratū circa datū circulū cōſtituētes.Nonū.Circa datuꝫ
quadratū circulū deſcribere,ſit quadratū.a b c d.ꝓdu/
cā in eo duos diametros nterſecātes ſe in puncto .e.qui
erit centrū circuli circūſcripti. Decimū,Intra datuꝫ circu
luꝫ pentagonū ęqangulū deſcribere.ſit circulus cuius cē
truꝫ.f.diuidat̃ eius circūferentia in.5.ęqualia in pūctis
a b c d e.q̃ lineis cōiuncta pentagonū q̄ſituꝫ cōſtituunt.
Et ſi ab angulo.a.in anguluꝫ.c.& rurſus ab angulo.b.
in.e.rectā lineā duxeris:q̄libet haꝝ alterā diuidet ſecū/
duꝫ ꝓportionē habentē mediū & duo extrema.& ma/
ior portio lateri penthagoni ęqualis erit. Vndecimum
Circa circuluꝫ datū penthagonuꝫ æquianguluꝫ deſcribe
re.ſit circulus cuius centruꝫ.f.cuius circumferētia diui
datur in.5.equalia in punctis:a b c d e. tractis totideꝫ a
centro ad hęc puncta lineis:ſuꝑ quas ſingulas ꝓduco or
thogonales ſeſe in punctis:g h k l m:cōtingentes:atqꝫ
pentagonuꝫ q̄ſitum continētes. Duodecimuꝫ.Intra pē
tagonuꝫ datuꝫ circulum deſcribere.ſit pētagonus .a b c
d e.cuius latus.a b.diuidat̃ in.2.æqua in puncto.h.a q̊
ducat̃ linea recta in anguluꝫ.d.Rurſus
diuidat̃ latus b c in puncto.g.a q̊ duca
tur linea recta in punctuꝫ.e.hęc interſe/
cabit lineā.h d.in puncto.f.q eſt centꝝ
circuli inſcribēdi.Et eo ingenio alias q̄ſ/
cunqꝫ multiangulorum figuras circulo
& rurſus circuluꝫ ipſis/& inſuper figu/
ras angulares angularibus inſcribere/
aut circumſcribere liquide dinoſces.











GEOMETRIAE SPECVLATIVAE

Theoremata de Corpore. Cap. xxi. DIS.

Ane quidē ut ais figuras planas/planis inſcribere &
ſ circūſcribere ex dictis intelligo: figurarꝫ adiutus dæ/
ſcriptione: de corporibus vero an idē ſit iudiciū nec
ne/nōdum accepi. quapropter & corporū ſi q̄ habes theore
mata ſubiungas. MAG. Corporū theo remata varia & q
dem ꝑpulchra ſunt: at v̾o in plano (queādmodū ſuperfici/
es) deſcribi nō poſſunt. difficillimū eſt intellectū in mathe/
maticis minus bene uſitatum eiuſdē ſpeculatiōes poſſe pri
ma fronte apprehēdere. Tuis tamē ſemꝑ acquieſcens petici
onibus: de regularibus altē aliqua ponā theoremata. Pri/
mū. tantū regularia & non omnia loci ſunt repletiua. DIS
aſſentio minime. MAG. Quapropter? DIS. qa om/
ne corpus in loco eſt: & eū in quo eſt replet: & ab eo dē circū
ſcribit̃. MAG. verū quod argumētaris de repletione phi
ſica (de q̄ in naturalibus) non aūt de repletōe mathematica
circa quā hęc noſtra verſat̃ diſceptatio. DIS. Quid eſt
replere locū mathematice? MAG. Replere locuꝫ mathe/
matice dupliciter cōtingit: ſcꝫ ſecunduꝫ ſuperficiē & ſecundū
corpus. Replere autē locuꝫ ſꝫm ſuperficiē/ eſt totū ſpaciū cir/
cumſtans aliquē punctuꝫ in ſuperficie plana ſuꝑficiebus oc
cupare. tale autē ſpaciuꝫ cum quattuor rectos valeat angu
los (uti viſum eſt in ſecundo theoremate de angulo) ab his
tm̄ ſuꝑficiebus replet̃: quarꝫ aliqui anguli iuncti q̄ttuor re/
ctos valent. ut ſunt trigonus tetragonus & hexagonus. un
de ſex trianguli iſopleuri/ quattuor tetragoni & tres hexa/
goni locuꝫ replēt. ut patet in figuris. DIS. quid eſt reple/
re locū ſecūduꝫ corpus? MAG. eſt circa punctū in corpo
re conſtitutū/ totū ſpaciuꝫ undiquaqꝫ adimplere: ex q̊ claret
hoc corpus ſolū locū replere: q̊d ſꝫm angulū ſuuꝫ ſolidū ali/
quotiēs ſumptū circa punctū unū/ totū ſpaciuꝫ undiquaqꝫ
occupabit. ut eſt videre in cubis: quorꝫ octo angulariter iū
cti locū replēt corpaliter. DIS. Quid de alijs regularibꝰ
corporibus? MAG. Cętera corpora regularia locū non re
plent: pyramide dēpto: de q̊ nō parua inter mathematicę ꝓ
feſſores diſceptatio fuit: & adhuc ſub iudice lis eſt. Nā qdā
pyramides duodecim/alij viginti/nonnulli autē vgintiq̄t/
tuor locum replere demōſtrare conati ſunt. At v̾o q mathe/
maticę dogmata rimant̃ ſubtilius: aſtruere nitunt̃ pyramidē
regularē: q̊tienſcunqꝫ multiplicatū loci cōtinentiā localē nō
poſſe replere. De his tamē ad p̄ſens me (qa prima traditurus
ſum rudimenta) admonuiſſe magis q̄ꝫ demonſtraſſe ſuffici
at. ad reliqua tranſeamus.

r

Sex ysopleuri



Quattuor tetragoni



Tres exagoni



De inſcriptione mutua regulariũ corporũ: & de inſcriptione omnium regularium uni & eidẽ ſpheræ. Capitulum ultimum. MAG.

S Ecundũ de corporibus theorema eſt tale. Corpa re/
gularia a ſe inuiceꝫ & a ſphera ſunt circumſcriptibilia.
DIS. Quæ poſſunt inſcribi pyramidi? MAG.
Tantũ octohedron: & rurſus ipſi octohedron pyramis &
cubus poſſunt inſcribi. Cubo ỽo inſcribit̃ octohedron: ipſi
autẽ icohedrõ omnia p̃ter octohedrõ inſcribunt̃. Quod q/
dem facilius dep̃hendes ſi latera corporũ ex arte poteris fabri
care, hoc pacto. Sit diameter ſpherę cui inſcribenda ſunt cor
pora regularia a b q̃ diuidat̃ in duo ęqualia in.d. & rurſus
a b in tria ęqualia in c. itaq; a c ſit dupla ad c b. & poſito pe/
de circini in d lineet̃ ſemicirculus: cuius. a b. ſit diameter ſiue
chorda. Et ducãtur lineæ ꝑpendiculares a punctis d & c ad
circũferentiã q̃ ſunt d f & c e. ſcd̃m doctrinã quarti theore/

matis de linea. ꝓducat̃ linea recta ab a ad e q̃ erit la/
tus pyramidis. ſimiliter ducat̃ linea recta ab f. ad b.
q̃ erit latus octohedron: ſic quoq; linea recta ducta
ab e ad b erit latus cubi. q̃ ſi diuidat̃ ſecundũ ꝓporti/
onẽ habentẽ mediũ & duo extrema. ſcd̃m theorema
octauũ de linea: in pũcto p maior portio ſcꝫ. p b. erit
latus duodehedron. Rurſus diuidat̃ d b in duo ęqua
lia in m: a quo ꝓducatur linea ꝑpendicularis q̃ ſit m
n. & a puncto n ducat̃ linea recta ad b q̃ erit latus icohedron
ut patet in deſcriptiõe hic depicta. Horꝶ ỽo corporũ fabri/
catio exẽplari potius q̃ oculis ſubeſt q̃ intellectuali libuit de
monſtratiõe demõſtrare. quẽadmodũ iã vidiſti eadẽ ex pa
pyro cõiuncta. Tertiũ. Oĩm duarꝶ ſpherarꝶ eſt ꝓportio uni/
us ad alterã tanq̃ ſuę diametri ad diametrũ alterius ꝓportio
triplicata. Hoc claret in ſpheris a b & c d. Sperarꝶ igitur q̊
rũ diametrorꝶ ꝓportõ eſt dupla/ erit ꝓportõ octupla. Quar



tuꝫ. Oĩs columna ſiue ſit laterata ſiue rotũda/ tripla eſt ad ſu
am pyramidẽ. uñ ſi columna habet ęris libras .30. pyramis
ſua habebit tm̃ libras decẽ. Quintuꝫ. æqua corpora ſunt at
q; ſimilia/ quorꝶ terminales ſupficies numero ac quãtitate
ęquales ſunt atq; ſimiles. ut ſunt duo cubi bipedales. Sextũ
corpa ſimilia ſunt q̃ ſi'ibus ſupficiebus & nũero æq̃libus cõ
tinẽtur. uñ q̊rumcunq; copm rotundorꝶ q̊rꝶ axes ſuarꝶ baſi
um diametris ſunt ꝓportionales: ſunt ſimilia. ut axes pyra/
midis a dupla eſt ad diametrꝶ ſuę baſis e. Sil'r axis pyrami/
dis b dupla eſt ad diametrꝶ ſuę baſis f, igit̃ pyramis a ſimilis
eſt pyramidi b.



Libri Sexti in praxim Geometriæ Tractatus ſecũdus. Cap. primũ. DIS.

X dictis nondu3 intelligo quonã pacto aut ingenio terrã ſpaciũue terræ metiri poſſim: q̊d tamen geometrię nomen viſum eſt inſinuare. MAG. Verum dicis. nam tibi in prioribus geometriæ generaliora principia paucaſq; eiuſdem theorias propoſui. Iam ṽo quia te vigilãtiſſimũ eiuſq; percupidum ſentio: de metiendi modo pauca ſubiungere ænitar. In primis autem quid menſura /& quæ eius partes præmittam.

De menſura & partibus eius. Cap. ij. DIS.

Vid eſt menſura? MAG. Eſt cõpluriũ & inter ſe ęqualiũ interuallorꝝ longitudo finita. DIS. Partes menſurę quæ ſunt? MAG. hæ. miliariũ. ſtadium. actus. pes. ſemipes. palmus ſeu paleſta. ſpithame. dichas. digitus. uncia. Antiquiores nanq; orbẽ in ptes/partes in ꝓuincias/prouincias in regiones/regiones in loca/& loca in territoria/territoria in agros/agros in centurias/centurias in iugera/iugera in climata/climata in actus/actus in perticas &c. diuiſerunt. Vias vero latini per miliaria: Græci ꝑ ſtadia: Galli per leucas: Aegyptij per ſignes: Perſi per aſangas metiebant. DIS. Miliariũ quid eſt? MAG Spacium continens in longũ quinq; milia pedum: quę faciunt mille paſſus: a quibus miliarium dicit. DIS. Stadium quantũ continet? MAG. Octauam ptem miliarij. ſc3 pedes. 625. qui faciunt paſſus 125. Leuca vero finitur paſſibus mille quingentis.

DI. Actus quantũ habet? MA. actus triplex eſt ſcilicet Minimus: & cõtinet in latitudine pedes. 4. in lõgitudine ṽo. 120. Actus duplicatus: & cõtinet in lõgitudine. 240. in latitudine vero octo. Nõnulli vero actum duplicatum iugerum facere/quod in longitudine. 240. in latitu/dine vero. 120. dicunt continere. Hæc iugeri in climata req̃rit diuiſio. continet em̃ clima (ut aiũt) ex omni pte pedes. 60 itaq; ex uno iugero octo fiunt climata. DIS. Pertica quantum continet? MAG. Pertica id eſt radius/virga eſt ob/longa decem continens pedes: a quibus decempe/da dicta eſt. Pertica vero dicitur quaſi portica: a portando. DIS. Paſſus quantum habet? MAG. Paſſus ſimplex habet pedes duos & dimidium: Sed paſſus duplex habet pedes. 5. Gradus pedes duos.









Cubitus pedē unū & dimidium vel habet pedes duos. Cubitus vero magnus habet.9.pedes. Talibus cubitis intelligunt nõnulli menſuratam archam Noe. Pes vero.4.habet palmos. Semipes duos cõtinet palmos Eſt autē pes triplex ſc; porrectus cõtractus & q̃dratus Porrectus eſt pedalis menſura in longum ꝓtenſa. Contractus eſt pedalis menſura in longum & latū cõſiderata. Quadratus vero eſt menſura pedalis in longum latū & profundum extenſa. Spithames autē habet palmos tres. Dichas vero habet palmos duos. DIS. Palmus quantū habet? MAG. Digitos quattuor. palmus autē maior quē proprie geometricū vocant/cõtinet longitudinē quę eſt a radice indicis uſq; ad medium unguis eiuſdem digiti. Vncia autē digitos tres habet. DIS. Digitus autē quantum continet? MAG. Quattuor hordei grana per latū diſpoſita. Poſuerunt autē antiquiores nõ modo hęc quæ dixi integra verum & harū minutias. ut poſt digitū ſtaterem: quadrantem dragmā/ſcrupulum/obulum/ſemiobulum/ſiliquam punctum minutū & momentū. Et has minutias varijs conſignabant characteribus. His breuitatis cauſa (quoniam parum aut nihil ad rem faciunt) obmiſſis menſuras dictas ad praxim applicabimus.

De tribꝰ modis mēſurādi in gn̄e. Ca.iij. MA.

o Mnis geometricę cõſiderationis quātitas eſt linea ſuperficies aut corpꝰ: ob id quarūcūq; rerū metiēdarū quātitatis menſurā in ratione lineę: ſupficiei aut corporis indagabimus. mēſurā autē quę ſcd̄m lineā fit: eā ipſa; voco q̄ in longū latū & ꝓfundū metit̄: de qua ea geometrię pars eſt: quā altimetrā vocant: q̄ in ſurſum & deorſum & illa alt quā planimetrā dicunt: quę in ante & retro/dextrorſum & ſiniſtrorſum menſurat. quę autē ſcd̄m ſupficiē fit mēſura illa eſt: qua nõ ſupficierū longitudo & latitudo (qm̄ hęc p p̄cedētem dephendit̄) ſed quāta totius ſupficiei ſit area lineis ſuis clauſa inquirit̄. Menſurā v̄o quā ſcd̄m corpus fieri diximꝰ hāc intelligas: q̄ cuiuſq; corpis ſoliditas ſiue craſſitudo dep̄hendit̄. De his p ordinē dicturꝰ: de menſura lineali exordiar.

(margin: alt pla tra.)

De menſuratione linearum. Ca.iiij. DIS.

l Inearū menſuratio quo fit ingenio? MA. Etſi linearū quātitates p dictas in ſcd̄o capitulo menſuras dep̄hendere poſſis: eas tn̄ nõ ad q̄ſcūq; res applicare facile eſt: ob id inſtrumentū aliud multo certius ex ea Euclidis ꝓpoſitione fabricabimus. Omniū duorꝫ triangulorꝫ quo/

GEOMETRIAE PRACTICAE

rum anguli uni⁹ angulis alterius ſunt ęq̃les: latera æq̊s angulos reſpiciẽtia ſũt ꝓportionabilia. Fiat igit̃ q̃dratũ rectangulũ ſcꝫ. a b c d. ſup angulos a b duas pone pinnulas ꝑforatas: ut p ipſas terminũ rei menſurandæ poſſis cõſpicere. Fac & regulã in quãtitate diametri ꝑdicti quadrati aut longiorem quę vocet̃ d e. ipſamq; in puncto d clauo ſubtili q̃drato infigas: ſup hanc etiã pinnulas duas ꝑforatas pone: q̃ ſint f e ſtabunt autẽ dictę pinnulę in eadẽ linea: ſimiliter & pinnulę q̃drati. & paratuꝫ eſt inſtrumentũ in forma iſta: cui ſi limbũ q̃drãtis in. 90. gradus diuiſuꝫ inſcripſeris: generale erit inſtrumẽtum fere ad omnia ea q̃ vł p quadrantẽ vł aſtrolabiũ inueſtigari poſſunt utiliſſimũ & cõmodiſſimũ, ratiõe triangulorum q̊s regula facit cũ lateribus quadrati: latera q̃drati in gradus vel alias ꝑtes ad placituꝫ utẽtis diuidi poſſunt. Si p hoc inſtrumentũ lineę cuiuſcunq; quantitatẽ ingrere volueris: angulũ a ad lineę principiũ ponas: p cuius foramen & b lineę terminũ conſpicias. & in hoc ſitu inſtrumentũ tuum figas. de hinc p pinnulas regulę ſcꝫ f e eundẽ lineę terminũ ꝑſpicias, ipſaꝫ regulã ſurſum aut deorſum voluendo, donec terminũ lineę priorẽ videre poſſis: & punctũ interſectiõis lineę regulę & lateris c b animaduertas q̃ vocet̃ g. tunc eñ habebis triangulos duos ſcꝫ d a b (& intelligo hic b in termino lineę cõſpiciendę) & d c g. quorum anguli unius angulis alterius ſunt ęquales. ut oculis licet videre. Erunt igitur latera æquos anguloꝫ reſpicientia: videlicet c g & a b proportionabilia. Sicut eñ ſe habet c g ad totum a b ſiue c d ita ſe habet a b (ut b ſtat in termino rei viſę) ad a d. Quotiens igit̃ tota c b vel c d continet c g totiens a b cõtinet a d. ex primo theoremate de ſuꝑficiebus: & ultimo de





BACVLVS IACOB

triangulis. Per hoc igit̃ inſtrumentũ altitudinem turris: p
funditatem putei aut vallis: longitudinẽ aut latitudinem cã
pi: & inſuper omnem lineam recta; potes metiri. Inſuper al
titudinem & latitudinem turris/valuæ aut feneſtræ alterius
ue rei alio inueſtigare ſi placet valebis ingenio. DIS. qua
li? MAG. Baculo quem Iacob dicunt. DIS. Qua/
lis is eſt baculus? MAG. Accipiat̃ baculus cuiuſuis lon/ Baculus
gitudinis: quem in partes ęquales diuidas: circa ſectiones ri Iacob.
mas aut foramina fabrices. dehinc baculum paruũ menſu
ræ unius partis diuiſionis prædictę facias: & paratus eſt ba
culus. Per quem ſi altitudinem rei conſiderare placuerit: po
ne baculum paruũ in foramen unius diuiſionis ut placue/
rit. & baculum verte: ut ſcilicet extremitates baculi parui im
poſiti ſurſum & deorſum tendant. quo facto: accedas aut re
cedas/donec per has extremitates rei conſpiciendæ ſuperi/
orem & inferiorem terminos videas. & ſigna locum ſtatio/
nis tuæ. Dehinc baculum paruũ de foramine priore extra/
has & in proximum retro (ſi accedere volueris) aut ante (ſi
retrocedere intendas) pone: & iterum accedendo & retroce/
dendo per extremitates baculi parui/terminos rei viſę con
ſpicias. locumq; ſtationis illius ſignes. quantũ em̃ eſt inter
iſtam & priorẽ ſtationẽ/tanta eſt altitudo rei viſæ. Sic ſimili
modo latitudinẽ inueſtigabis/ſi baculũ ita vertas ut extre/
mitates baculi parui dextrorſum & ſiniſtrorſu; ptendantur.
Sunt & plura alia ingenia & inſtrumẽta p q̃ ea q̃ dicta ſunt
inueſtigant̃. de quibus breuitatis tantum cauſa ſuperſeden
dum eſt. ſtilum ad alia vertamus.

De menſuratione circũferẽtię circuli: inſup & eiuſdem diametri. Capitulũ quintũ.

DIS
POſſum ne p inſtrumẽta dicta circuli periferiã metiri?
MAG. Nõ: ſed tm̃ lineã rectã. DIS. Quo igit̃ in
genio ipſa venit metienda? MAG. tali. Diameter
circuli cuius periferię quantitatẽ ſi ſcire placuerit: triple
tur & triplato addat̃ ſeptima ps diametri: & circũferẽ
tię ęmerget longitudo. cõtinet em̃ circũferentia diame
trũ ter & ſeptimã eius partẽ. hinc eſt q ſi circũferẽtię vi
ceſimã ſecundã partẽ abſtuleris: remanẽtis tertia ps di
ametrũ indicabit. exm̃ ſit diameter pedũ. 14. triplet̃: &
erũt. 42. his addat̃ ps ſeptima diametri: ſc; . 2. & erunt
44. circũferentię quãtitas. a qua ſi rurſus viceſimã ſe/
cundã ptem ſc; . 2. abſtuleris: relinquũtur. 42. quarum
ps tertia ſc; . 14. diameter erit. & hæc de primo: ſc; line
arum menſuratione ſufficiant.



De menſuratione ſupficierꝫ.& primo circularis & ſemicircularis. Ca.vi. DIS.

m Enſurā linearꝫ ītellexi ſane:ad ſupficies nūc ſtilum verte queſo. MA.Faciā ac lubens:& de circulo omniū ſupficierū prima & regulariſſima exordiū ſumamus.Cuius ſi areā embadū ſiue podiſmū/q̄ oīa in ꝓpoſito idē ſignificāt ſcꝫ cōtinentiam ſcire volueris:multiplica medietatē circumferentiæ in medietatē diametri & ꝓductū dabit areā.ut gratia exempli.ſit circulus cuiꝰ circūferētia.44.& diameter.14.erit area.154.aut ducatᷣ diameter in ſe ꝓductū multiplicetᷣ ꝑ.11.ꝓducti decimaquarta pars erit area: patet igitur ſi diameter uniꝰ circuli ad diametrꝫ alteriꝰ dupla fuerit:erit area q̄drupla ut hic * DI. Sed ſemicirculi area q̄liter dep̄hēditᷣ? MA.talitᷣ.Multiplicetᷣ baſis ꝑ ſemidiametrꝫ:ꝓductū rurſus ꝑ.11.ducatᷣ:ꝓducti decimaq̄rta pars areā dabit.ut ſit ſemicirculus cuiꝰ baſis.28 ſemidiameter.14.erit area.308. q̊d facile ꝓbabitᷣ ſi area totiꝰ circl'i ꝑ modū dictū q̄ratᷣ.de hoc ſatis ad reliq̄ ꝓpero

*



De inuentione areę triangulorum: primo de iſopleuro. Ca.vij. DIS.

d E triangulo igitᷣ nūc dicas: quē in ſupioribus inter ſupficies ſcd̄m locum obtinere volebas. MA.Ita factitare inſtituti:& tn̄ oīa ſimul dicere nō licet. In primis de iſopleuro: ſcd̄o de iſochele:& demū ordine tertio de ſcaleno dicere ꝓpono. DIS. Iſopleuri igitur q̊ pacto īueniēda eſt area? MA.Illo qm̄ ęq̄ habet latera mľtiplicetᷣ latꝰ unū ꝑ aliud & ꝓducto tertiū latus addatᷣ:& eiꝰ q̊d ꝓuenit medietas areā oſtēdit.ut ſit iſopleurꝰ cuiꝰ q̊dlibet latꝰ.28.habeat:erit area.406.ꝑ quā ſi latera cognoſcere placuerit ipſā ꝑ.8.mľtiplica:ꝓducto unitatē adde/totiꝰ latꝰ accipe a q̊.1.deme:remanētis medietas q̄ſitū oſtēdit.



De iſochele & eius area. Ca.viij. MA.

ſ I vero iſochelis areā inquirere volueris: Primo cathecū eius tali ingenio q̄ras.multiplica baſis medietatē in ſe:& ſerua rurſus multiplica unū latus in ſe ſiue in aliud(qm̄ ęq̄lia ſunt)& a ꝓducto id q̊d priꝰ ſeruandū tradidi ſubtrahas remanētis latus q̄dratū cathecū dat:q ſi ꝑ baſis medietatē multiplicatus fuerit/areā iſochel' oſtendit.ut ſit iſocheles cuius baſis ſit.14. q̊dlibet

Iſochele


latus .25. erit cathecus .24. & area .168.

De ſcaleno & eius ſpeciebus. Ca.ix. DIS.

Caleni area qua via dephendit᷑. MA. Scalenꝰ tres
ſ habet ſpecies: ut ex dictis liq̄t. Sed harũ areȩ nõ una via ſunt inueſtigãdȩ. aliter em̃ ampligonij & oxigonij q̄ꝫ orthogonij area q̄ritur. DI. Qualit᷑ ingrẽda eſt area ampligonij? MA. taliter. multiplicet᷑ baſis medietas ꝑ cathecũ & ꝓductũ dabit areã. Ad inueniẽdũ aũt cathecũ oporter prius p̃ciſurã vel eiecturã minorẽ eo q̊ ſeq̄tur mõ inuenire Multtplicetur minus latꝰ in ſe: & ſil'r baſis in ſe ducatur: & ſũmȩ ꝓductȩ addãtur ſimul. Rurſus multiplicetur latꝰ mediũ inter maius & minus in ſe/ & ꝓductũ a ſumma dicta abſtrahatur: remanẽtis medietas accipiatur: a q̃ pars una ſcd̃m baſis denoĩationẽ ablata eiecturã ſiue p̃ciſurã oñdet. hoc eſt inuẽta medietas ꝑ baſim diuidat᷑ & nũerꝰ q̊tiẽs eiecturã oñdet Qua habita cathecũ ſic q̃ras. multiplicet᷑ minus ꝑ ſe ut prius: & a ꝓducto id q̊d ex ductu p̃ciſurȩ in ſe euenit: auferatur remanẽtis latus q̃dratũ cathecus eſt. Examplũ de ampligonio. ſit ampligonius cuius minus latus ſit. 15. mediũ latus ſit. 20. baſis ſit. 25. erit p̃ciſura. 9. & cathecus. 12. & area. 150 In oxigonio multiplicet᷑ minus latꝰ in ſe & baſis in ſe & a ſũma amboꝝ ſubtrahatur ꝓductũ ex multiplicatiõe maioris lateris in ſe: reliqua ut in ampligonio. Exemplũ ſumas de oxigonio tale. ſit oxigonius cuius latus minus ſit. 13. mediũ latus. 15. baſis ỽo. 14. erit p̃ciſura. 5. cathecꝰ. 12. area ỽo. 84.

Ampligonis



oxigonius



De orthogonio & eius area. Ca.x. MAG.

Rthogonij ỽo areã ſi inueſtigare libuerit: videatur ca
o thecus: qui ſi fuerit par: medietas eius in ſe ducatur & ꝓducto ſi unũ addas: habebis hipotenuſam. ſi ỽo unũ a ꝓducto auferas baſim cõſtitues: medietas vero baſis ꝑ cathecũ ducta: areã pãdit. Exemplũ ſit orthogonius cuiꝰ cathecus ſit. 8. erit hipotenuſa. 17. baſis. 15. area ỽo. 64. Si autẽ cathecus impar fuerit totus in ſe ducat᷑: a ꝓducto ſi unũ auferas reſidui medietas fit baſis. Si unũ ꝓducto addas ex reſidui medietate hipotenuſa ꝓdiet: idẽ fit ſi baſi unitatẽ addes rurſuſq̄ꝫ baſis medietas ꝑ cathecũ ducta areã oſtendet Exemplum huius eſt tale: ſit orthogonius cuius cathetus ſit 3. hipotenuſa erit. 5. baſis. 4. & area. 6. DIS. Si ſane intelligo baſis hipotenuſa: & area ꝑ cathecum inueniũtur. Pono q̄ꝫ cathecus ignotus ſit per q̊d mediũ reperitur? MA. Per tale multiplicetur hipotenuſa in ſe; & a producto id quod ex ductu baſis in ſe proueniet ſubtrahe; & remanentis latus

Orthogonis



quadratum cathecus erit.

De podiſmo diametri circuli orthogonio inſcripti. Capitulum.xi. MAG.



c Ontingit nõnunq̃ orthogonio circulũ oĩa eius latera tangentẽ inſcribi: cuius ſi diametrũ/p̃ter ea q̃ in ſuperioribus de circulo dicta ſunt: podiſmare volueris: cathecum baſi adiungas: a producto hipotenuſam ſubtrahas: & quod remanet diametrꝝ circuli manifeſtat. DIS. Exemplũ huius ſubijcias. MAG. Sit orthogonius cuius cathecus ſit.8.baſis.15.hipotenuſa.17.diameter erit.6.

De quadrangulis ſuperficiebus: & primo de tetragono ęquilatero. Ca.xij. DIS.



t Rigonorꝝ podiſmalẽ ſpeculationẽ (ni fallar) ſane intellexi: nunc de tetragonis metiendis ſi qd habes in mediũ feras. MA. Tetragonorꝝ primus eſt eqlaterus: cuius ſi areã habere volueris latitudinẽ p longitudinẽ ducas: & productũ areã dat. DIS. Exemplũ da. MA. Sit tetragonus cuius q̊dlibet latus pedes.8.habeat area.64 cõtinebit. Diametrũ autẽ eius ſi habere volueris: multiplica unum latus in ſe: & ꝑductum dupla/duplati radix quadrata erit diameter. Erit itaq̧ diameter dicti quadrati pedũ.11.minutorꝝ.20.fere. In omni nãq̧ ꝑatione cũ radix ſurda ſit: ita ꝙ in integris p̃ciſe haberi nõ poſſit: reſiduũ in minutijs phiſicalibus quęrendum eſt. Inſenſibilis autem differentię exceſſus tandem negligi poſſunt.

De quadrato circulo ęquali. Ca.xiij. MAG

ſ Icut autẽ circuli q̃draturã in ſupioribus dæmonſtratione intellectuali ex phõrꝝ dictis oſtẽdi: ſic & ipſã in praxi p̃ſenti manifeſtare eſſet poſſibile. DI. Quõ? MAG. Si areę circuli dati radicẽ accipias: latus quadrati circuli ęquale reperies quod facile probabit̃. nã area quadrati illius areę circuli ęquale erit. ut ſit circulus cuius diameter.7. erit radix areę.6.pedum minuta.12.ſecũda.17.tertia.25.&c.



Sic cõſimiliter circulũ quadrato ęqualẽ poteris fabricare. Multiplicetur latus quadrati p ſe ꝑductũ rurſus multiplicet̃ p.14.ꝑductũ illius dimidiatũ per.11.denomiationis: radix erit diameter circuli ęqualis quadrato p̃dicto. Sic modo cõſimili exceſſum quadrati ſupra circulum ſibi inſcriptũ ſi ſcire placuerit/areã circuli ab area quadrati inſcribentis ſubtrahe: & quod relinquit̃ exceſſus erit. Sic & exceſſum circuli quadratũ inſcribẽtis repe

ries ſi ab area circuli quattuor quattuordecimę ſubtrahant residuum erit area/quadrati circulo inſcripti.

De tetragono altera parte longiore Capitulum decimumquartum. MAG.



Etragoni altera parte longioris & rectanguli quod etiam parallelogramū ractāgulum dicitur embadū habere ſi placuerit/latitudinem in longitudinem ducas & ꝑductū embadum oſtēdet. DIS. Exemplū huius apponas. MAG. Sit tetragonus cuius latitudo ſit.4. Lōgitudo vero.8. embadū erit.32. DIS. Diameter illius quali ratione dep̄henditur. MAG. tali. Multiplica longitudinē per ſe & ſimiliter longitudinē in ſe ducas: ſūmas ambas addas. & totius ꝑducti latus quadratū aream dabit. ut ſit tetragonus cuius latitudo.60. longitudo.80. erit diameter.100.



De Rombo Capitulum.xv. DIS.

Ombi vero area quali modo deprehenditur? MA. tali. quo ſequitur medietatem diametri unius per totam aliam diametrum multiplica: & quod prouenit area eſt. ut ſit Rombus cuius q̊dlibet latus habeat pedes.10. diameter longior.16. diameter breuior.12. eritq; area.96.

Rombus

De Romboide Capitulum.xvi. MAG.

Odiſmū vero Romboidis ſi placet inueſtigare diuide romboidem in duos triangulos per lineam diagonalem: horum areas quære per ſupradicta de triangulis: quæ iunctę oſtendunt aream romboidis: ut in exemplo hic adſcripto.

De trapezijs. Capitulum.xvij. MAG.

Eliquorum quadrangulorum quos in ſuperioribus trapezia id eſt menſulas nominauimus aream ita reperies: verticem baſi iungas producti medietatem ſumas: hanc per cathecum multiplica: & productum dabit aream. DIS. Exemplum addas. MAG. Sit trapeſium cuius vertex.15. baſis.45. cathecus.30 erit area.900. Et hæc de quadrangulis dicta ſint. reſtat ut de pētagonijs cęteriſq; poligonijs diſſeramus.



De pentagoni area. Capi.xviij. DIS.

Entagonus qua ratione metitur. MAG. Pentagoni ęquilateri aream ſi habere cupis/ multiplica unum latus in ſe & productum triplica a triplato unū lat⁹ detrahe. remanētis medietas pādit areā quęſitā. DIS. Hoc ꝑ exemplū ꝓba.



MA.Sit pẽtagonus cuius q̃dlibet ſit latus.7.erit area.70.

De Hexagono.Capitulum.xix. DIS.

Exagoni autẽ areã tali inueſtigabis via.Nam ſi hex
h agonus ęquilaterus ſit/ unum latus in ſe multiplica
ꝓductũ quadruplica: a quadruplato unũ latus hexa
goni bis ſubtrahe:remanentis medietas oſtendit quæſitum
DIS.Huius exemplum adde. MAG. Sit hexagonus
cuius omne latus ſit octo:erit area.120.

De Heptagono.Capitulum.xx. MAG



Eptagoni vero ſummam areæ ſi inquiris:latus unũ
h in ſe multiplica: productum quintupla : a producto
unum latus ter ſubtrahe : remanentis medietas da/
bit aream. DIS.Exemplum adijcias. MAG. Sit hepta
gonus cuius quodlibet latus ſit.6.erit area.81.

De Octogono.Capitulum.xxi. MAG



Ctogoni autem areã facile dep̃hendes: ſi latus unuȝ
o in ſe duxeris:productumq; per.6.multiplicaueris:&
ab illo ꝓducto unũ latus quater abſtuleris. nã in re/
manẽtis medietate areã videbis.Cuius exemplũ ſumas ta/
le:ſit octogonus cuius q̃dlibet latus ſit octo erit area.176.

De Ennagono.Capitulum.xxij. MAG

Onſimiliter quoq; & nonagoni aream reperies:ſi la
c tus unum in ſe produxeris productumq; per.7.mul
tiplicaueris:a ꝓducto huius latus unũ quinq̃s ſub/
traxeris : tunc enim remanentis medietas areã pandit quæ
ſitam. DIS.Huius exemplum ſubijcias. MAG.Sit no
nagonus cuius quodlibet latus ſit.6.erit area.111.

De Decagono.Capitulum.xxiij. MAG



Ic & decagoni pariformi via areaȝ reperies: ſi latus
s unũ p ſe multiplicabis:ꝓductũ p.8. duxeris:a ꝓdu/
cto illo latus unũ ſexies ſubtraxeris/remanẽtis medi
etas q̃ſitũ pandit. DIS.& huius exẽ ponas. MAG.ſit
decagõus cuius latera ſingula.10.ſint inſignita erit area.370.

De reliquis poligonijs.Cap.xxiiij. MAG.

Dem de cęteris poligonijs ſi fęceris/ abſq; errore ſin
i gulorum areas inueſtigabis:hac ſeruata lege/ut nu/
meroꝝ ordinem naturalem cuſtodias in multiplican
da unius lateris ſumma & in hac quę excreſcit augmẽtanda
laterali q̃q; ſubducenda:cum em̃ hec fœceris/ſemp remanẽ
tis medietas areã dabit. DIS.Quis eſt is ordo naturalis?
MA.ut ſi in pẽtagono ſum̃a uniꝰ lateris in ſe ducti p ternariũ

aucta eſt ſic in hexagono ꝑ quatemariũ: in heptagono per quinariũ &c. Sic ſequens ꝑ ſenariũ reliqua per ſeptenarium augenda eſt. pariformiter & ſequentiũ poligonioꝝ ꝑ ſequẽtes augẽdę ſunt numeros. Sic & in lateris ſubtractione ſi in pentagono latus ſemel ſubducitur in hexagono bis ita in ſequentibus in numero aſcendendum eſt ordine naturali.

DIS. Capio ſane.

De podiſmo ſpherice ſuꝑficiei. Ca. xxv. MAG.

d E ſuꝑficierũ planarũ ac rectaꝝ podiſmis ſatis dictũ ſit: ad curuas tranſeam⁹. Et primũ de area ſpherice ſuperficiei/quã quidã circuli mauriturã nominãt exordiamur. DIS: Qua via deꝑhendi põt? MA: Tali accipias circulum æqualis diametri cũ ſphera cuius ſuꝑficiẽ podiſmare volum⁹. hui⁹ circuli diametrũ in eiuſdẽ periferiã ducas: & q̊d ꝓducit̃ erit area ſuꝑficiei ſpherę q̃ſitæ ſiue circuli mauritura q̃ ſemper quadruplex eſt ad areã circuli. ut ſit circulus cui⁹ diameter ſit. 14. erit ei⁹ periferia 44. eritq; area ſuꝑficiei ſpheræ ęqualis diametri. 616.



De podiſmo ſuperficiei montuoſę. Capitulum. xxvi. MAG.

ſ I autẽ montuoſę ſuꝑficiei areã habere placuerit verticis circuitũ cõſidera: & ſimiliter pedis & aſcẽſus quo facto iungant̃ circuitus pedis & verticis ꝓducti medietatẽ accipę: quã ꝑ aſcenſum multiplica & ꝓductũ oſtẽdit quęſitũ. DIS. Exemplũ ſubiungas. MA. Sit mõs cui⁹ verticis circuitus ſit. 300. pedũ. circuitus pedis ſit. 1000. pedũ. aſcẽſus vero ſit. 800. pedũ. erit area tota 520000. pedũ. DI. Quid autẽ ſi mõs in circuitu verticis medietatis & pedis multũ diſcrepauerit: ita ut q̃ſi pyramidaliter aſcẽdat? MAG. Hoc pacto areã ei⁹ accipias Collige nũeꝝ circuit⁹ pedis medij & verticis in ſummã unã: cuius tertiã partẽ ꝑ aſcenſum multiplica: & patebit q̃ſita area. ut ſi circuitus pedis ſit pedũ. 2500. circuitus medius. 1600. circuitus verticis. 100. aſcẽſus vero. 2000. erit area. 2800000. pedum. Si autẽ mõs in aſcẽſu ſiꝉiter & in circuitibus inęq̃lis fuerit alia via eius indagãda eſt area.



DIS. Qua? MA. Illa iũge circuitũ pedis circuitui verticis ꝓducti: accipias medietatẽ: ſic aſcẽſus colligas: collecti medietatẽ ſumas: hãc ꝑ priorẽ medietatẽ multiplica & ꝓductum areã dabit. DI. Exm̃ hui⁹ addas. MA. Sit mõs cui⁹ verticis circuit⁹ ſit. 200. circuit⁹ pedis. 1400. aſcẽſus lõgior. 850. aſcenſus breuior. 750. erit area. 640000.

De diuiſione ſupficierũ quarũcunq; in actus vel iugera Capitulum.xxvij. MAG.

ſ Vperficies itaq; notas/ſi p actus aut iugera alias ue menſuras partiri volueris longitudinẽ & latitudinẽ menſurę tuę in ſe multiplica:& habebis menſurę cui⁹ latera multiplicaſti:pedes ſiue areã:p hãc pedes ſupficiei diuidendę diuide & numerus q̃tiens dabit quęſitũ.erunt itaq; iugera primi montis.18.& reſtãt pedes mille & ſexcẽti. ſecũdi montis iugera erũt.24.reſtantibus pedibus.88000.Iugera montis tertij erunt.22.reſtãtibus.6400.pedibus.Hęc de menſura ſuperficierum:ad corpora transeamns.

De craſſitudine ſiue ſoliditate ſpherae. Capitulum.xxviij. MAG.

m Enſura quã ſcd̃m corpus fieri diximus:corpo℞ ſoliditates & craſſitudines inquirit:ut q̊t ſc; pedes quadratos corporis magnitudo cõtineat.Huius ut aliqualẽ cognitionẽ accipias/de quibuſdã corpibus praxim ſubijciã & primo de ſphera. Sphęrę igit̃ ſoliditatẽ ſi inquirere volueris/ diametr℞ eius cubes(id eſt ſemel in ſe ducas quadrate: & pductũ rurſus p diametr℞ multiplica)hoc vero cubũ ſphere craſſitudinẽ excedit:quẽ exceſſum ſi abieceris: ſpherę ſoliditas relinquet̃. Exceſſus autẽ tali patebit via. diuide cubũ per.21.pductũ in.10.ducas:& habebis exceſſum quęſitum vel diametrũ cubes: pductum per.11.ducas/ totiuſq; ſũmę 21. pars dat ſpherę ſoliditatẽ. ſic etiã exceſſus per.11. ductus dabit idem. DIS.Exemplum addas. MAG.Sit ſphera cuius diameter ſit.7.erit cubus.343.exceſſus.163.& $\frac{1}{3}$ craſſitudo vero ſpherę.179.& $\frac{2}{3}$

Cubare quid ſit



Craſſitudo cubi huius.343.



De ſoliditate cubi. Capitulum.xxix. DIS.

c Vbici autem corporis quo ingenio ſoliditatẽ inquiris? MAG.Tali cubetur latus unum:& habetur propoſitum. DIS.Exemplũ adiungas. MAG. Sit cubus cuius omne latus ſit.7.erit craſſitudo.343.

De columnar℞ ſpiſſitudine.Ca.xxx. DIS.

c Orporis columnaris qua via groſſicies inquirẽda eſt MAG.tali.Inquiras areã latitudinis hãc in longitudinẽ ducas & habebis queſitũ.ut ſit corpus q̃drangulum latitudinis.4.&longitudinis.12.erit eius craſſitudo. 192. Et hoc pacto quãtitas putei vel etiã vaſis pleni reperit̃. 12.
Ex quo etã facile cõcluditur;ſi dolij aut; columnæ diame/

ter fuerit duplex ad diametrũ alterius/ eiuſdẽ longitudinis area corporis diametri maioris erit quadruplex ad areã cor/ poris diametri minoris. Si vero corpus minus in duplo ſit lon gius/erit maius ad minus duplũ. Si autẽ minus in quadru/ plo longius fuerit erũt illa duo corpa areę ęqualis. DIS. Si autẽ ſupficies latitudinis in una corpis extremitate maior fuerit q̃ in alia: quã recipiã ſuperficiẽ? MAG. nullã: Sed oportet ex ambabus inueſtigare tertiã hoc pacto. Subtra/ he minorẽ a maiore & habebis earũdẽ differentiã cuius me dietatẽ a ſuperficie maiore ſubtrahe: reſiduum adde ſupficiei minori: & ꝑducti totius medietas dabit latitudinis ſupficiẽ quam in longitudinẽ ducas & apparebit corporis ſoliditas.

DIS. Exemplum adducas. MAG. Sit ſupficies latitu/ dinis maior. 36. & minor. 16. erit differentia. 20. harũ medie/ tas ſcz. 10. ſubtracta a. 36. relinquunt. 26. hęc ſupficiei minori ſcz. 16. addita. 42. reddunt. Harum medietas ſcz. 21. quęſitum corpis ſcz ſupficiẽ latitudinis: qaſi ducas. 21. in. 72. tũc. 1512. emergunt. Per hoc ingeniũ cuiuſuis columnę/ ſiue rotundę aut angularis groſſiciem inquiras ſimiliter & vaſoꝝ continẽ tiam reperies. ſi ex ſuperficie unius extremitates & p̃ciſe ex media ſuperficiẽ cõmunẽ quęſiueris: ſi ſaltem vas in medio maius q̃ in extremitatibus fuerit. Et habita area dolij ſi eidẽ quadratum in capacitate ęquale fabricare libuerit / latera quadrati ſcd̃m quantitatem radicis areę dolij in longum & latum accipiantur.

De menſuratione corporum pyramidalium. Capitulum. xxxi.

DIS.

c Raſſitudo pyramidalis corporis quo ingenio inqui/ ris? MAG. Si craſſitudinẽ pyramidis cuiuſcũq; a ſupficie multiangula ęqualiũ laterũ inquiris. Sumat area ſupficiei a qua ſurgit pyramis: hęc inuenta dupletur: ꝑ ducto addatur latus unum eiuſdẽ ſuperficiei: ſumma multi plicetur per numerũ unitate tm̃ unum latus ſupficiei tranſcẽ dentem: ꝑductum diuidatur per ſenarium: & numerus quo tiens pyramidis dabit craſſitudinẽ. DIS. Exemplũ adijci as. MAG. Sit pyramis conſurgens a ſuperficie iſopleuri cuius quodlibet latus eſt. 28. erit area eius. 406. erit craſſitu do pyramidis. 2660. ita pariformiter operandum erit in py/ ramidibus quadrilateris: pentagonijs & alijs.

Finis Geometrię practicę. Sequitur Aſtronomia.

Ptolemeus
Aſtronomia

Liber Septimus de principijs Aſtronomiæ

De ænumeratione & ordine dicendorꝝ. Tractatus primus. Capitulũ primũ

DIS. On perfunctorie(quæ accepi) Arithmeticę/Muſicę & Geometrię principia his diebus reuolui:plurimũqꝫ harꝝ theo/rematibus delectatus ſum. Cõſiderans autẽ Aſtronomiã deeſſe; quã in quadruuij partitione quarto loco cõmemora/bas/neceſſariũ duxi te pcibus pulſatũ iri: ne alijs q̃ mox inſtabunt p̄ occupatus negocijs incõpletum quadruuiuꝫ derelinq̃res. Vbi enim vis numerorũ:ubi muſicę mundanę(ut aiebas)cõcentus:ubi deniqꝫ Geometricę demonſtrationes/quę non modo terrenorꝝ/ verꝝetiam cœleſtiũ corporꝝ magnitudines dimetiũtur:ſi Aſtronomiã p̄termit/tas? Plurimũ itaqꝫ te obſecro: ut in ænarrandis huius tam neceſſariæ diſciplinæ principijs hodiernũ ſaltẽ diẽ abſumas. MAG. Nec om/nia iſtoc die in mediũ ferrem:ſi vel ſol ſtaret ut quondã bellante inclyto Iudeorum duce Ioſue:aut decem gradibus retrocederet:ut Ezech/ia de lœtali ægritudine cõualeſcente. Quis enim totius mũdialis machinę unitatem/perfectiõem/figuram & partium eiuſdem tam cœ/leſtium q̃ elementalium naturas paucis perſtringeret? Quis orbium motus aut ſyderum ortus & occaſus:temporꝝ diſcretiões;dierum & noctium inęqualitates facile ſimul cõmemoraret? DIS. Quod ergo nõ una/ decem aut tot quot ſuffecerint lucubratiõibus tradas. In defeſſum enim ego me auditorẽ exhibeo;rem ocyus aggredere. Et in primis de ratione nominis te abſoluas.

De definitiõe nominis origine ac Aſtronomię primo inuentore. Capitulum ſecundum.

MAG. Stronomia eſt certa lex & regula ſuperiorꝝ corporũ magnitudines & motus conſiderans. Corpora autẽ ſuperiora cœlos & aſtra intelligamus. DIS. Cur igiẽ potius aſtronõia ab aſtris & non a cœlis nomen accepit? MAG. hoc ideo factitatum arbitrare:quoniã aſtra ſunt nobis cœlis notiora (quia viſibilia) noſqꝫ in noticiam cœlorũ facile ducẽtia. a notioribus autẽ denominatiõem fieri cõmuniſſimũ eſt. Aut etiam quia doctiſſimi omnes ſpheras mundi/aſtra nonnunq̃ ſolent appellare. uti videre eſt libro.2.de docta ignorantia Cardinalis Cuſę. DIS. De nominis origine/hac tua ratione perſuaſus/tecum ſentio. Sed quiſnam mortaliũ primus hanc cognouerit:ędicito. MAG. Nonnulli gręcorꝝ Athlantẽ quendã primũ Aſtronomię fuiſſe inuentorẽ volunt; & ea de cauſa Poetæ iſtam opi/nionem inſinuare volentes:Athlantẽ gigantem eſſe maximũ/ qui capite in uno polorum & pedibus in reliquo manu dextra in oriente ac ſiniſtra in occidente cœlum ſuſtineat. De hoc diuus Auguſtinus de

Aſtronomia.

Athlas repertor primꝰ aſtronomiæ

ciuitate dei li.18.ſic ait. Athlas frater Ptholemæi magnus fuiſſe aſtrologus dicit. unde occaſionē fabula inuenit ut cœlū portare cōfingeret. q̄uis mons eius nomine nuncupetur: cuius altitudine potius cęli portatio in opinionē vulgi veniſſe videat. Alij prothoplaſtū Adam alij Abraam. cęteri autē alios huius ſciētię inuētores cōiecturant. eam tamē a Ptholemęo nō mediocriter illuſtratā & in eo libro cui Almageſti nomen eſt: conſcriptā manifeſtū eſt. Moderno autē tēpore a doctiſſimis mathematicę diſciplinę profeſſoribus Georio purbachio & Ioanne de monteregio ægregie exculta; cognouimus. De motibus vero corporꝝ ſuperiorum Alfonſus rex Caſtellę tabulas edidit: & in his nobis perpetuā ſui memoriā reliquit. Horum nos dogmata ſequi fas eſt. Eum autē quē præmiſimus ordinem ſeruare non erit inutile. Primū itaq; totius uniuerſi (quod ſpheram dicere poſſumus) continentiam/unitatem & figuram dæmonſtrabimus. Dehinc ipſu; per partes diuiſum in ſingulis explicabimus.

De definitione ſpheræ & mundi continentia: & unitate. Capitulum tertium.

DIS.

Sphera — Voniā mundialem machinam ſpheram dicis/doctrinæ ratio expoſtulat ut ſpheram definias. MAG. Sphera eſt tranſit⁹ circumferentię dimidij circuli/ quotiens fixa diametro quouſq; ad locum ſuum redeat unde circūducitur. Id eſt. Sphera eſt tale rotundum & ſolidum quod ab arcu ſemicirculi circumducto deſcribitur. Vel Sphera eſt corpus ſolidū unica ſuperficie cōtētum: in cuius medio punctus eſt: a q̄ oēs lineę ductę ad circūferētiā ęq̄les ſunt. Punctus autē ille centrū ſpheræ/& linea per ipſum tranſiens atq; extremitates circūferentię ſiue periferię applicans axis ſpherę & puncta huiuſce lineæ terminantia poli mundi dicuntur. quemadmodū in geometricis dictum eſt. Prima autem omnium ſpherarꝝ maxima/mundi machina tota dicitur Ipſa enim in ſe omnia continet: nec quidquam extra ipſam eſt quod formæ mūdi ſit ſuſceptibile: ſed omne tale tum ſimplex tum etiam cōpoſitum in ſe complectitur. ideo perfecta eſt & unica: extra quā nulla alia reperitur. Quod facile quidē probabitur ſi rerum tā ſimplicium q̄ elementatorꝝ naturas animaduertas. Omnia enim talia in locis ſuis naturalibus in ſphera contētis ſunt locata. ut leuia ſurſum. grauia vero deorſum. & ſi extra ea fuerint ad ipſa naturaliter mouentur. Quod de lapide ſurſu; proiecto & candela incenſa ac deorſu; verſa claret. nam lapis in aere non quieſcit/ſed ad terrā verſus centrum tendit. Sic & ignis candelę deorſu; ver/

Euclid... libro...

Sphe... prima... maxi...

ſe ſurſum tendit. Quapropter ſi aliquod horuꝫ extra ſupremã ſpheram fuerit hoc contra eius naturã & violenter erit: & ꝑ cõſequens ibi perpetuo non manebit. nullum em̃ violentum durabit in perpetuuꝫ. Vnde & Ariſtoteles aſſeruit. Si extra hunc modũ alius eſſet/ terra ipſius ad terrã huius moueret̃: quod non poſſet fieri/ niſi a centro verſus circumferentiã aſcenderet: quod tamen eſt contra terræ & cuiuſcunq̧ grauis naturam. Sunt tamẽ (ut ſcripſit idem) extra cœluꝫ entia inalterabilia/ inſeneſcibilia/ impaſſibilia/ optimã vitam ducentia: ꝑ ſe ſufficientiſſima: quã & toto æuo perficiunt: a quibus omnibus alijs datũ eſt eſſe & viuere; his quidẽ clarius/ his vero obſcurius. Sed hęc dicẽs nõ de cõuexa ſuꝑficie ſupremæ ſpherę/ ſed de cõcauo orbis lunæ intellexit. Vnde totum q̊d ambitu huius premitur/ ſpherã generabilium & corruptibilium dixit. totum v̊o ſuperius/ cõtinens & cõtentum ingenerabile & incorruptibile credidit. DIS. Vis ne aliud nomine orbis/ aliud ue nomine ſpherę ſignificare? MAG. Volo equidem. nam ſpheram unica ſuperficie dixeram contineri/ conuexa ſcꝫ. orbis v̊o duabꝰ: cõuexa & cõcaua concludit̃: queadmodũ annulus.

annulus

De figura ſpherę ſiue machinę mundi. C. iiij.

Iouis. Similiter & orbes eius: deferente dempto, qui ſimiliter ſup axe motus de
proprio & polis proprijs (ut deferens Saturni aut Iouis) reuoluitur ferentis
velocius tamen. Mouetur eñ quotidie. 30. minutis fere. totumq; zo/ Martem
diacum in duobus ferme annis percurrit. Mars (qui & ἄρης quem quātitas
& Pyroin nominant) continet terram ſemel & dimidiam & octauam eiuſdem.
eius partem.

De cœlo quarto quod Solis eſt. Ca. xxxi. DIS.

Oelum quartū qualiter eſt diſpoſitum? MAG. Cœlū quar
c tum qd ſolis eſt (quoniā in eo Sol mouetur) in ſuperficie con/
caua cœli Martis continetur: & in tres orbes particulares diui/
ditur: duos ſcilicet augem deferentes: & ipſum deferentem ſolare cor
pus. Equantem aut epicidum non habet. DIS. Quomodo hoc
cœlum mouetur? MAG. Queadmodum ſuperiores motu rapt⁹
ab oriente per occidentem redeundo in orientem in. 24. horis ad mo/
tum primi mobilis. Orbes vero augem deferentes eiſdem mouentur
motibus quibus & orbes/ auges Saturni Iouis & Martis deferentes
Deferens autem Solis ſuper polis & axe proprijs ſecundum ſucceſ/ motus de
ſionem ſignorum ab occidente ſcilicet verſus orientem quotidie quin ferentis
quagintanouem fere minutis & octo ſecundis circumfertur. Et ita ſol Solem
totum zodiacum in. 365. diebus. 6. horis ferme peragrat: nobiſq; an Annus
num complet. Sex autem horæ quater collectæ diem integrum con/
ſtituunt: qui cum ſua nocte. 24. horis conſtat. quem neceſſe eſt in/
terſcalari excurſo quadriennio: quod biſextum vocant, ne temporū Biſextus
ordo turbetur, ut ait diuus Auguſtinus de trinitate libro quarto ca. 4
verum de qtitate anni ſolaris præciſa nondum omnes concordant:
ſed de hoc alias. huius autē motus axis per centrum deferentis tranſit
& axi eclipticę quæ eſt axis augem deferentium ęque diſtat. hinc po
li eius a polis eclipticę tantum diſtant quantū centrum deferētis a ce[illegible]

a centro mundi ſiue ecliptice. neceſſe eſt igitur ut poli axis & centrum deferentis circa axim polos & centrum eclipticæ circumferētias par uorum circulorum deſcribant: quorum ſemidiameter eſt ad ecentri/ citatis quantitatem. huius theoricam mox ſubiungamus. Aux vero ſolis a ſuperficie eclipticæ nunq̃ declinat ſed ſemper directe in ea volui tur. In alijs autem omnibus aux nonnunq̃ a ſuperficie verſus au/ ſtrum aut ſeptētrionem declinando mouetur. Ob quod cęteri plane/ tę omnes quandoq̃ meridionales aut ſeptentrionales dicuntur. Con tinet autem ſol terram centies ſexies & ſexagies. huic ſimiliter & lunę tanq̃ ſyderibus notioribus diuerſitas gentium innumera vocabu/ la ſociauit.

quātitas ſolis.



DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

De cœlo tertio quod eſt Veneris. Ca. xxiј.

DIS. Tertiј cœli diſpoſitionẽ in mediũ feras. MAG. Tertium cœ
lum quod Veneris eſt: nam in ea ſola Venus rotatur: in ſup/
ficie concaua cœli Solaris continetur. Inſuper & in orbes par/
ticulares (quemadmodum Saturni Iouis aut Martis cœlum) partit
Circumfertur autẽ hoc cœlum totũ (ut prędicti) in. 24. horis ſemel ab
oriente per occidentem in orientẽ redeundo per primi mobilis motũ
Sed orbes eius augem deferentes ſup axe & polis zodiaci ad motum
octauę ſpherę circũducuntur: uti in aliјs ſupra viſum eſt. Orbis vero
epiciclum huius deferens duplici mouet motu. uno quidem ab occi
dente verſus orientẽ: qui eſt in longitudinẽ ſup centro ęquantis. Eo/
dem autẽ tempore unã complent reuolutionẽ centrum epicicli: Ve
neris & Solis deferens. Alio vero motu mouetur in latitudinẽ decli/
nando ſcilicet ab ecliptica. & medietas in qua epiciclus eſt/ſemp ver/
ſus Aquilonẽ: reliqua autẽ verſus auſtrum relinquitur. Aux tamẽ de
ferentis quandoq; ad auſtrum: quãdoq; ad aquilonẽ declinat. Hic
motus fit ſup polis propriјs qui ſunt in interſectionibus deferentis &
ęquantis. Hic motus deuiationis dici ſolet: & eſt minutorum decem: in — motus deuiationis
mercurio autẽ minutorum. 45. cum centrũ epicicli eſt in auge vel op
poſito deferentis. Nam in interſectionibus dictis eſt nulla: in locis au
tem intermediјs creſcit & decreſcit. Verũtamẽ nec hic motus: nec is quẽ
inclinationis vel declinationis dicunt ſenſibilem motui longitudinis
errorem faciunt. ut colligitur libro. 13. Almageſti. Quapropter po
los ſuper quibus primus deferentis motus fit a polis zodiaci recede/
re rurſusq; ad eoſdem accedere neceſſe eſt. Ob id nonnullis viſum eſt:
unum alium orbem prędictos omnes includentẽ: & mundo concen
tricum ponere: ad cuius trepidationis motum hę deuiationes deferẽ
tis fierent. DIS. Epicicli vero qualis eſt motus? MAG. Epici/ — motus epicicli
clus veneris (ſicut & dictorum) in longitudinem mouetur ſcđm ſuc/
ceſſionem ſignorum & in decem & nouẽ menſibus ſolaribus fere ſemel
reuoluitur. In latitudinẽ vero mouetur motu duplici. uno quidẽ: ut
epicicli dictorum: quo una epicicli medietas verſus auſtrnm: reliqua ve
ro verſus aquilonẽ a deferente declinet. Ideo hic motus inclinationis — motus inclinatiõis
ſiue declinationis dicit: quia diameter augis verę & oppoſiti epicicli
a ſuperficie deferẽtis declinat: & eam ſecat. Hec declinatio maxima eſt
circa nodos: ubi deferens & ęquans ſe interſecant: & nulla in auge vel
oppoſito ęquantis. Vnde centro epicicli ab auge ęquantis recedente
uſq; ad oppoſitum eius: aux epicicli verſus aquilonem declinare inci
pit: & oppoſitum augis epicicli verſus meridiẽ. Rurſum centro epicicli
ab oppoſito augis ęquantis recedente/aux epicicli verſus meridiem:
& oppoſitum eius verſus auſtrũ declinare incipit: donec centrum epicicli
ad augẽ ęquantis venerit. oppoſitũ fit in mercurio. Ex his patet cum

deuiatio deferentis eſt maxima/epicicli declinatio eſt nulla:& econtra
motus reflectiōis — rio. Reliquo vero motu(qui reflectionis dicitur) ſup axe per epicicli
augem:& oppoſitū tranſeunte reflectitur : ita ut pars epicicli dextra
verſus auſtrū /ſiniſtra autem verſus aquilonē a ſuperficie deferētis
moueatur. Dexteram dico quę poſt augem epicili eſt ſecundū ſigno
rum ſucceſſionē. Reflectio hæc nulla eſt centro epicicli exiſtente circa
dictos interſectionis nodos deferentis & ęquantis. ipſo vero receden/
te ab ea interſectione quę caput dicitur/ verſus augem pars ſiniſtra ſi
ue orientalis in Venere ad aquilonem:in Mercurio ad auſtrum refle
ctitur:recedēte autē centro epicicli a cauda verſus oppoſitū augis ęq̄n
tis/dicta medietas in venere ad auſtrū & in mercurio ad aquilonē
reflectitur. DIS. Ex dictis colligo quadruplicem epicicli motum.
primus: quo mouetur in longitudinem ab occidente verſus orientē
portans in parte ſuperiore planetam directe ab occidente ad orientem
ſecundum ſignorum ſucceſſionem ſcilicet de Ariete in taurū:de tau/
ro in gemini & ſic de aliꝫs. In inferiore autem parte retrograde ipſum
planetam ab oriente verſus occidentē contra ſucceſſionē ſignorum de
ferens. Secundus:quo ad deuiationē dæferentis in latitudinem nūc
ab ecliptica/ nūc ad eam declinat. Tertius:quo per ſe a ſupficie pla/
motꝰ epicicli quadruplex — na deferentis planetā verſus eclipticam/aut ad eandē inclinat. Quar
tus quo pars orientalis nunc ad auſtrum/ nūc ad aquilonē reflectitur
MAG. Hic epilogus te & diligenter auſcultaſſe/& nō parum in the
orematibus aſtronomiæ ꝓfeciſſe indicat. Lucide equidē epicicli mo
tum nō omnibus intelligibilē explanaſti. Axes dictorum motuū ęnu/
Axes motuum epicicli. — mera. DIS. Axis primi motus/ polos ſuos verſus auſtrū & aqui/
lonem ꝓtendit & axi eclipticæ quandoqꝫ ęque diſtabit:tuncſcꝫ cum de
clinatio eſt nulla:cum vero declinat epicidus ab ecliptica/hic axis in
una parte ab axi eclipticę ęleuatur & in altera ad eam deſcēdit. Motus
deuiationis ꝓprium axem non habet : quia fit ad deuiationē deferen
tis. Axis autē inclinationis ſiue declinatiōis axim motus longitudinis
orthogonaliter ſecat:& longitudines medias epicicli tranſit. Ideo po
li eius orientē & occidentem verſus ꝓtenduntur. & ſemꝑ dum centrum
epicicli extra interſectiōes ęquantis & deferētis fuerit hic axis ſupficiei
eclipticę ęque diſtabit. Axis vero reflectiōis orthogonaliter ꝑ interſecti
onē duorum dictorum axium tranſit. & polos ſuos verſus augē & op/
poſitū augis epicicli ꝓtendit. Patet itaqꝫ quomodo hi tres axes in cētro
ſe interſecant:quēadmodū tres lineę per longum latum & profundū
corporis tranſeuntes : per quas differentias poſitionis deſignamus.
Apparet etiam axem reflectionis ſup axi declinatiōis inclinari: & axē
declinatiōis ſup axi reflectiōis reflecti. Inſup & hos ambos ſi in epici
clo fixe eſſent:ſup axe lōgitudinis circulariter rotari. Verūtn̄ quadripti
tus hic epicicli motus/tantum in venere & mercurio reperitur:nam in
Saturno Ioue & Marte epicidus duas tm̄modo habet : latitudinem

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

unā /q̄ p̄ ęcentricū ab ecliptica diſtat: alterā qua ſuperficies plana epicicli a ſuperficie plana deferentis quādoq; declinat. In luna autē dumtaxat latitudo prima q̄ eſt per deferentem inuenit, nā ſuperficies plana Epicicli ipſi⁹ a deferēte nuſq̄ declinat. & ad ſaluandos h⁹modi motus / qdā puos circulos epiciclū includentes imagināt ad q̊rū mot⁹ hę varietates cōtingūt. Venus (quę & (φωσφορος) omnia zodiaci ſigna fere ad motum ſolis p̄ currit. Et eſt una de 37. partib⁹ terrę.



De cœlo ſecūdo q̊d eſt Mercurij. Ca. xxxiij. MAG.

QVod ſubeſt cœlū ſecundū Mercurij eſt: in ſuperficie concaua cœli tertij cōtinetur / & in orbes quinq; & epiciclū partitur: habet enim duos orbes inæqualis ſpiſſitudinis: quorꝫ ſup̄ficies conuexa ſupremi: & cōcaua infimi mundo cōcentricę ſunt: ſuperficies vero concaua ſupremi / & cōuexa infimi mundo ſunt ecētricę: ſibi ipſis tamē concentricę & harum centrū (quod etiam centrū parui circuli nominamus) a centro ęquantis tantū / quantū centrum ęquātis a centro mundi diſtat. Et vocantur hi duo orbes augem ęquantis deferentes. Mouentur aūt ſuper polis zodiaci ad motum octauę ſpherę. Inter hos extremos ſunt alij duo orbes ſimiliter inęqualis ſpiſſitudinis: quorum ſup̄ficies conuexa ſuperioris & concaua inferioris idem centrum cum centro proprio prędictorꝫ orbiū habent: id eſt centrū parui circuli. Sed ſuperficies concaua ſuperioris & conuexa inferioris idem centrum habent cum orbe quinto inter ipſos incluſo: qui deferens mercurij dicitur. hi duo orbes (quos ad differentiā dictorum nigros fieri volumus) vocantur augē ecentrici deferētes. & mouentur ſuper centro parui circuli contra ſucceſſionem ſignorū ſuper axe: quādoq; axe zodiaci ęquediſtanti & centrū parui circuli tranſeūte eadē velocitate qua linea medij motus ſolis ſcd̄m ſucceſſionē ſignorꝫ voluit. horꝫ orbiū motu fit ut centrū ecentrici ſiue deferentis epiciclum circū

ferentiā q̃ndā parui circuli deſcribat:& hęc circūferētia p̄ centrū æq̃ntis ibit:& centrū ꝓpriū extremorū orbiū includit.quo & ꝓ ſuo utit̄.Orbis aūt epiciclū deferēs mouet̄ ſuꝑ centrū æquātis in lōgitudinē ſ;m ſuccesſionē ſignorū eadē velocitate cū linea medij motus ſolis. ut de venere dictū eſt.In latitudinē ṽo mouet̄ queādmodū veneris deferens:hoc dēpto ꝙ medietas eius in qua epiciclus eſt ſēper verſus auſtrū ab ecliptica declinat: cuius oppoſitū in venere reperit̄. DIS. Epiciclus eius quō mouetur? MAG.ut epiciclus veneris. In.4.trīmēſibꝰ ſolaribus fere unā reuolutionē in longitudinē ſuꝑ centro ſuo ꝑficit.Quędā alia latēt in motibus mercurij:q̃ hic relatū iri locus nō eſt.Planeta ṽo mercurius oīa ſigna zodiaci fere ad motū ſolis ꝑagrat mo
Eſt autē mercurius (q & Stilbon) una ꝑs de.32.mille ꝑtibus terræ. me



DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

De cœlo primo quod eſt Lunæ. Capitulũ triceſimumquartum.

DIS. Eſtat ut cœli primi queadmodum ceterorum configuratione & motum oſtendas. MAG. Cœlum primum ꝙ lunę eſt (eo quod pręter lunam in ipſo nulla ſtella ſit) totũ in ſuperficie cœli ſecundi concaua continetur, & in orbes quattuor & epicicłum diuiditur. habet nanq; in primis tres orbes ſicut ſol in figuratione diſpoſitos. ultra hos habet unum orbem mundo concentricum/prædictos tres ambientem qui deferens caput draconis dicitur. inſuper & epiciclũ habet ꝓfunditati medij primorũ trium orbiũ imerſum: in q̊ corpus lunę figitur & mouetur. ut hęc ſubiecta manifeſtat deſcriptio.

DIS. ꝑſpicua atq; clara eſt hᶜ orbiũ lunę diſtĩctio. nũc motꝰ ipoꝝ pandas. MAG. Orbes duo augẽ ecentrici deferentes mouentur ſupᵖ centro mundi & axe ꝓprio/axẽ ʒodiaci in centro mundi interſecante, motus orbium Lunæ



cuius poli a polis zodiaci quinqꝫ gradibus inuariabiliter declinãt. Eſt autẽ his motus cõtra ſucceſſionẽ ſignoꝝ/ ultra motũ diurnum in die naturali gradibus.xi.& minutis.xij.fere. Orbis vero epiciclum defe/rens mouetur ſcdm ſucceſſionẽ ſignoꝝ ſingulariter ſuper cẽtro mũ/di:ita ut tali motu centrum epicycli gradibus.xiij.&.xi.minutis fere quotidie moueatur. Axis autẽ huius motus ꝑ ſuum ꝓprium centrũ ſcilicet defferẽtis tranſiens/ axi augẽ deferentiũ ęquediſtanter mouet̃. ſic centrum & poli eius circa centrũ & polos augẽ deferentiũ circũfe/rentias deſcribũt cõtra ſucceſſionẽ ſignoꝝ.& poli eius a polis augẽ deferentiũ diſtabunt ſcdm ecentricitatis q̃titatem. Aux vero huius or/bis nõ ſemꝑ eſt ſub ecliptica:ſed aut verſus auſtrũ aut aquilonẽ decli nat:quẽadmodũ in alijs dictũ eſt. Nec ſuꝑficies deferẽtis ab ecliptica ſuꝑ diametro mundi ſemꝑ ęqualiter ſecat̃. Orbis vero quart⁹ hos tres ambiens mouet̃ ſuꝑ axe zodiaci circa centrũ mũdi cõtra ſucceſſionẽ ſignoꝝ omni die naturali tribus minutis fere:ſecum tali motu totum cœlum lunę ex dictis tribus orbibus cõſtitutũ quos ambit:circũdu cens. Illo motu fit ut poli augẽ deferentiũ circa polos eclipticę circũ

motus e/picicli lu/næ — ferentias deſcribant. Epiciclus vero lunæ mouetur circa centrũ ſuũ cor pus lunare ſibi infixum in ſuꝑiore parte contra ſucceſſionẽ: in inferiori vero ſcdm ſucceſſionẽ ſignoꝝ deferẽs. nõnulli vero ſapientũ ultra hoc corpus lunare circa centrũ ꝓpriũ moueri dixerunt. Et ex eo motu ma culam in luna apparentẽ nunc ſurſum nunc deorſum apparere arbi/trantur. DIS. Lucide q̃d volebã diſſertaſti. oĩa equidẽ in p̃miſſa or bium deſcriptione oculis ſubijciunt̃. Reſtat tñ ut qd ꝑ caput caudãue draconis accipiendum ſit edicas. MAG. Deferẽs epiciclũ lunę/ab

Caput & cauda draconis — ecliptica declinans ipſam eclipticam in duas interſecat partes. Duæ itaqꝫ fiunt interſectiones:quarum una caput:altera vero cauda draconis appellatur:eo quod iſta c interſectione quaſi draconis figura ele/uatis ſcꝫ cauda & capite venetre depręſſo videatur, ut hęc oſtẽdit con



figuratio. DIS. Plane ſed cum ſimiles ſunt interſe/ctiones utręqꝫ q̃ caput potius quã cauda appellãda ſit ꝑſpicuũ nõ eſt. MAG. Interſectionũ iſta in qua cum centꝝ epicicli fuerit verſus aquilonẽ ire incipit caput:oppoſita vero cauda appellãda eſt. Mouentur autẽ virtute orbis exterioris in cœlo lunæ ultra mo/tum diurnum verſus occidentẽ tribus minutis fere ut dictum eſt. & ita totum zodiacum in.21.annis fe/re perambulant. Luna vero zodiacum in.28.diebus pene totum percurrit. Et continet luna unã de tribus partibus terræ. Quidam tñ planetas nõ aduerſum mundum moueri:ſed celeritate mundi quam ſequi non poterunt pręteriri inaniter contendunt. Dictos or bes omnes motibus ſuis ſynphonias cauſare dulciſ

mo[t] nę & titas dem

ſimus. Ambroſius in hexameron. li. ij. ca. ij. & Ariſtoteles in li. de cę/lo & mundo negant: quia nō audimus. Alioꝝ autē plurimi nō mo/do concentum orbiū aſtruunt: ſed ex ꝓportionibus ipſoꝝ omnē mu ſicę vim venantur. Vnde inter firmamentū & ſaturnum tria ſemito/nia: inter ſaturnum & iouem ſemitoniū: inter iouem & martē ſemito/nium: inter martem & ſolem tonum: inter ſolem & venerem tria ſemi tonia: inter venerem & mercurium ſemitoniū: inter mercurium & lu/nam ſemitoniū & a luna ad orbem terrę tonū conſtituūt. ſic a terra ad firmamentū ſeptē tonos colligunt: qui eſt uniuerſitatis numerus. Sic & hominē qui eſt microcoſmus quattuor elementa cum tribus ani/mę viribus perficiunt. Et ꝓ cōfirmatione ſuę poſitionis quantū ad cō centum dominū in teſtē adducunt dicentē ad Iob. Concentū cœli dor mire quis faciet? Quod autē a nobis nō auditur eo eſſe aiunt: quia extra aerem noſtrum fiat: ſed fortaſſe ſonus pręter aerem nō fit: aerē autem elementarem aut alium inter orbes cœleſtes eſſe phiſica ratio non admittit: niſi de eo dicatur ſicut de aquis ſupercœleſtibus, ut ſu/pra viſum eſt.

opinio de concentu mundi

De macula lunæ & eius illuminatiōe. Ca. xxxv.

DIS. Vnari corpori ineſſe maculā paulo ante cōmemorabas: hāc unde contraxerit: aut quare nunc lumine augeatur: nunc defi/ciat ędicito. MAG. Quod in ſuperioribus de ſtellaꝝ natu/ra diſſeruimus non modo de ſtellis fixis: verūetiā de omnibus pla/netis (ſole dempto: qui per ſe eſt lucidus) intelligendum eſt. Corpus itaq; lunare cum inęqualis ſit denſitatis & raritatis / ſolares radij in ipſo inęqualiter incorporantur. Ea propter partes denſiores: lucidiores: ra riores vero obſcuriores fieri neceſſe eſt. DIS. Obſcuriores itaq; par tes per maculam lunę intelligis? MAG. Scite. Quod autē de au/gmento & defectu luminis lunę quęrebas: ex acceſſu & receſſu a ſole accidit. unde cū eodē gradu ſoli cōiuncta fuerit / medietas eius ſuperior verſus ſolem reſpiciēs illuminatur: nobis ve ro minime apparet. cū autē a ſole recedere in cipit: ſemꝑ magis ac magis in partibus a no bis viſibilibus illuminatur: donec ad gradū ſolis oppoſitū perueniat: tunc enim plena lu/mine & tota a nobis illuminata videtur (niſi eclipſetur) a quo rurſus recedens in lumine quo ad aſpectum noſtrum minuitur donec eidem rurſus coniungatur. ſcdm hoc diuer/ſa ſortitur nomina. Dicitur em Conoides: id eſt cornicularis. Dicotomos: id eſt dimidia. Amphikyrtos id eſt gibberoſa. verūtamē cū corpus ſolis multo maius ſit corpore lunę / ſol lunam plus ꝙ ꝑ medietate illuminat. ut patet





ex.22.primę perſpectiue. Luminoſum aūt ęquale umbroſo: pręciſe medietatem umbroſi illuminat: ſicut luminoſum minus umbroſi partē minorē irradiat. Rurſum fit ut luna quanto ſoli ꝓpinquior: tanto magis illuminatur. Vmbra quę cauſatur luminoſo maiore opacum minus illuſtrante dicitur Conoides. quę autē ab opaco maiore luminoſo/ miaore ipſum irradiente dicitur Calathoides. Equale autē luminoſum ſuper ęquum opacum cum inciderit fit umbra chilyndroides. DIS. Huius etiā ſi in prompto eſt cauſam addas: quare luna a ſolis coniunctione recedens quādoq; citius nonnunq̃; vero tardius nobis appareat. MAG. Huius aſtrorum periti triplicem volunt eſſe cauſam. Primā dicūt eſſe obliquitatē zodiaci & horizontis. Nam ſi ſit coniunctio ſub ecliptica in medietate/ quæ eſt a fine ſagittarij ad finē geminorū tunc cum ſol occidendo in horizonte fuerit: plures gradus erūt in circulo reuolutionis lunę a luna ad horizontem q̃; de zodiaco a luna ad ſolem. Ideo in climatibus ſeptentrionalibus citius videri poterit q̃; ſi in alia medietate eſſet. Secunda cauſa eſt latitudo lunæ ab ecliptica. ſi em̄ poſt coniunctionē in latitudinē ſeptentrionalem mouebitur: iterū citius a nobis videri poterit q̃; ſi in latitudinem meridionalem moueret. Tertia eſt velocitas motus lunę cum ſcilicet in ſuperiore epicicli parte fuerit. Cum igitur omnes dictę cauſę concurrerint luna vetus & noua in eodem die apparebit. Si vero duę tantum inueuiantur: in ſecunda die poſt coniunctionem videbitur. Si una tantum in tertia die apparebit & ſi omnium oppoſitum eueniat: in quarta die videbitur. DIS. Obſecro ne graueris lunæ eclipſationem/ cuius pauloante memineras paucis dilucidare.

De Eclipſibus luminaribus. Capitulum.xxxvi. MAG.

Clipſis (uti in propoſito ſermo de ea eſt) priuationem Ecli
e luminis aſtri ſignificat: quæ in diuerſis diuerſe contingit. Vnde eclipſis in ſtellis fixis (ut ſupra diximus) propter præſentiam maioris luminis ſcilicet ſolaris accidit. Nonnunq̃; vero propter diametralem corporis ſolaris aut lunaris interpoſitionem inter viſum noſtrum & aſtrum fixum ſiue etiam erraticum æuenit: præter hoc q̄ terra nobis ſemper cœli medietatem occultat. In luna vero (de quo ad præſens) eclipſis pro- Eclip
pter diametralem terræ interpoſitionem inter ſolem & lunam Lun
contingit. tunc enim umbra terræ pyramidalis/ lunæ ſpheram tranſiens uſq; ad cœlum mercurij (ut aiunt) pertingit: & corpus lunare in ſe totum aut particulariter claudens lumine ſolis pri-

uat & obfuſcat. Accidit autem hoc cum luna in oppoſito ſolis eſt: &
nec tunc ſemper: quoniam ſole ſemper ſub ecliptica ambulante lu/
na nonnunq̃ verſus aquilonem aut auſtrum declinat. & deferens
lunæ deferentem ſolis in duabus partibus oppoſitis (ut ſupra viſum
eſt) interſecat, ob id niſi ambo hæc lunaria in his interſectionibus aut
prope fuerint terra nõ diametraliter interponitur: & ſic umbra eiꝰ cor
pus lunare non includit: nec lumen ſolis verſus ipſum proijci prohi
bet. DIS. Quid cauſę eſt cum omni noctę terra diametraliter in
ter ſolem & quaſdam ex ſtellis fixis interponatur: ob id tamẽ huiuſce
modi ſtellæ minime eclipſantur? MAG. Cauſa ex dictis patet: quia
umbra terræ ad ſtellas fixas non pertingit: & ut multis placet ſpherã
mercurij non tranſit: illud autem propter ſolis magnitudinem orbi/
um ſpiſſitudinẽ eorundemq; longã a terra diſtantiã & terrę paruitatẽ
cõtingit. DIS. Hanc orbium aſeinuicem & a terra diſtantiam ſilen
tio haud tranſeas. MAG. Diſtantia a ſupreficie terrę ad ſuperficiem Orbium
concauam orbis lunæ (ut quidam ſcripſerunt) eſt miliarium. 107412. a terra di/
Diſtantia vero a terra ad ſuperficiem conuexam orbis lunæ & conca/ ſtantia.
uum mercurij eſt miliariorum. 208542. Ad conuexã mercurij & concauã
veneris. 542750. Ad conuexam veneris & concauam ſolis. 3640000
Ad conuexam ſolis & concauam martis. 3965000. Ad conuexam
martis & concauam iouis. 28847000. Ad conuexam iouis & conca
uam ſaturni. 46816250. Ad conuexam ſaturni & concauam firma/
menti. 65357500. Et eſt quantitas dimidij diametri circuli ſingulorum.
Diameter tota eſt. 130715000. Circumferentia eſt. 410818571. Con
tinet autem miliare cubitos. 3000. Ex his orbium ſpiſſitudo facile col Miliare
ligitur: & quod de q̃titate ſtellarum in ſuperioribus dictum eſt credi
bilius redditur. Continet enim ſol terram centies ſexagies ſexies & tres
eius octauas. Terra autem continet lunam trigeſies nonies & inſuper
fere quartam eius. Sol autem maior eſt luna ſexies millies/ſexcenties
quadragies quater. & inſuper eius continet medietatem: uti videre eſt
in quinto Almageſti Ptolomei. Diſtantia autem planetarum a terra
non ſemper eſt eadem: propter ecentricitatem deferentis & epiciclo/
rum q̃titates. Propior eſt igitur planeta terrę in inferiori parte epici/
cli circa oppoſitum agis: & remotior in ſuperiore parte epicicli & augẽ
deferentis. Sed hæc ad præſens ſufficiant: nec ego iam dicta verifica/
ui: ſed ab alijs poſita recitaui cæteris de eadem re opinionibus præ/
termiſſis. DISCIPVLVS. Hæc ſimul & iocunda ſunt & mi/
randa: ex quibus creatoris mira & inexhauſta relucet & ſapientia
& potentia. Sed ne his diutius immorati negligamus alia ad reli/
quatuum vertas ſermonem & eclipſis ſolaris poſſibilitatem oſten/
das? MAGISTER. Solaris eclipſis cauſatur propter diame/ Eclipſis
tralem Lunæ inter Solem/& viſum noſtrum interpoſitionem. ſolis



Quod non niſi in nouilunio poteſt contingere: nec tamen in omni Sed cum in vel circa caudã aut caput fuerint coniuncta: & cum pręciſe in cauda vel capite coniungunt. poteſt contingere eclipſis ſolis uniuerſalis: ſed non in omni terra: propter aſpectus diuerſitatem. Vnde Auguſtinus libro tertio ca. v. de ciuitate dei. de eclipſi ſolis facta dum dominus crucifixus eſt ait. Quam ſolis obſcuritatem non ex canonico ſyderum curſu accidiſſe: ſatis oſtendit: q tunc erat paſcha iudeorum. nam plena luna paſchę ſolennitas agitur. Regularis autem ſolis defectio/non niſi in lunæ fine contingit. Aliud vero quod eandẽ eclipſim contra naturam accidiſſe arguit; eſt quia fuit uniuerſalis in tota terra. Aug

De ſignificatione terminorum̄ tabularum Aſtrono- micarum. Capitulum.xxxvij. MAG.

ſ Peculationibus Aſtronomię quorundam terminorum in ta/
bulis motuum occurentium rationes annectere operepreciū̄
eſt ne in his demum te erroris caligo inuoluat. Sunt autem hi
termini (ut rem breuius ędicam) aux. oppoſitum agis. æquatio. & ſic
de alijs. Hi autem aliter in ſole: aliter in luna: & aliter in reliquis acci/
piuntur planetis. DIS. In primis igitur ipſos ut in ſole accipiunt̄
edicas. MAG. Aux in ſole dupliciter accipi ſolet. In prima ſcilicet
ſignificatione & ſecunda. Aux ſolis in prima ſignificatione eſt punct⁹
circumferentię ecentrici: maxime a centro mundi remotus: qui etiā̄
longitudo longior dicitur. Punctus vero oppoſitus: oppoſitum au/
gis ſiue longitudo propior nominatur. Linea autem per hęc duo pū
cta & centrum mundi & centrum deferentis extēſa: linea augis voca/
tur. Ex his longitudinem mediam facile intelliges. Eſt enim punctus
inter augem & oppoſitum augis in deferente determinatus: per line
am a cētro mundi exientem quę cum augis linea rectos angulos fa/
cit. Sed aux ſolis in ſecunda ſignificatione eſt arcus zodiaci ab ariete
ſecundum ſucceſſionem ſignorum uſq; ad lineam augis cōputatus.
Linea autem medij motus eſt linea a centro mundi ad zodiacum ex
tenſa: lineę a cētro ecentrici ad centrum ſolare pertracte ęque diſtans
Medius autem motus ſolis eſt arcus zodiaci ab ariete ſecundum ſuc/
ceſſionem̄ ſignorum uſq; ad hanc lineam computatus. Sed linea veri
motus ſolis eſt linea a centro mundi per centrum corporis ſolaris ad
zodiacum extenſa. & verus ſolis mot⁹: eſt arcus zodiaci ab ariete &c.
uſq; ad hanc lineam ſupputatus. Arcus vero zodiaci inter has duas
lineas veri ſcilicet & medij motus ſolis æquatio dicitur. Arcus autem
inter lineam augis & lineam medij motus ſolis argumentum nomi/
nat̄. & hęc ſingula in ſubiecta oculis videri poteris deſcriptiōe. Trāſea
mus ad terminos lunares. DIS. Tranſi.


Argumentū
Aux
Zodiacus.
Deferēs Augem
Deferēs Solis.
Deferens Augem.
c mundi
Lōgitudo
Longitudo propior
Oppositū Augis
Aux solis in sexdia
Verus motus Solis.
Medius motus Solis.
Sol

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

De terminis tabularibus lunæ. Capitulum triceſimumoctauum. MAG.

Vx in luna tam in prima q̃ȝ ſecunda ſignificatione: ſimiliter linea augis & longitudines mediꝫ accipiũtur queadmodum in ſole. Epiciclus tamẽ lunæ ſpeciales habet auges. DIS. Quę ſunt iſtę? MAG. Aux media epicicli eſt punctus circumferẽtię epicicli quem oſtendit linea puncto diametraliter oppoſito centro ęcen/trici in circulo paruo per centrum epicicli ducta. Sed aux epicicli vera eſt punctus eiuſdem circumferentię: quem linea a centro mundi per centrum epicicli ducta indicat. Linea autem medij motus lunæ eſt li/nea a centro mundi p̱ centꝶ epicicli ad zodiacũ ꝓtracta. Sed linea veri motus lunę/eſt q̃ a cẽtro mũdi p̱ centrũ corp̱is lunę ad zodiacũ extẽdit. Medius & verus mot⁹ eius ſumunt̃ ſicut in ſole. Arcus autẽ inter lineas medij & veri motus interiacens ęquatio argumẽti lunæ eſt. Argumentum vero lunæ duplex eſt; medium ſcilicet & verum. Argu/mentum lunæ medium eſt arcus epicicli ab auge epicicli media ſcd̃m motum centri corporis lunaris uſqȝ ad idem centrum lunare. Sed argumentum lunę verum ab auge epicicli vera uſqȝ ad centrũ lunaris corporis calculatur. Centrum autem lunæ eſt diſtantia lineę medij motus lunę ab auge ecentrici ſcd̃m ſucceſſionem computata. Et hęc diſtantia longitudo duplex: ſiue duplex interſticium qñqȝ appellat̃. Arcus au/tem epicicli inter argumentum medium & verum interiacens ęquatio centri dicit̃. Diſtantia vero lineę medij motus lunę a linea medij mot⁹ ſolis ſcd̃m ſucceſſionem ſignorum media vocatur eoꝶ ęlongatio. Prędicta omnia hæc ſubiecta oſtẽdit configuratio. Medius autem motus capitis draconis eſt arcus zodiaci ab initio arietis contra ſucceſſionem ſignorum ad lineam ęgredientem de centro mundi per caput. Arcus autem ab ariete ad hanc lineam ſcd̃m ſucceſſionem eſt motus verus. ſimiliter dicendũ eſt de cauda; videamus reliqua. DIS. Dum in motu eſt calamus/auſcultare magis quam inquirere licet.



Aux media epicicli eſt punctꝰ.a.
Aux vera epicicli eſt punctꝰ.b.
Argumentū mediū lunę/eſt
arcus.a d.in epiciclo.

Argumentū verū lunæ/
eſt arcus . b d .in epiciclo.
Aequatio centri/eſt arcus
e.inter.a.&.b.

Succeſſio ſignorum/eſt ab ariete verſus augē lu/
nę iterum rediens in arietem.

De terminis tabularibus in reliquis planetis Capitulum triceſimumnonum.

MAG.
Vx ecentrici: oppoſitum augis: linea augis: & lõgitudines me
a dię in reliquis planetis eodem modo ſumuntur. Epicidus ve/
ro augem habet ſpecialem. DIS. Quæ eſt iſta? MAG.
Aux epicicli media/eſt punctus epicicli per lineam a centro ęquan/
tis per centrum epicicli ducta deſignatus. Sed aux epicicli vera/ eſt pũ
ctus epicicli qui per lineam a centro mundi per centrum epicicli du/
ctam oſtendit̃. Linea autem medij motus epicicli: eſt linea quæ a cẽ
tro mundi ad ʒodiacum protrahit̃: lineę a centro æquantis per cen/
trũ ępicicli ductę æque diſtãs. Sed linea veri motus epicicli: eſt linea
quę a centro mundi per centrũ epicicli ad ʒodiacum ducit̃. Linea au
tem veri loci ſiue veri motus planetę: eſt q̃ a centro mundi p̱ centruʒ
corporis planetę ducit̃. Medius itaqꝫ & verus motus in his ab arie/
te uſqꝫ ad dictas lineas eodẽ modo computant̃ ſicut in ſole. Sed cen
trũ mediũ planetę eſt arcus ʒodiaci a linea augis ad lineã medij mo/
tus cõputatus. Centrũ autẽ verũ a linea augis ad lineã veri motus at
tendit̃. Arcus ṽo inter lineã medij & veri motus epicicli interiacens: ęq̃
tio centri dicit̃. ſic ſimilit̃ ęquatio in epiciclo eſt arcus epicicli augem
mediã & verã eiuſdẽ interiacens. Argumentũ aũt planetę mediuʒ: eſt
arcus epicicli ab auge eius media ſecundũ motũ eius ad centrum cor
poris planetę numeratus. Sed argumentũ verũ/ab auge vera ad pla
netã computat̃. Arcus ṽo inter lineas veri loci planetę: & veri loci epi
cicli interiacens/ęquatio argumẽti dicitur. Exceſſus quo linea a cen/
tro mundi in augẽ longior eſt/lineę a centro mundi in oppoſitũ augis
diuiſus in. 60. p̱tes minuta ꝓportionalia dat ꝓpiora. ſic exceſſus dictæ
lineę a centro mundi in augẽ ſup̱ lineã a centro mundi in longitudi/
nẽ mediã/dat minuta ꝓportionalia longiora. Horꝫ exempla omniuʒ
in ſubiecta deſcriptione apparebunt. DIS. Sane conſpicio. ſed un/
de moti fuere ſapiẽtes tantã orbium ponere diuerſitatẽ? MAG. Ex
eo: nam viderunt planetas diuerſis rotari motibus. Cũ autem unius
corporis ſimplicis ſit tantũ unus motus/illã diuerſitatẽ non niſi per di
uerſos orbes poſſibilẽ eſſe argumẽtati ſunt. Et rurſus: quia ſigna ſunt
eiuſdẽ longitudinis: & planeta uno tp̱e non mouetur velocius q̃ꝫ alio
(quia motus cęli & oĩm partiũ eius regularis eſt) citius tamẽ p̱tran
ſit quãdoqꝫ unũ ſignum q̃ꝫ aliud. hoc autẽ ſaluari non potuit ſine or/
biũ ecentricitate. Cum enim planeta in auge vel circa augẽ fuerit: ſub
uno ſigno neceſſario longiorẽ arcũ q̃ꝫ in oppoſito augis p̱tranſibit. un
de & ſol nõ æquis temporibus equales ʒodiaci quartas p̱agrat. q̊d pa
tet: dies quibus p̱currit quartas/vernalẽ/eſtiualẽ/autumnalẽ & hye/
malem numerando. minus quippe tẽporis abſumit dum eſt in ſignis
auſtralibus & circa oppoſitũ augis q̃ꝫ in alijs: ꝓpter deferẽtis ecentri

citatem. Et amplius, videntur nõnunq̃ planetę ſtare: aliquando verſus orientẽ: & quãdoq; verſus occidentẽ moueri. Quod ſine epiciclo haud facile ſaluatur. Ob has igitur cauſas æcẽtricos & epiciclos: & ex conſequenti orbes ad horum motus neceſſarios poſuere. Sunt tamen qui hæc omnia alia nituntur ſaluare via.

De partibus regionis elementaris: & primo de igne. Capitulum quadrageſimum. DIS.

Iam credo te omnes Aſtronomię theorias mihi inprimis neceſſarias compleſſe. MAG. Ita eſt. ſufficiunt enim hę ꝓ introductione incipiẽtis. Cum vero has plene intellexeris / altiores latioreſq; in libris Ptholemei Almageſti: theoricis Ioannis Purbachij Thebit: Albategni: Geberi & alijſue de his ſcribẽtibus inuenies. nũc ordo exigit ut de cœleſtibus ad partes mundi elementaris deſcendamus: in quo regio ignis ſuperior occurrit. ignis nanq; in modum orbis cęleſtis ſub concauo orbis lunę continetur: & ad motum eius circumducitur & rapitur. Ex qua cauſa etiam caliditas eius augmentatur. eſt autem talis ignis ſubſtantia pura ex materia & forma ſua propria ſubſtantiali compoſita: calida & ſicca: clara ac ſubtilis: ut nec viſum noſtrum verſus aſtra reſpicientem prohibeat.

De Aere & eius interſtitijs. Capitulum quadrageſimumprimum. MAG.

Aer. Sicut autem ignis in modum orbis ſub cœlo lunę continetur: ita aer ſub concauo orbis ignis locatur: qui de ſui natura ſubſtantia pura eſt & clara: calida & humida. calida quidem/ut cum igne ſub quo locatur concordet. humida vero / ut ſiccitati ignis reſiſtat. hæ tamen qualitates in omnibus aeris partibus non ſunt æq̃les. DIS. Et unde hæc prouenit diuerſitas? MAG. Ex accidenti diuiditur enim aer (quantũ ad præſentem attinet ſpeculationem) in

ſupmus tria interſticia. Quorũ ſupremũ ab igne circumrotatur: & plus ſolito calefit & inceditur. & in illo impreſſiones ignitæ (de quibus in naturalibus) generantur.

medius Mediũ plus frigidũ eſt: quoniã a ſphera ignis remotum: nec radiorum ſolis reflexorũ receptiuũ: turbidum atq; ſpirituum ĩmundorum habitaculum ut habet Auguſtinus libro octauo de ciuitate dei capitulo .22. & libro de agone Chriſtiano. & in ſolutione tertię. q. ad. deo gratias. preſbyterũ in quo propter ſui frigiditatem Aug

Infimus. impreſſiones aquoſę (ut grando nix &c) generantur. Sed interſtitium infimum humidum eſt & calidum: & caliditas eius per accidens augmẽtatur ex reflexione ſcilicet radiorum in terrę ſuperficie. In illo generantur ros & pruina: & quędam impreſſiones ignitę. Hęc autẽ pro nunc ſufficiant de aeris diſpoſitione. In Aquam deſcendamus.

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE



Aux media epicicli/eſt punctus a.
Aux vera/eſt punctus b.
Equatio epicicli/eſt arcus c
Argumentum medium/eſt arcus a d
Argumentum verum/eſt arcus b d.

De diſpoſitione aquę. Capitulum. xlij. MAG.

Aqua

a Qua in primordiali rerum creatione ad modum nebulæ tenuiſſimę totam terræ circumdedit ſuperficiem & uſq; ad ſuperiora progrediebatur. Sed iuſſu creatoris firmamentum aq̄s ab aquis diuiſit: & quæ ſub firmamento relictę ſunt in locum unum ſcilicet terræ concauitates congregantur. ut terræ animantia in eiuſdem ſuperficie poſſent habitare. Ex tota itaq; terræ & aquæ ſubſtantia unum corpus ſphericum eſt conſtitutum cuius Philoſophi duplex centrum grauitatis ſcilicet & magnitudinis aſſignabant. Magnitudinis quidem centrum axem totius ſpheræ ex aqua & terra diuidit. & eſt medium mundi. Centrum vero grauitatis extra illud conſiſtit videlicet in diametro terræ. qui neceſſario maior eſt q̄ꝫ ſemidiameter ſphere ex aqua & terra compoſitæ: quia ſi non terra ſcd̄m nihil ſui eſſet in medio mundi: quo in naturali ſciētia & aſtronomia abſurdius dici vix poterit.

Centrorum diuerſitas

Neceſſitas autem ponendi centrorum diuerſitatem ex eo ſumitur: ꝙ terra aquis diſcooperta leuior eſt q̄ꝫ pars terræ aquis circundata. Et terra diſcooperta madefacta mox rurſus exiccatur & leuior fit: ideo centrum grauitatis ipſius nō idem eſſe poteſt cum centro magnitudinis eiuſdem. Sed in diametro terræ magis verſus circumferentiam & partem hanc tendit quæ aquis tegit̃. Aquę etiam magis ad hanc partem tanq̄ꝫ centro mundi magis proximam congregantur. ex illo concluditur terrā eſſe in continuo motu locali: quo partes remotiores centro grauitatis eius ſe aliꝭs ęquari nitunt̃. Totius tñ eſt una ſuꝑficies cōuexa: nec aqua terrę ſuꝑficiē ſuꝑgredit̃: ſed in cōcauitate eā ꝑ mediū ꝗſi diluit & circūdat ſacra atteſtāte ſcriptura. Abyſſus ſicut veſtimentū amict⁹ ei⁹ & rurſus. terminū eis poſuiſti quē nō trāſgredient̃: neq; cōuertent̃ operire terrā. Hęc ex naturali ſui diſpoſitione humida & frigida limpida & clara. ſed ex vaporib⁹ variꝭſq; terreſtreitatib⁹ (ſicut & aer) reddit̃ turbida. In ea ſunt diuerſa aīantiū gñā: his q̄ in terra reperiunt̃ mirabiliora & maiora. vituli ſcꝫ canes: ſerpētes: piſces & ſiꝑia. Diuidit̃ autē tota (nob̄ ſaltē ꝯgnita) ī maria p̄ͥma ſcꝫ ī Abyſſū ſiue mare indicū. mare mediterraneū. mare Arabicū & mare Hyrcanū. inſuꝑ & Pontū &c. q̄ oīa (cū uni⁹ eiuſdēq; ſint ꝑtes elemēti) a diuerſis terris: in quaꝝ cōſtitutę ſūt terminis: alia & alia ſortiunt̃ noīa: quæ in coſmographia latius cōſpici poſſūt: ei⁹ tñ diſpoſitionē infra ī deſcriptiōe terrę nō oīno ſilentio tranſibim⁹. DI. Rotūditatē aquę q̄ſo manifeſti⁹ oſtēdas. videtur em̄ hęc & ſenſui & rationi multū extranea. MAG. Quibuſdā de eius rotūditate dubitantibus tale a doctis obiꝭcit̃ argumentū. Si in

littore maris ſignū aliq̄d ponitur/nauiſq; in aqua ab eodē intm̄ ęlongatur donec oculus circa malum nauis ſignū in littore videre non poſſit: adhuc oculus in ſumitate eiuſdē mali exiſtēs videbit: cuius tñ oppoſitū de neceſſitate contingeret ſi tumor aquę non reſiſteret. Nam linea a ſumitate mali ad ſignū in littore poſitum protracta longior eſt q̄ linea a pede mali ad idem ſignum ducta; & ita res (cæteris paribus) per eam minus viſibilis eſt.



Facilius tamē rotunditas aquę a figura ſuarū partium ſumitur. Aqua nanq; corpus eiuſdē naturę in ſe tota & ſuis ptibus repitur. Partes v°o utpote guttulę omnes ad ſphericitatē tendunt: & ſic totū eiuſdē figuræ eſſe manifeſte concludunt. Terram perluſtrabimus.

De figuratione & natura terræ. Capitulū quadrageſimumquartum. MAG.

t Erra unā cum aqua (ut dictū eſt) cōſtituens ſpherā in ſupficie concaua aeris cōtinetur: & tanq; centrū in medio mundi conſiſtit. frigida eſt & ſicca de ſui primordiali natura. Ea tñ que nobis apparet humiditatibus exterioribus permixta & impura eſt. Hęc magnā cum animali habet cōuenientiam. Habet enim in ſe lapides & ſaxa magna & parua; queādmodū animal oſſa. Pro viſceribus & Terra

terræ com parato ad animal

inteſtinis/habet concauitates & cauernas multas:in quibus ex vapo
ribus ibidē incluſis diuerſa generant̄ metalla:mineralia & flumina: q̄
ſunt ut ſanguis in animali.& quidē neceſſaria:ne ſua ſiccitate rediga/
tur in puluerē.ubiq; igitur aquis eſt conſperſa.In eius ſuperficie arbo
res & gramina naſcuntur:ſicut in animalibus ungues/crines cęterę q;

Infernus q̄druplex

ſuperfluitates expelluntur.Eſt & in terra (ut aiunt) infernus quadru
plex:in quorum primo eſt carentia diuinę viſionis & pœna ſenſibilis.&
hic eſt locus damnatorū:& eſt corporalis;ſimiliter ignis in eo indefi/
ciens.Super hunc alius infernus eſt in quo & ſi ſit carentia diuinæ viſi
onis & gratiæ:nō tamen eſt ibi pœna ſenſibilis .& eſt locus puerorū
ſine baptiſmatis lauacro decendentiū.Sup hunc itē tertius eſt : quem
purgatoriū dicunt.in quo eſt pœna ſenſibilis: ſed non carentia gra/
tiæ dei.Super quē quartus infernus eſt .in quo quidem carētia eſt di
uinę viſionis ſed non gratię:nec eſt ibi pœna ſenſibilis.Et in iſto fue/
re ſancti patres ante Chriſti paſſionē.Sunt tamē qui hæc quattuor pę
narum loca aliter diſtinguunt.Auguſtinus aūt libro viceſimo.c.16. a
de ciuitate dei ſic ait.Ignis ęternus cuiuſmodi & in qua mūdi vel rerum
parte futurus ſit/hominē ſcire arbitror neminē : niſi forte cui diuinus
reuelauerit ſpiritus.Hæc itaq; theologię relinquētes / unde digreſſi ſu
mus reuertamur. DIS.Quomodo terra ut dicis in medio mun/
di poteſt conſiſtere nec cadit/cum ipſam nullū aliud elementorum pp/

terra me/ diū mūdi

ter ſui grauitatē poſſit ſuſtinere. MAG. Terrā in medio mundi ſub
ſiſtere ęquinoctia manifeſtant.Poſſibilitas autē ex eo patet;q in me/
dio eius punctus eſt:qui centrū terrę dicit̄: ad quē omnia grauia na/
turaliter tendunt & mouentur , ſurſum vero contra naturā & violenter
deferūtur. ut facile potes cernere in lapide ſurſu; proiecto. Ob id om
nes ptes terræ circulariter ad centrum eius tendunt:& ab eo non niſi per
violentiā recedunt.a quacūq; enim parte cœli mouerent̄/ſemp tende
rent ad centrū.unde ſi terra totaliter eſſet pforata:lapis in foramē hoc
proiectus/terrā non totam tranſiret ſed in medio circa centrū quieſce
ret.ſi eñ ultra centrum moueret̄:ſurſu; tēderet.& rurſus niſi terra in me
dio conſiſteret:ſtellę eidem quādoq; ppinquiores eſſent:& ſic maiores
apparerent;quod eſt contra omnē ſapientū experientiā. Ipſa igitur
ſup centro ſuo in medio mundi īmobiliter cōſiſtit.Quod Dauid ſpi Pl
ritu pphetico cognoſcens exclamauit. Qui fundaſti terrā ſup ſtabili
tatem ſuam nō inclinabitur in ſeculū ſeculi. Eadem ratione intelligi/
tur id quo dicitur ſuper nihilum fundata. DIS.Si dicta tua daui/
diticis cāticis pbare volueris/repugnantiā ut videt̄ repies. Nā alibi di
citur de orbe terræ.Sup maria fundauit eū & ſup flumina pręparauit
eum. MAG.Hoc nō quo ad tota; terrę mole; accipiendū/ ſed q̊ad
quaſdā partes intelligendū eſt. Multi enim mōtes maribus ac flumi
nibus reperiūtur ęminentiores .aut ſicut villas ac ciuitates dicimus ſup
Rhenū Danubiū aliudue flumen cōſtitutas;non q in flumine ſed cir

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

ca flumen ſint locatę. Omnes nanq̃ (ut ſupra diximus) aquę in ter/
minis terræ ſunt incluſę, eodem teſtante Pſalmiſta. Congregans ſicut
in utre aquas maris: ponens in theſauris abyſſos. &c.

De terrę rotunditate. Capitulum. xliiij. DIS.

T quō terrę rotunditatē accipere poſſumus: cū innumeri mō ꝓbať ter/
e tes conuallesq̃ in ipſa reperiant? MAG. Terrę rotunditatē ra rotūda
varie probare poſſumus. Primo quidē phiſice ſic. Omne pro phiſice
ductiuū rotundoꝝ eſt rotundū, cum generatio naturalis aſſimilet effe
ctum cauſę quantū poteſt, omnia autē terrę naſcentia ad rotunditatē
tendunt/ pfecte autē rotunda nō ſunt, qa non a ſola terra ſed aliis cau
ſis fiunt. Secundo mathematice. Omne corpus una ſupficie conten/ mathema
tum eſt rotūdum, terra eſt huiuſmodi: igiť terra eſt rotunda. minor hu matice
ius ſyllogiſmi aſtronomice inueſtigari poterit & probari. Tertio ro/
tunditas terræ ſatis clare ex ſtellaꝝ ſitu patet. Nobis nanq̃ ſtellę urſæ
circa polum arcticū exiſtentes ſemp apparent. hæ vero quę circa po
lum auſtralē ſunt/ a nobis nunq̃ videnť: niſi verſus auſtrū progredi/
emur: intm̄ ut mediū attingamus. Similiter exiſtentibus in oriente/
ſol citius occidit & oritur q̃ exiſtentibus in occaſu. quod eclipſibus ꝯ
prehenſum eſt. Vna enim & eadē eclipſis numero quę nobis in pri
ma noctis hora apparuit: orientalibus in tertia hora noctis viſa eſt. Sic
terræ rotunditas a ſeptentrione in auſtrum/ & rurſus ab ortu in occa/
ſum probatur. Quod vero de montibus & conuallibus obiicis: fa
cillime ꝓpulſabitur: ſi terrę magnitudinē animadnertas. Habent em̄
ſe montes magni & valles profundi ad terrā totam/ queādmodum ri
mæ paruę in globo magno. Cuius certiſſimū argumentū ſumitur in
eclipſi lunari. niſi enim ſphera ex aqua & terra aggregata tota eſſet ro/
tunda/ umbra eius nequaq̃ lunā ad partes arcuales obfuſcaret: ſed
iuxta terræ configurationem & montium gibboſitates valliumq̃ de
diuitates cernerentur. DIS. Experimentali huic argumētationi nō
poſſum non aſſentire. videris autē de terræ quantitate contraria dice
re. In ſuperioribus nempe terram quaſi punctum eſſe in medio mun
di: hic ob mirā ipſius molē montes maximos non reputari affirmas
MAG. Terrā reſpectu totius mundi aut firmamenti ut punctū re
putandā: ad montes autē & valles comparatā/ ſpacioſam & amplā
exiſtimandā dixi: non in ſe conſideratam paruā & magnā aſturxi.
DIS. Poteſt ne quātitas terrę humano ingenio inueſtigari? MA.
Etiam. DIS. Quomodo? MAG. Sumpto aſtrolabio aut qua/ terrę quā/
drante p ambo foramina ſtellę alicuius tibi notæ altitudinē p pendi/ titas inue
culum in limbo cōſidera: & ad quāuis mundi plagā perge: donec ea ſtigať hu
dem ſtella uno gradu altior aut depſſior videať. habebis itaq̃ q̄ntum mano in/
ſpacii ī ſupficie terrę uni gradui in cęlo correſpōdeat: q̊d ī miliaria ſiue genio
ſtadia ptitū & in gradꝰ cęli q ſunt, 360, mľtiplicatū terrę ambitū dabit.

Vnde cum iuxta Ptholemei traditionē in coſmographia: gradui uni in cœlo in ſuperficie terrę correſpondeant ſtadia.500.manifeſtu3eſt. quia totus terrę ambitus habet ſtadia.180000.hæc faciūt miliaria italica.21600.uni miliari in diuiſione ſtadijs octo cedentibus cū una tertia.quod ſi miliaria gradibus cœli diuiſeris/gradui uno milliaria ſexaginta prouenient.Hæc rurſus per quattuor diuiſa: fiūt miliaria alemanica quindecim:quę in ſuperficie terrę gradui uno in octo correſpondere cōpræhenſa ſunt.Quare ambitus terrę habet miliaria alemanica.5400.diameter.1718.& ✱ unius miliaris.ſemidiameter miliaria 858.& duas partes:quarū̄ vigintiduę unū miliare cōſtituunt.Si autē ut in quibuſdē codicibus reperitur gradui uno.700.ſtadia correſponderent:eſſet ambitus terrę ſtadiorū̄ ducentorū̄ quinquaginta duorum milium:quod voluit Eratoſthenes: & diameter ſtadiorū̄ octoginta milium & centum octoginta unius & ſemiſſis & tertię unius ſtadiorum

ambitus terræ

De partibus terræ habitabilibus iuxta diuiſionem eius in zonas quinqꝫ.Et ſi ſub ęquinoctiali ſit cōueniens habitatio.Et paradiſus qualis aut in qua pte terrę ſit.Capitulū.xlv. DIS.

Ex latitudine terrę p̄ſcripta multitudine3 inhabitantium innumerabilē coniecto: quandoquidē qui in uno regno ſunt/vix numerari aut numerati diſtincte cōcipi poſſunt. MAG.Attende ſpaciū quod mari & fluminibus illuitur: quod paludibus nemoribus & inuijs mōtibus occupat̄: quod aut beſtiarū̄ īmanitate nō habitatur:ſolis nimia vel vicinitate exuritur:vel diſtantia perpetuis algoribus conſtringit̄: & maxima pars multitudinis parte imaginatæ auferet̄.Vnde cū tota terra in quinqꝫ partes quas 3onas vocant partiatur/duę tm̄ ex his habitabiles perhibent̄. DIS.Quæ? MA. Vna quę a tropico cancri verſus ſeptentrionē uſqꝫ ad circulū arcticū protenditur:altera q̄ a tropico capricorni verſus meridiē uſqꝫ ad circulum antarcticū porrigitur.Quod autem inter tropicos ſub ęquinoctiali terrę eſt/torridam 3onam vocant:ob vicinitatem ſolis nimio calore non habitabilem:quod autē terrę inter circulos arcticū & antarcticū comp̄henditur/3onas frigidas nominant:nimio frigore non habitabiles.nō quia nullius hominis in his terrę ptibus habitatio eſſe poſſit:ſed ſi qua eſt/admodū praua eſt ob caloris modicitatē:quo tamen humanū genus præcipue indiget. DIS.Optima igit̄ in 3ona torrida habitatio eſt ubi calor abundat. MAG. Non caloris abundantia ſed temperantia hominū habitationem laudabilem reddit:q̄ ſub æquinoctiali eſſe hoc medio argumentatur. Na3 cum ibi ſemper tantus ſit dies quanta eſt nox:& econuerſo:noctis frigiditatē diei calor temperat: & calorem diei noctis ſuccedentis frigiditas mitigat.

3ona torrida
frigida

Sub æquinoctiali ē habitatio terræ conueniens



Vnde & paradiſus terreſtris ad orientē plantatā ſcriptura cōmemorat. Oriens autem verus ab ęquinoctiali cōputatur. Paradiſum autē nō modo eſſe hominū habitationē conuenientē; ſed locum amęniſſimum Magiſter ſen.li.2.di.17.teſtat̄.& diuus Auguſtinus.li.13.de ci. dei ca.21.idē affirmat. DIS. Habitationē eſſe hominibus cōuenientē ſub ęqnoctiali dierū & noctiū ęqualitas ſatis ꝓbabiliter arguit. Paradiſi autē amœnitas & oīmoda aeris trāquillitas ex eo potius eſſe con/

uincitur:quia ſupra regionẽ aeris turbulentã ad globũ lunæ uſq; por
rigitur. MAG.Si lunæ globũ cõtingit nõ in aere:ſed in ſphera ignis
accolarũ paradiſi eſt habitatio.& rurſus ſi paradiſus tm̃ a terra conſur
git ut lunarẽ circulum contingat:notabiliter ſphericã excedit terræ fi
guram.unde in umbra terræ & lunari eclipſi eius veſtigiũ notari poſ
ſet:q̊d nõdum cõprobatũ eſt.Magis itaq; viſum eſt Guilhelmo Pari Gu
ſieñ.li.de uniuerſo ꝙ paradiſus terreſtris in terræ ſuperficie aliqua ſita Pa
ſit.& Damaſcenus.li.ij.dicit ꝙ paradiſus ſit locuꝫ in oriẽte poſitꝰ om/ da
ni terra altior.Quantũ vero abſit ab agro Damaſceno unde primus nu
homo formatꝰ & in paradiſuꝫ trãſlatus fuit: aut demũ quot longitu
dinis latitudinisve gradus in deſcriptione orbis contingat:& ꝑ quos
anfractus & ſubterraneos meatus/quattuor inde profluant præci/
pua flumina:Ganges ſcꝫ Tigris Eufrates & Nilus multũ exercere ſo
let eos qui Coſmographiã ſacris litteris coaptant. DIS.Fortaſſe Gei
ſicut deus aditum eius romphea ignea & angelica cuſtodia mortali Gei
bus ꝓhibuit: ita & localem ſitum incognitũ eſſe voluit.Legitur tamẽ hiſt
in hiſtoria de Machario romano quomodo in eremo ad diſtantiam Ma
viginti miliariũ tm̃ a paradiſo habitauit ad orientẽ:quẽ tres monachi
longa peregrinatione diuino nutu repererunt.ex quorꝫ dietis ibidem
deſcriptis aucupari ꝓpemodum poſſet locus paradiſi. MAG:Ce/
teris hac ſupputatione dimiſſa:maior nobis cura ſit ita viuere ut illuc
angelico conductu tandem perduci mereamur:vel potius illo tranſcẽ
ſo ad cœleſtem perueniamus.

De diſtinctione climatũ. Et his quę accidunt habitantibus in quinq; primis climatibus/quantum ad ęſtates & hyemes & umbrarꝫ variationes. Capitulũ.xlvj.DIS.

Qvid per clima terræ in ſuperioribus argumentationibus de
ſignare volebas? MAG. Terræ partes ſcd̃m latitudinẽ ab
auſtro ſeptentrionẽ verſus per ſenſibilem dierũ maximorꝫ va
Clima primum riationẽ differentes.Nam primi climatis initiũ ſtatuerunt coſmogra
phi ubi dies maximus eſt horarũ duodecim & ſemis & quartę unius
& ęleuatio poli arctici ſupra horizontẽ graduũ ſimiliter duodecim
& ſemis & quartę unius.Medium vero ubi dies maximus eſt horarꝫ
dyameroes 13.& ęleuatio poli graduũ ſedecim.& nominãt hoc dyameroes.quia
parallelus ipſum deſignans per meroen ducit̃.Finis huiꝰ climatis eſt
ubi dies maximus horarũ tredecim & quartę unius: & ęleuatio poli
graduum.xx.& ſemis.Habitantes in hoc climate in temporꝫ & um/
brarum variatione cũ habitatoribus ęquinoctialis nõ nihil participãt
Hi nãq; duo habent ſolſticia alta:cũ ſol arietẽ vel libram ſubintrat.ſic
habent æſtates duas:unam circa feſtum Gregorij alteram circa Lam
perti.Habent & duo ſolſticia ima:ſole initia cancri & capricorni luſtrã
te:quibus temporibus etiam duas habẽt hyemes:ſed haud dubium

n̄oſtra ęſtate calidiores propter ſolis vicinitatē. In ęſtate umbra eo
rum mane iacitur ad occidentem: veſpere ad orientem: in meridie ve
ro nulla eſt ſole ſuper capita eorum currente. Cum autem ſol in can/
cro eſt: umbra eorum verſus auſtrum iacitur. In capricorno ad ſeptē
trionē protenditur. Idem ſuo modo contingit habitatoribus dicti cli
matis. cum ſol circulum parallelum inter equinoctialem & tropicum
cancri per cenith ipſoꝵ deſcribit. In fine illius climatis ſcd̄m initium Clima ſe/
ſumit. Medium vero habet ubi dies maximus eſt horarum. xiiȷ. & di/ cundū
midię: & ęleuatio poli graduū. xxiiiȷ. & quartę unius. Finis autē ubi
dies horarum. xiiȷ. & ſemis & quartę unius: & ęleuatio poli graduum
xxviȷ. & ſemis. Hoc dyaſienes vocant: quia parallelus ipſius perſienen dyaſienes
protenditur ſicut & tropicus cancri. Hi eſtatem & hyemē nobiſcū ha
bent: ſed calidiores omni tempore umbra eoꝵ ſicut & noſtra ad ſeptē
trionem iacitur: pręterquam eo die quo ſol tropicum cancri deſcribit
tunc enim in meridie umbra eorum nulla eſt. In ortu ſolis umbra ad
occaſum vergit. occidente ſole umbra in orientem proiȷcitur. In fine Clima ter
huius climatis tertium exoritur. ad medium peruenit ubi dies horarū tium
xiiiȷ. & ęleuatio poli graduum. xxx. ſemis & quartę unius. Finitur au
tem ubi dies eſt horarum. xiiȷ. & quartę unius: & polus ęleuať gra
dibus. xxxiiȷ. & duabus tertiȷs. Nominatur autem Alexandrios ab Alexan/
Alexandria ciuitate ægypti per quam parallelus climatis iſtius deſcri drios
bitur. habitatores in illo tempora & umbras nobiſcum habēt. nunq̄
ſol ad cenith capitis eorum pertingit minus his qui hieroſolymā in/
colunt. Fabula eſt ergo q̄ a nonnullis dicitur in terra ſancta aliquan
do ſolem perpendiculares radios in cauatam rupem dimittere. In fi
ne tertiȷ climatis quartum initiatur. Et medium habet ubi dies eſt ho Clima
rarū. xiiiȷ. & ſemis: & polus ęleuať gradibus. xxxvi. & duabus quin/ quartū
tis. Finitur autem ubi dies eſt horarum. xiiiȷ. ſemis & quartę unius.
Et polus attollitur gradibus. xxxix. Nomē illi dyarhodes quia ꝑ rho dyarodes
dum inſulā parallelus illiꝰ ducitur. In fine quarti principiū quinti eſt Clima
Medium vero ubi dies horarum. xv. & altitudo poli graduum. xli. & quintū
tertiæ unius. Terminatur autem ubi dies maior eſt horarum quin/
decim & quartę unius. & polus ſuſtollitur gradibus. 43. & ſemis no
men illi dyaromes: quia parallelus ipſius romā ciuitatem ſummi ſa/ dyaro/
cerdotis ſedem metitur. mes

Aliorum climatum diſtinctio. Inſuper quali/ter dies continue augmentetur habitanti/bus verſus polum arcticū donec ſub ipſo polo unus dies anni medietatem habere cō/uincitur. Capitulum. xlviȷ. MAG.

Clima ſe/xtum

ſExtum clima exoritur ubi quintum finitur. ad medium autem peruenit ubi dies horarū.xv. & ſemis. & altitudo poli graduū 45. & duarum quintarum. terminatur autem ubi dies eſt horarū.xv.& ſemis & unius quartæ & polus extollitur gradibus.xlvij.

dyaboriſ/thenes

& quarta unius. Nomen illi dyaboriſthenes. eo ꝙ parallelus ipſius boriſthenē ſeu Boriſcum inſignē Scithiæ amnem contingat: aut potius Inſulaʒ huius nominis paruā in ponto. tranſit em̄ parallelus iſte per mare pōticū: unde nominari poſſet.

Clima ſe/ptimum dyariphe os.

Septimū clima exoritur in fine ſexti: & ad mediū peruenit ubi dies maximus eſt horaꝝ.xvi.& ęleuatio poli.48. graduum & duarum tertiarū. Et illud dyaripheos nominant quia parallelus Ripheos montes contingat. Exquiſitius tn̄ intuentes orbis partitionē: clima ſextum a ponto: ſeptimū a Boriſthene nominant: & ripheos montes octauo climati deputant. Finē huic climati antiquiores nō ſtatuerunt: nec reſiduā terram verſus ſeptentrionē in climata alia diuiſerūt. DIS. Poſſet ne ultra partiri? MA. Etiam. latitudo tamen ſemper magis magiſqꝫ decreſceret. ad modicam quippe diſtantiam verſus polum dies ſenſibiliter augetur. quanto em̄ polus mundi amplius attollitur: tanto zodiacus horizōta obliquius interſecat: maioreſqꝫ arcus dierum ſupra hemiſperiū noſtrū relinquuntur/quā ſint arcus noctium ſub hemiſperio dimiſſi: ſole ſigna ſeptentrionalia percurrente. Contrarium autem ęuenire ſolet: ſole in oppoſita medietate vagāte. Vnde habitātes ſub parallelo trāſeūte per gradum quinquageſimum ſcd̄m ab ęquinoctiali diem habēt maiorem horarum.xvi.& ſemis. Sub parallelo autē tranſeunte per gradum .54. dies horarum eſt.xvij. Sub paralllelo ducto per gradum.56. dies eſt horarum.xvij.& ſemis. Sub parallelo ducto per gradum.58. dies maior habet horas. xviij. Sub parallelo autē contingēte gradum.61. dies eſt horarū.xix. Sub parallelo vero ducto per Tilen inſulam & gradum.63. dies eſt horarum.xx. Sub parallelo ducto per gradum.64. dies eſt horarum.xxi. Et nondum completo gradu 65. dies efficietur horaꝝ.xxij. In gradu.66. dies eſt horarū. xxiij. Sub arctico autē circulo dies una cum ſol a fine geminorū initium cancri aggreditur eſt horarum.xxiiij. & in oppoſita parte zodiaci dū ſol fuerit/nox eſt eiuſdem quantitatis: tunc em̄ tropicus horizontem ubiqꝫ ſine interſectione cōtingit: & quaſi circulariter ſupra horizontē ſol vertitur: in parte oppoſita totus ſub horizonte circūrotatur. In parallelo autem tranſeunte gradum.68. unius menſis eſt dies: cum ſol a medio geminorum ad cancri mediū mouetur & unius menſis eſt nox dum ſol in oppoſitis ſignis moratur. In parallelo vero qui gradū.70. attingit duorum menſium dies eſt ſole currente a principio geminoꝝ uſqꝫ ad finem cancri. & nox duoꝝ menſium erit ſole oppoſita ſigna luſtrante. In parallelo qui gradum.72. tranſit dies una erit triū menſium ſole a medio tauri ad mediū leonis vagante; nox tanta erit ſole

exiſtente in parte oppoſita. Creſcent dies paulatim donec ad polū peruenias: ſub ipſo quippe medietas ſpherę mundi ſemꝑ ſupra horizontem relinquitur. altera iugiter occultatur: & ęquinoctialis cū horizōte concordat. Cum igitur ſol eſt in medietate ſupra horizontem continuus dies eſt dimidij anni. cum autem in medietate mouetur: q̄ ſub horizonte relinquitur: nox continua eſt anni dimidij. verūtamen cum ibi ſol ultra ſignum unū ſub horizonte nunq̄ demergitur radijs ſuis ſuperiora ſemper aliqualiter illuſtrat. & ſic quaſi ſemper dies ibi eſt: niſi quantum aeris groſſicies & nebuloſitas interturbat. variam umbrarum variationem ſub dictis parallelis tu facillime coniectabis: & quę dicta ſunt oculis in ſpherici corporis reuolutione videbis. reſpice.

DIS. Plane videbo.

Climatū latitudo & longitudo deſcribitur: & Antipodes eſſe in oriente illis qui occidentē inhabitant probatur. Capitulum. xlviij.

MAG. Vnc ſi libet ſummatim climatum latitudinem ex graduū rationeſubiungam. DIS. Libet maxime. MAG. Primi cli- (Climatū latitudo) matis latitudo ab auſtro verſus ſeptentrionem eſt miliarium 465. Secundi 420. Tertij. 370. Quarti. 320. Quinti. 270. Sexti. 225. Septimi. 185. ſi terminatum accipimus. Sunt autem hæc miliaria itala: ſicut ꝓmiſſum eſt ubi de terræ magnitudine diſſeruimus: ſi gradui uni iuxta Ptholemæi deſcriptionem ſtadia. 500. deputamus: nam aliud fiet ſi gradui uni. 700. ſtadia aſſignentur: nec tn̄ is numerus ęueniet quem in pleriſq; codicibus inuenies: nec mirum cum in ſupputatione numerorum errorem facillime ſcriptores committere poſſint.

DIS. Longitudo autem climatum: num & ipſa per graduum rationem inueſtigari poſſet? MAG. Poſſet plane. verumtamen nō uniformiter in omnibus parallelis climatum gradui uni ęqua miliarium quantitas deputatur. nam & gradus in parallelis magis ſeptentrionalibus paulatim minores fiunt. cum etiam omnes circuli longitudinis minores ſint ęquinoctiali qui ſolus terrā medio cingit. Vnde in (Climatū lōgitudo) ęquinoctiali gradus longitudinis valet miliaria. 60. ſicut & de gradibus latitudinis dictum &c. In primo autē climate gradus longitudinis valet miliaria. 58. In ſecundo climate. 56. In tertio. 53. In quarto 49. In quinto. 56. In ſexto. 44. In ſeptimo. 41. In parallelo autē per tilen ducto gradus unius miliaria cōtinet. 28. & ſemis. Attendendum inſuper eſt quia ultra deſcriptionem Ptholemęi terra tam ad ortum quā ad auſtrum amplius protenditur. Vnde qui in extrema orientali plaga degunt pedes aduerſos habent his qui in ultima occidentis regione viuunt: taleſq; Antipodes dici poſſunt. Hos tamen diuus Auguſtinus negat libro. xvi. de ciuitate dei ca. ix. quia fortaſſe nondum tanta longitudo habitabilis in omnium noticiam venerat. Ad auſtrū

vero non tantum porrigitur terra habitabilis (ſaltem cognita) quæ
Antipodes habere poſſet illos qui magis ſeptentrionales ſunt. Om
nia hæc aperta dęmonſtratione videri poſſunt in ſphera ſolida. Nos
interim alia percurramus.

De Diuiſione terræ habitabilis in Europam Aſiam & Aphricam. Capitulum.xlix. DIS.

n E pigeat quęſo ad maiorem dictorum intelligentiam terræ ha
bitabilis mariſq; configurationē in plano deſcribere. MA.
Pars terrenę molis: quæ ad domini imperiū aquis congrega/
tis in locum unum apparuit: arida a coſmographis pręter diuiſiones Ge
in zonas & climata ſupra memorata trifariam partitur. In Europam
ſcilicet Aphricam & Aſiam. quas partes aqua circumfluens & inter
Mare labens generali nomine mare appellatur. Ab oris autem & terrę ꝓ/
uincijs alijsve cauſis diuerſa nomina accipit: & ſinus ipſius diuerſa ma
ria dicuntur. ut diuus Ambroſius teſtatur libro tertio hexaemerō ca. Am
tertio. Europam ab Aphrica diuidit mare mediterraneū quod ab occi
dentali Oceano circa Gades inſulam & colūnas herculeas non am/
plius decem millibus paſſuum patēs: terras aperit atq; intrat. ait Pō/ Pōp
ponius Mella. Aphricam ab Aſia diſterminat Nilus qui a meridie in Mel
Aethyopiam diffunditur. & Egyptum perlabens atq; mirabili fœcū
ditate irrigans oris nō minus ſeptem mari infunditur. Aſiam ab Eu
ropa diuidit Tanais fluuius a ſeptentrione in mediam fere paludem
Meotidem defluens cum ponto reliquum Aſiæ ab Europa ſeparat.
patent hæc in hic affixa mappulę mundi deſcriptione. DIS. Per lu
cide. ſed quid interpoſitis nominibus alijs deſignare ꝑtendis? MA.
Principaliores uniuſcuiuſq; terræ regiones ſeu ꝓuincias. DIS. Cō
modiſſima ad hiſtoriarum intellectum ſaniorem harum videtur eſſe
cognitio. MAG. Has ęnumerando magis quam deſcribendo per
currere libet breuitatis gratia. Nomina quoq; & regionū limites nō
intēdo hic limare & ſcđm preciſionē diſcurrere; nā in talibus inuenies
etiā claros Geographos digladiari. DIS. At primū deſcribas Eu
ropam; in qua nos conſtitutos iādudum relatione multoꝝ didici.

Satrapę Europę nominatim ęnumerantur. Capitulum quinquageſimum. MAG

Europa Vropa ab occidente clauditur mari Athlantico: a ſeptētrione
e Oceano Britannico: ab oriente Tanai Meotide Palude & pon/
to a meridie mari mediterraneo. In ea ſunt regiones & populi
plurimi ob aeris temperiē. Ab occaſu verſus ortum prouincię ma/
Hiſpania gis nominatę ſunt Hiſpania/quę Hiberia & Hiſperia nonunq; nomi

natur. Cuius partes ſunt Bętica ſiue regnum Granatæ: quod noſtro
ęuo rex Hiſpanię Ferdinandus Sarracenis decennali obſidione & bello
abſtulit: chriſtianitatiq́ adiecit. Luſitania ſeu portugalia. Tarraco/
nenſis ſeu Catilonia hę partes principales hiſpanię: in qua & alia regna
ſunt. Inter quę regnum Galitię longe lateq́ vulgatur propter uniuer
ſalem peregrinationem ad ſanctum apoſtolum Iacobum Cōpoſtel
lanum. Regnū inſuper caſtellę & legionis aſtronomis memorabile
reddidit Alfonſus rex prudentiſſimus: qui tabulas motuum corpo/
rum cœleſtium miro ingenio compilauit. Hic iuri ſuo quod ex electi
one habuit ad Imperium intuitu pacis voluntarie ceſſit. Hiſpaniam
ſequitur Gallia medio monte Pyrreneo. Partes Gallię ſunt Aquitania Gallia
Lugdunenſis Narbonenſis ſeu Delphinatus ſiue prouincia & Belgi
ca fere ad Rheni fluenta uſq́ protenſa. Partiales prouincias Gallię ſi
diſtinguere voluerimus/occurrunt ecce Francia Normandia Britā
nia Turonia Picardia Flandria Brabantia Gelria Holandia Seelan/
dia Burgundia Lotheringia Lucelburgia Heluetia ſiue Alſatia: quę
tamen germanię potius eſt coniungenda. Galliam autem ſequitur germania
Germania magna ad Sarmatiam uſq́ extenſa inter Rhenum fluuium magna
ab occidente mare a ſeptentrione & Danubium a parte meridiona
li. Partiales regiones Germanię ſunt Franconia ſiue Francia orienta/
lis. Vueſtualia Friſia Saxonia Thuringia Haſſia Marchia Branden
burgē. Miſia Sleſia Bohemia Marauia Cimbrica Cherſoneſus. quę
nunc Datia vulgo Dennmarck ad ſeptentrionem. nam alia eſt Da
ria: quam Vualachiam nunc nominant. de qua paulo infra. Poſt
Cimbricam Cherſoneſus Norivegia Suetia in mari. Inter Danubi/ Retia
um & Alpes reticas: primam Reticam ponunt: quæ & Sueuia q̄uis
ultra Danubium protenſa ſit. Poſt hanc vindelicia ſeu Bauaria. cuius
ſimiliter pars non modica ultra Danubium extenditur. Noricia cui
nonnulli Stiriam & Charintiam aſcribunt. Pannonia ſuperior nunc
Auſtria. Pannonia inferior quæ & Vngaria a mari Hadriatico Hiſtria
Illyris Liburnia quam dicunt Croatiam. Dalmatia quæ & Slauonia Italia
Italia eſt ab alpibus ad mare mediterraneum. In ea regiones nō pau
cę Lombardia Tuſcia Ethruria Campania Marchia Aprucia Cala/
bria Apulea. & ſic de alijs Vngariam ſequitur Miſia: aut verius Meſia
ſuperior: quę Seruia ſiue Roſciana: & partim Boſna dicitur. Meſia in
ferior quæ continet Boſinenſes & Valaccos. Baſſos & nunc Bulguria Græcia
Datia quæ & Vualachia Thracia in qua Conſtantinopolis quondā
ciuitas imperialis Græcię Cherſoneſus Epirus ſeu Romania Dedania
Moloſſa Chaonia. Peloponneſſus ſeu Morea Achaia, ibi Corin/
thus. Arcadia ipſa eſt Siciona a Sicione rege: a quo regnum Sicio/
norum quod inter quattuor computat̄ ab Auguſtino libro de ciuita/
te dei Macedonia Theſſalonica Ellados ſeu Attica/ubi Athenis Boe/
gia/ubi Thebe ciuitates nominatiſſimę. Gręcia ecce q̄ lata: hodie heu

heu a ſpurciſſimo inimico crucis Chriſti Turco ferme tota dæuaſtata:
Sarmatia A Germania uſq; ed Scithiam Sarmatia eſt regio latiſſima: cuius par/
tes ut aiunt Polonia: Maſſouia. Pruſſia. Lithuania. Samethia. Liuonia
Ruſſia &c. Scithia & quæ nominatę ſunt Sarmatię regiones/Barba/
ria dicebatur a feritate gẽtium. Dimiſſa particulari harũ deſcriptione
ad Aſię prouincias tranſeundum eſt.

Aſiæ regiones nominatim ponuntur.

Capitulũ qnq̃geſimũ primũ. DIS.

Się regiones quę ſunt? MAG. Enumerãdo Aſię ꝓuincias
a nonomnes / ſed magis apud noſtros nominatas: ipſam ob
latitudinẽ in duas partes diuiſam intelligamus: ſeptentrionalẽ
ſcilicet & meridionalẽ. Primo ſeptentrionalẽ/ de hinc meridionalem
deſcribamus. DIS. Ocyus/ne occiduus ſol lucem ante cõplementũ
auferat. MAG. Tertia orbis pars q̃uis Aſia appellet̃ generali no
mine: pars tamẽ eius minor aſia nominatur: habens prouincias & re
giones multas p̃cipuis eccleſijs ornatas: quibus quondã p̃erat ſanct9
Ioannes euangeliſta. nũc autẽ noſtris exigẽtibus demeritis: ab inimi
declaratõ cis crucis Chriſti dirutas ac fœdatas cognouimus. Hic ob ſpacij angu
mappule ſtiã pro nominibus regionũ litteras poſui. Ibi eſt pontus. hic eſt & Bi
Aſiæ mi/ thinia littera. f. ſignata. Galatia. g. Paphligonia/Piſidia. h. Capadocia
noris. i. Caria. a. Litia. b. Pamphilia. c. Lidia. d. Circa hanc in mari eſt inſula
Meleta in actibus Apoſtolorũ Mitilene nominata (q̃uis erronee) in
qua mira operatus eſt Paulus apoſtolus. Phrigia prouincia aſię mi
noris ſignatur per. e. Circa hanc inuenies inſulam Tenedos. Cilicia.
Armenia minor. Armenia maior. Colchis: unde Iaſon medeę magia
inſtructus aureũ vellus abſtuliſſe fabulatur: quia torrentes illius aurũ
deferunt: quod lanoſis pellibus accolę excipiũt. Taurus mons a Pam
philia exoritur & ad Indos uſq; ꝓtenditur. A Tanai amne Scithia ſeu
Sarmatia aſiatica longo tractu verſus ortum ꝓgreditur. Altera extra
Imaum montẽ/altera intra Imaum continetur. Mare quod ibidẽ con
ſpicis/Caſpiũ. Hircanũ & Scithiũ ab oĩbus nominari ſolet: & a ſeptẽ
trionali oceano latenter quaſi fluui9 intrat. In hoc inſula eſt Talge ſine
cultu ſemꝑ fertilis. regiones hic multę ſunt: videlicet hircania/Hiberia
Albania/Bactria/Margiana/Aria/Sogdiana/ Sachanũ regio: Serica
in qua ut aiũt ſericũ arboribus in modũ lanuginis adheret. gens illa
plena ſcribit̃ iuſticię & cõmercij. Alterius medietatis Aſię regiões ſunt
a mari rubro Arabia triplex: videlicꝫ Arabia deſerta Arabia petrea (ubi
metropolis Petra. de qua Iſaias. Emitte agnũ Dñe dominatorẽ terrę de Iſaias.
Petra deſerti ad montẽ filię Sion) & Arabia fœlix. unde thus venit &
ob id thurifera dicit̃. Syria ſimiliter triplex eſt / Paleſtina Phœnicia &
Syria curua. Omnẽ aũt terrã a Damaſco uſq; Gazam terrã Canaan
& terram promiſſionis ſacrę hiſtorię vocitant (In qua prouincię ſin

SEPTENTRIO
Aparctias
Boreas
Vulturnus
Subsolanus
ORIENS
Eurus
Euro Auster
Nothus vel Auster
MERIDES
Aphricus Auster
Aphricus Libs
Zephyrus vel Favonius
OCCIDENS
Chorus
EVROPA
ASIA
APHRICA
MARE INDICVM
Mare Indicum
Equinoctialis
Tropicus Cancri
Tropicus Capricorni
Mons Lune
Ethiopia interior
Ethiopia sub egypto
Arabia felix
Sinus Arabicus
Sinus persicus
Taprobana
India intra gangem fluuium
India extra gangem fluuium
Sinus gangeticus
Mare mediterraneum
Mare hircanum
Hic non terra sed mare est: in quo mire magnitudinis insule/sed Ptolemeo fuerunt incognite.
Hic Aphrice terra longius protenditur ad quadragesimum ferme gradum
Hic reperiuntur elephantes albi, Rhinocerontes & Tigrides.

gulares ſunt Damaſcena. Galilea. Samaria. Iudea. Paleſtina & Idumea) Meſopotania. Caldea. ubi Babilon. Aſſyria: Suſiana: Media: Perſidis: Parthia: Carmania deſerta: Carmania altera. Drangiana: Gedroſia: Arachoſia: Paraponiſus: India intra Gangẽ: India extra Gangem: Sinarum regio. & in pelago Indico Tabrobana inſignis inſula regiones ſitę ultra meridianũ ultimum a Ptholomeo dæſcriptum ferme ad. 40. gradus. Similiter & particularẽ earũ quæ nominatim cõmemoratę ſunt deſcriptioneꝫ quantũ ad ſitum/fertilitatem/continẽtiam/accolarum proprietates & mores ex Plinio Strabone Ptholemeo perquirere poteris. DIS. De Aphrica autem quid fiet? nunquid indiuiſam eam & ſilentio tranſibis?

Aphricæ regiones ęnumerantur. Capitulum quinquageſimumſecundum. MAG.

a Phrica ab occidente mari athlantico/a meridie oceano Aethyopico/a ſeptentrione mari mediterraneo/& ab ortu Nilo finitur. eidem tamen quæ ultra Nilum ſunt ad mare rubeum regiones hic additę ſunt. Ab occaſu montem habet Athlantem: quem ob altitudinem cœlũ ſuſtentare dixere. Regio prima Mauritania tingitana. ſecunda Mauritania ceſarienſis. tertia Libia interior. q̃rta eſt Numidia: quã & Mappaliã nõnulli dixerunt. quinta Aphrica minor: in qua illa magna Carthago ſtadioꝝ. 360. olim romani imperiĵ pertinax æmula. ſexta eſt Cyreneica: quam & Penthapolim vocant a numero ciuitatum: quarũ Cyrene una eſt/regioni nomen accomodãs ſeptima Marmarica eſt. octaua Libya. quo nomine etiam tota Aphrica appellatur. nona Aethyopia interior. decima Aegyptus inferior in qua olim filiĵ Iſrael ſub Pharaone poſt duram ſeruitutem mirabilia viderunt: quę Dominus operabatur per Moſen in campo Thaneos. Eſt autem Tanis ciuitas Aegypti inſignis: tunc regali præſidentia decorata. In Aegypto ſunt Alexandria. Damiata & Soldani ſedes ampliſſima ciuitas Chayrus: quam & Alkyr nominant. Supra hanc Aegyptum alia Aegyptus eſt Thebais ſcilicet monachorũ & anachoritarum: olim cęlibi conuerſatione decora. In hac Thebais ciuitas quã centum portas totidemq; aulas & principes habuiſſe aſtruunt: e quibus ſanctus Mauricius cũ glorioſa legione veniſſe traditur. Supra hanc Aethyopia eſt mediterraneæ gentes multę ac mirabiles: Trogloditę quę veſcuntur ſerpentibus: ſtrident magis q̃ loquantur. Garamantes: quarum uxores cõmunes ſunt. Augiles: Blẽmes ſiue Blẽmiĵ capitibus carent: vultus habent in pectore. Satyri: qualem ſanctus Anthonius vidit: ut legenda ędocet. Athlantes. Getuli. & alię multę: quaꝝ deſcriptiones prememorati coſmographi proſequuntur. *mirabilia Aphricæ.*

Inſulas perpaucas in deſcriptione hac inuenies: quaruꝫ nomina Gades. quę & Betice adiacet. Corſica. Sardinia & Sicilia circa Italiã. Cor

cyra in Hadriatico mari.Euboea quę & Nigropont Boetiæ oppoſita eſt:Creta ſiue Candia.Rhodus & Cyprus. In Septentrionali pelago ſunt Hibernia.Anglia:quę Albion & olim Bricamna dicta eſt:cuius pars Schotia.Thile.Irlandia in ultimo mari.Orchades.30.numero & Scandia memorabilis.Hæc circa terrę infimę ptis elemētalis mūdi deſcriptionē cōmonuiſſe magis ꝙ tractaſſe me cognoueris: ne aliquando ꝑutilem coſmographiæ ſcientiam abhorreſcas: ſine qua nec gentilium nec ſacrarum litterarum hiſtorias plene intelliges. DIS. Introductione iſtac ędoctus cum vacauerit aliorū ſcripta diligentius luſtrabo:interim quæ ſupſunt de Aſtronomia ꝓſequamur. MAG.

epilogus

Singulas & cœleſtis & elementalis regionis partes/ſicq; totius mundi habitudines ea qua potuimus breuitate deſcripſimꝰ: nec relictum videtur ꝙd neceſſario explicandum expoſcas. DIS.Satis abunde de his tractatum eſt: nihil autem de Aſtrorū iudicijs quibus nōnulli quotannis de temporū varietate/annonę penurię/& abundātia/bellis & ęgritudinibus diuerſis futura pronoſticant. MAG.Hęc Aſtrologia nō Aſtronomia ędocet;quæ ex motibus/coniunctionibus/aſpectibus & influentijs cœleſtium corporū/inferiorum mutationes conſiderat. DIS.Ne graueris obſecro huius principia breui ſermone explicare. MAG. Cōmodius hoc ab alio tractatu exordiemur. DIS.ut lubet.

Libri Septimi.Tractatus ſecundus de Aſtrologia.Capitulū primum De partibus Aſtrologiæ. MAGISTER.

ptes aſtrologiæ.

a Strologiæ partes quinq; numerantur. Prima.quę introductoria eſt:circa principia verſatur.Altera de magnis & annuis reuolutionibus tractat.Tertia genituras ſingulorum dijudicat.Quarta interrogatiōes conſiderat.Quinta ęlectiones explanat.Additur a quibuſdam pars ſexta:quę imaginū fabricam & operationem ędocet. DIS. Hoc ſeruato ordine ſingulas ꝑcurramus. MAG. Plane percurremus. nā pauca admoduꝫ de his dicere ſtatui. DIS.Quam ob cauſam? MAG. Ne præcellens ingenium tuum altioribus imbuendum diſciplinis: præter neceſſarijs ac minus certis inſtitutis prępediā. DIS. Fac quod noueris utilꝰ.

De principijs Aſtrologiæ.Capi.ij. MAG.

p Rincipioꝝ quæ introductoria pertractat quædā ſunt circa Zodiaci partes & earundem naturas:quędam circa planetarum qualitates/nonnulla vero circa domorū diuiſiones& earundem ſignificationes. DIS.Zodiacum in duodecim partes ſiue ſigna: & unūquodq; ex his in triginta gradus lōgitudinis/& duodecim latitudinis diuiſum ex pręcedentibus liquet. MAG.Sicut circuloꝝ

in ſphera deſcriptorũ diuerſitas tantũ eſt imaginaria:ita & diuiſio zo/
diaci non eſt ex natura aut primordiali creatione / ſed pro arbitrio &
aſtrologorum fictione:ut initia & terminos calculandi motus habe/
ant. MAG. Quare igitur Zodiacum non in plura aut pauciora ꝙ ʒodiaci di
duodecim diuiſerunt ſigna? aut quare ſignũ unum in gradus trigin/ uiſio ima
ta/& rurſus gradum in ſexaginta tantꝗ partiuntur minuta? MAG ginaria n̄
Quia numerus iſte diuiſionibus & calculatiõibus accomodatior eſt nãlis eſt.
ut teſtant̃ ipſi aſtrologi Hali: Auenrodan in expoſitione Ptholemæi.
& Abraam Auenaʒra in libro rationum aſtrologicaꝝ. DIS. Potu
iſſent igitur ſi voluiſſent in plures paucioreſue partes Zodiacũ diuide
re? MAG. etiam. Nam & Chaldei non ſignis/ ſed imaginibus un
decim tantũ utunt̃: libram & ſcorpionem ſimul copulantes. DIS.
Memini hoc ultimum dum cœleſtes imagines ænumerares cõmemo
ratum. ſed earundem naturas ædicito. MAG. De ſignorum natu/
ris aſtrologi & ſi multa nimis differãt: nobis tñ ſatis erit pauca admo/
dum cõmemoraſſe magis ꝙ tractaſſe. Aries ſignum primum cali Aries
dum eſt: ſiccum igneum & cholericuʒ: ex corporis compage caput ſi
bi vendicans. Taurus vero ſecundum ſignum frigidum & ſiccũ: ter Taurus
reum & melancholicum/ colla reſpicit. Gemini tertium in ordine ca Gemin
lidum & humidum: aereum & ſanguineum. brachia intuetur. Cancer Cancer.
quartum ſignum frigidum & humidum: aqueum & flegmaticũ. ob
tinet pectus/ pulmoneʒ & ſtomachuʒ. Leo quintum / in qualitatibus Leo
cum ariete conuenit. cor & epar regit. Virgo cum tauro concordat Virgo
ſed inteſtina & fundum ſtomachi vendicat. Libra vero cum gemini Libra.
congruit: ſed renes & nates reſpicit. Scorpio cum cancro in qualitati/ Scorpio.
bus congreditur: ſed pudenda intuetur. Sagittarius rurſum cum arie ſagittari⁹.
te & leone coincidit: & coxas intendit. Capricornus cum tauro item Capricor.
& cum virgine concordat: ſed genua gubernat. Aquarius cum gemi Aq̃rius
ni & libra conuenit: ſed cruribus & tibijs præeſt. Piſces vero in quali Piſces
tatibus a cancro non deuiant: ſed pedes vẽdicant. Et cum ſemper tria
conueniant/ quattuor triplicitates ex his fabricãt. Primaʒ videlicet ari
etis/ leonis & ſagittarij dicunt orientalem maſculinam: diurnam & ſa
pore amaram. Alteram tauri ſcilicet virginis & capricorni meridiona
lem: fœmineam nocturnam & ſapore acrem nominãt. Tertiam quæ
eſt geminorũ/ libræ & aquarij occidentalem maſculinã & diurnã: & ſa
pore dulcẽ appellant. Quartam vero quam cancer ſcorpio & piſces
integrant: ſeptentrionalem fœmineam nocturnã & ſapore ſalſam vo
cant. Illis quoq; trigonis dominatores ex planetis diſtribuentes: tã
tum inter ſe pugnant/ ut cuiuis magis credendũ ſit facile non appare
at. Amplius autem & ſignorum alia dicunt mobilia. quæ ſunt Aries. ſigna mo
Cancer Libra Capricornus. alia fixa: quæ ſunt Taurus Leo: Scorpio: bilia fixa
Aquarius. Reliqua vero cõmunia ſunt. Quædam inſuper rationa/ cõmunia
lia, ut Virgo Gemini Libra Aquarius; & prima medietas Sagitarij. rationalia


Aries. calidus & ſiccus: igneus cholericus
Gemini. calid. & humidum aereum ſanguineum.
Taurus. frigidus & ſiccus: terreus melancholicus
Leo. ſimil. arieti
Sagittarius. Leoni & arieti ſimilis
Cancer frigidus & humidus aqueus flegmaticus.
Virgo ſimil. tauro
Capricornus: tauro & virgini ſimilis
Libra. ſimil. gemini
Aquarius. gemini & librę ſimilis.
Scorpio. ſimil. cancro
Piſces. ſimiles cancro.
Splen

Q uędam prȩterea ſterilia: quędam fœcũda: & cętera multa id genus figmenta: ad gradus uſqꝫ deducta cũ alios dicant gradus maſculinos alios fęmininos: lucidos quoſdã & alios tenebroſos fumoſos vacuos/puteales & alzemena ſiue valitudinarios. Prȩterea & ſingula ſigna in ternas facies diuidũt: in terminos aũt inȩquales diſtinguũt quorum dominia planetis diſtribuũt & multiplices fortitudines ĩpis/rõne taliũ aduenire credũt: nã a triplicitate planetã fortitudines tres accipe autumãt a termino duas: a facie unã: a domo vero qnqꝫ: & ab exaltatiõe quattuor Verũ in iſta graduũ/facieꝝ ac terminoꝝ aſſignatõe inextricabilis apud Aſtrologos non infimos inuenitur diuerſitas.

De domibus exaltationibus: naturis & qualitatibus atqꝫ aſpectibus planetaꝝ Capitulũ tertiũ.

DISCIPVLVS.

d Omus planetarum quę ſunt? MAG. Signa zodiaci. Nã Saturno pro domiciliȷs aſſignant Capricornũ & Aquariũ. Ioui ſagittarium & piſces. Marti Arietem & ſcorpionẽ. Soli leonẽ tantum. Veneri taurum & libram. Mercurio gemini & virginem. Lunę ſolum Cancrum.

domus planetaꝝ

DIS. Exaltationes vero quę ſunt? MAG. Saturnus exaltatur in gradu. 20. librȩ Iupiter in. 15. Cancri. Mars in 28. Capricorni Sol in. 19. arietis. Venus in. 26. piſciũ. Mercurius in 15. virginis. Luna in quarto tauri. Caſus omniũ ſunt in locis oppoſitis.

Exaltationes planetarum

DIS. Plane. ſed quid tradunt de planetarũ qualitate? MAG. Saturnum frigidũ & ſiccum colore nigrum & ſapore ſtipticũ dicunt. Iouem vero humidũ & calidum: colore cinericiũ aut viridem: ſapore dulcem. Martẽ ſiccum & calidum: rubeũ & amarum: Solem calidũ & ſiccum: in colore peregrinũ & ſapore acutum Venerẽ humidã & frigidam albam & unctuoſam. Mercuriũ varium: & planetę cui iungit in qualitatibus primis ſe cõformantẽ: in colore mixtũ & ſapore acetoſum dicunt. Lunam frigidã & humidã: croceam & ſalſam perhibẽt Rurſum ex his quidã graues & ponderoſi nominant. ut ſaturnus Iupiter: Mars alȷ leues. ut Venus. Mercurius. Luna. Sol aũt nec ponderoſus nec leuis eſt. Q uidã etiam fortunę ſunt. ut Iupiter fortuna maior: Venus fortuna minor. Alȷ infortunę ſunt: ut Saturnus infortuna maior. Mars infortuna minor. Mercurius aũt cum bonis bonus cũ malis malus. Sol bonus per aſpectũ: malus per cõiunctionẽ. Luna quaſi nuncia p omnes currit: & ab ĩpis fortunata & infortunata reddítur: venus & luna fœminini ſunt: reliqui omnes maſculini. Nocturni ſunt Mars: Venus & luna. diurni ſunt alȷ omnes. Nonnulli amici dicuntur: quidã inimici nominant: Nam amici Saturni/ſunt Iupiter Sol Luna. inimici ſunt Mars & ven⁹. Iouis amici ſunt omnes/dempto Marte. Martis amica ſola venus eſt: cęteri inimici. Solis amici ſunt Iupiter, Venus; inimici mars Mercurius & luna. Mercurȷ amici ſunt

Naturæ planetaꝝ

Saturnus iupiter venus/cęteri inimici. Lunę amici ſunt Saturn⁹ iupit ven⁹ alij inimici. Amici capiti draconis dicunt̃ eſſe iupiter & venus de q̃rũ natura eſt: & ideo fortuna. Amici caudę/ ſunt ſaturnus & mars quorꝫ naturã participat: & ideo infortuna eſt. Augent̃ autem & mi/nuuntur iſta per aſpectus. DIS. Quomodo ſe aſpicire dicuntur?

MAG. Cum in eodẽ ſigno & gradu ſunt: coniuncti dicunt̃. per cõtrarium ſeparati nominantur. Si autem per ſextam partẽ zodiaci: hoc eſt per duo ſigna diſtant / aſpiciunt ſe aſpectu ſextili: qui eſt amicitiæ imperfectę. Si autẽ per tertiam zodiaci partem diſtant id eſt per quatuor ſigna: trino aſpectu ſe reſpiciunt/qui eſt amicitiæ perfectę. Si vero ꝑ quartã ꝑtem zodiaci: id eſt ꝑ tria ſigna opponunt̃/quarto ſe aſpe



ctu intuentur qui eſt inimicitiæ imꝑfectę. Si autē per ſex ſigna diſtant oppoſiti dicunť: qui aſpectus eſt ꝑfectę cōtrarietatis. DIS. Quatuor igiť aſpectus ſunt. ſcꝫ. Sextilis trinus quartꝰ & oppoſitio. MA. ſane. Nā cōiunctio ꝓprie aſpectꝰ dici nequit: & vim ſortitur ut ꝗdā tradūt ꝑ gradus. xij. añ & poſt. Figura aſpectuū eſt quā hic ſupra cernis.

De quibuſdā alijs accidētibus planetaꝝ: q̄ & aſtronomū ignorare non oportet. Capitulū. iiij.

MAG P Ræter hæc autem & planetis alia multa nomina attribuuntur & accidentia: quoꝝ cognitio etiam Aſtronomiæ utilis eſt. DIS. Eo magis explicanda ſunt. MAG. Planetę quandoqꝫ dicunť directi: quandoqꝫ retrogradi: nunc etiam ſtationarij. DIS. De his in pręcedenti tractatu diſſertum eſſe memini. alia ſi quæ ſunt ænumera. MA: Planetę dicuntur etiā quandoqꝫ tardi curſu & minuti: cum ſcilicet linea veri motus eorū tardius mouetur q̄ꝫ linea medij motus: aut contra ſucceſſionem ſignorum incedit. veloces autem & aucti curſu dicuntur quando ſecundū ſucceſſionē mouentur. Aucti vero numero ſunt: quādo ęquatio additur ſuper mediū motū. cum aūt minuitur: minuti numero vocanť. Aucti ꝟo lumine ſunt: quando a ſole recedunt vel ſol ab eis. & minuti lumine vocantur: quando ad ſolem appropinquant. & cum ad gradū decimumquintū aut duodecimum veniūt: ſub radijs ſunt: & combuſti nominanť. Orientales ſunt quando oriuntur ante ſolem. Occidentales ꝟo cum occidunt poſt ſolem. Vnde & venus ſolem pręcedens in aurora/lucifer: ſequens autem ſolem poſt occaſum/heſperus dicitur. De qua Boetius libro primo de conſolatu philoſophico metro quinto ait. & qui primę tēpore noctis agit algentes heſperus ortus: ſolitas iterū mutet habenas Phębi pallens lucifer ortu. Dicuntur & orientes ortu matutino: cuꝫ de ſub radijs exeunt: & propter remotionem eoꝝ a ſole/mane ante ortū ſolis apparere incipiunt. Orientes ꝟo ortu veſpertino dicuntur/cuꝫ de ſubradijs exeunt: & propter remotionē eorum a ſole veſpere poſt occaſum ſolis apparent. Occidentes autem occaſu matutino ſunt/cum radios ſolis ingredientes mane occultari incipiunt. Et occidentes occaſu veſpertino/cum radios ſolis intrantes & poſt ſolis occaſum occultari incipiunt. Tres tamē ſuperiores occaſu matutino nō occidūt nec ortu veſpertino oriuntur. Meridionales etiam planetę appellantur/cum in ſuo ęcentrico ab ecliptica verſus meridiem declinant. Septentrionales autem cum verſus ſeptentrionem tendunt. Reſpectus autem planetarum quos in diuerſis ſignis ad diuerſas corporis ꝑtes habere dicuntur/in ſequenti patent deſcriptione.

Planetę dicunť tarđ veloces aucti numero

aucti lūie

combuſti orientales

orientes matutinales

oriētes veſpertini

occidētes matutinaľ

occidētes veſꝑtini

Meridionales

ſeptētrionales.

Quas corporis partes planetæ in diuerſis ſignis reſpiciant, Capitulum quintum.

	♄ Saturnus	♃ Jupiter	♂ Mars	☉ Sol	♀ Venus	☿ Mercurius	☾ Lun
aries ♈	pectus	ventrē	caput	femora	pedes	crura	ge
taurus ♉	ventrē	dorſuȝ.	collum	genua	caput	pedes	cru
gemini ♊	ventrē.	verēda	pectus	crura talos	collum	caput	fem
cancer ♋	virilia	femora	pectus	pedes	brachia hūeros	oculos	cap
Leo ♌	verēda	femora genua.	ventrē	caput	cor.	guttur.	coll
virgo ♍	pedes	gēnua	ventreȝ	collum	ventreȝ	cor	hūer
libra ♎	genua.	oculos	verēda	hūeros	caput	ventrē	cor
scorpio ♏	talos	pedes	caput brachia	cor	verēda	dorſuȝ.	ventr
sagit. ♐	pedes.	crura	manus	ventreȝ	femora	verēda	dorſu
capricō. ♑	caput oculos	crura	dorſuȝ.	cor	verēda	femora	femor
aquarius ♒	collum	pectus	cor	verēda	genua.	femora	verēd
pisces ♓	hūeros	cor.	ventrē	femora	dorſuȝ.	crura	femor

De diuiſione cœli in domos duodecim: & nominibus earundē. Capi. ſextū. MAG.

Otum iudicādi negociū maxime ex Zodiaci in duodecim domicilia partitione dependere eſtimant. verꝫtamē nec in hac cōcordant. Sed prætermiſſis duobus partiendi modis / tertiuꝫ exempli cauſa pandam: qui talis eſt. ut intelligant ſex circuli magni in ſphera ſuper polis mundi utrinqꝫ ſeſe interſecantes / atqꝫ ꝑ puncta æquinoctialis diuiſi in duodecim æqualia tranſeuntes: per hos eñ ſex circulos Zodiacus in duodecim / ſed non ęquales partitur domos: quarum una medietas ſub orizonte: altera ſupra orizonta apparet: & oppoſitæ ęquales reperiuntur. Quattuor ex his anguli vocantur. ſcilicꝫ Prima: quę eſt angulus orientis. Septima: oppoſita angulus occidētis. Decima: eſt angulus diei ſeu mediꝫ cœli. Quarta: eſt āgulus noctis ſub horizonte. In his ut aiunt planetę ſunt fortiores. Poſt has / q̄t

domus

anguli



Succedentes

tuor domos/ ſuccedentes nominant: in quibus planetę ſunt debiliores q̃ꝫ in angulis. & ſunt dom⁹ ſc̄da octaua undecima & Quinta. Reliquæ quattuor cadentes nominantur: cæteris debiliores.

Cadentes

Ex his & conſtellationibus in illis repertis per cæteras Aſtrologiæ partes varia ac mira prædicere conantur.



Si dæmonſtratione/experientia aut alia quauis via aſtrologiæ principia cognita ſint. Capitulum ſeptimū.

DIS. P Riuſquā has partes aggrediamur: ædicito quonā modo aſtrologi tantā partium eiuſdem cœli diuerſitatē inueſtigare potuerunt? aut quid firmitatis habet quod etiā in gradibus quantum ad qualitates/facies/terminos/exaltationes & caſus ponunt: & planetis attribuunt? MAG. Aſtronomiæ principia de quibus in p̄cedenti tractatu actum eſt: ex geometria/numeroꝝ concurrente ratione indagari potuere. DIS. Non de illis (quoniā quantitatē concernunt) quęſtionem moueo: ſed de diuerſitate qualitatū & influentiaꝝ cœli & partiuꝫ eius & planetaꝝ dominio & fortitudinis incremēto in illis. MAG. Ab effectibus (ut aiunt) in multoꝝ cognitionē deuenere ꝑ crebras & diutinas obſeruationes. Vnde & nōnulli ab exordio mundi primis hominibus intm̄ vitā prolongatā a deo cœli autumāt ut aſtronomiā aſtrologiā & cęteras artes quę longa experientia acq̃runt inueſtigare poſſent. alij primo parēti Adam & patriarchis nonnullā aſtrologię ꝑtem reuelatam aiunt. unde & Magiſter in hiſtorijs Abraam ægyptios aſtrologiā docuiſſe teſtat̄. quod haud abnuo q̄ntum ad temporꝫ varietates ſicut ſcriptum eſt. ut ſint illis in ſigna & tēpora. non autē quantū ad diuinationē: quā deus ſemini Abrahæ ſpecialiter interdixit: ut patebit infra. DIS. Interim dictis aſſentio ſed cur longa obſeruātia & expimentis p̄rimis Aſtrologię principia hauriri nequerint/ nō apparet q̊d poſſit cōuenienter opponi. MAG. Si expimentis q̄ tradūt principia didiciſſent/ utiqꝫ nō ſemel ſed frequēter eaſdem conſtellatiōs integre obſeruaſſent. ſed obſtat q̊d & ipſi vere affirmant eandem cōſtellationē totalem nunq̄ꝫ/ vel ſaltem poſt annorum multa millia rediturā. nec ſufficit ꝑticulares cōſtellatiōes ſepius obſeruaſſe: quippe cū nulla ſtellaꝝ ſeorſum influat: ſed ſimul cū omnibus etiam aſtrologis nunq̄ꝫ viſis vel cognitis: certo dicere nequeūt: cur magis uni q̄ꝫ alteri expimētalis effect⁹ veniat aſcribēdus: niſi forte Soli & Lunę ſyderibus etiā omni videnti notis, quibus tamē in efficiētia

principia Aſtrologię ſunt nobis cognita

frequẽter p̃ponunt ſydera minora aut a nobis remotiſſima. Multum preterea operationẽ cœleſtiũ variat/impedit aut minuit in ſupioribus alia conſtellatio:& inferiorib⁹ materiæ indiſpoſitio. Sed eſto / hauriri poſſit conſtellationũ quas in iudicijs attendũt efficientia ; ſed nonduꝫ eſt inuenta ſufficienterq́ꝫ obſeruata. patet legẽti aſtronomoꝵ de motu ſtellaꝵ firmamenti & etiam erraticaꝵ dubia. Antiquiores quippe ſupra firmamentũ nullũ aliud cœlũ cognouerunt: quo tamẽ iuniores Aſtrologi etiam in praxi utuntur. Chaldei & Aegyptij non infimi in Aſtrologia ſtellis fixis unum tantũ motum attribuunt:ſcilicet diurnũ. Ptholemeus addidit ſecundũ q eſt ab occidẽte in orientẽ. Thebit tertiũ inueniſſe dicitur qui eſt verſus meridiẽ & aquilonẽ. In tempore vero multum diſcordant:ut partim dictum eſt in ſuperioribus. nec mirum ſi de fixis trepidant:qui etiã in motu Solis & Lunę inter ſe pugnant : ut & quãtitas anni ſolaris adhuc apud Aſtronomos quo ad p̃ciſionẽ ſit incerta:& in maxima Solis declinatione quantũ differant ſup̱fluum eſt hic recenſere. Cõſtat autẽ ſi Aſtrologus in gradu uno tantum fefellerit in captanda hora:in diuiſiõe domoꝵ duodecim ſimiliter deficiet. mutabit em̃ gradus ſignũ. & in directionib⁹ etiã variat annũ. mutabũtur etiam aſpectus & ſitus ſtellarum. DIS. Fallax igitur ſequatur aſtrologorum experimentũ neceſſe eſt. Sed & planetę qua cõuentione inter ſe regendi ac dominãdi tempora/horas/atq́ꝫ momenta in diuerſis partibus cœli:etiam ut ais climatũ terrę partiti ſint/vehementer hęſito:& te ſuper hęc audire cupio : interim alia q̃ queſtionẽ augent ſilebo. MAG. Hæc & pene innumera alia ſunt quæ fidem aſtrologiæ minuunt his qui omniũ cauſas (ut ęquum eſt) p̱fundius rimantur: & in Aſtrologiæ libris non niſi perſuaſiones quaſdam legunt. Nos autem qui ipſam defendendam nõ ſuſcepimus : reliquas eius partes velocius percurrere debemus. DIS. ut libet.

De ſecunda parte Aſtrologię. Et qualẽ influentiã cœleſtium corporum in inferiora Theologi cum Philoſophis cõcedunt: voluntatem omnino excipientes. Capitulum. viij. MAG.

S Ecunda (ut p̃miſſuꝫ eſt) aſtrologię pars de reuolutionibus eſt. hęc cõiunctiones & eclipſes cõſiderat :& ex his alijs inſup̱ conſtellatiõibus de diſpoſitiõe annonę belloꝵ ęgritudinũ & mutatiõe tp̱m atq́ꝫ ĩnouatiõe legũ futura p̃nunciat. DIS. tu ne huiuſcemodi futura ꝯtingẽtia cęleſtiũ cõſideratiõe p̃uidẽda credis? MA. Multiplicẽ virtutẽ & op̱ationẽ cœleſtibus a conditore oĩm cõcreatã nemo ſapiens dubitat:p̱paucas v̄o ex his oĩbus in hoĩm noticiã deueniſſe. & oẽs deo ſoli notas eſſe/regius p̱pheta indicat dicens. Qui

numerat multitudinem ſtellarum & omnibus eis nomina vocat. No Ps
mina vero a proprietatibus rebus imponi conſtat quas ſolus nouit ꝑ
fecte qui eas condidit: unde conſequenter exclamat. Magnus domi/
nus noſter & magna virtus eius & ſapiētię eius nō eſt numerus. Hęc
de particulari noticia intelligenda ſunt: quoniā generalem influxum
cœleſtium qui fit ꝑ motū lumen & calorē in terrena/ etiā philoſophi
(dono dei) cognouerunt. Vnde Ariſtoteles dicebat hunc mundum 1.m
elementarē lationibus ſuperiorꝝ contiguū eſſe: ut inde virtus eius gu ror
bernetur. & alio loco. Latio inquit ſolis ſub obliquo circulo (zodiacū de
denotās) generationes adducit. Nec diuus Auguſtinus philoſophus Au
acutiſſimus & theologorꝝ pręcipuus ab Ariſtotelis ſententia in hac
re diſſentit: libro tertio de trinitate. ca. iiij. Aſſerens corpora craſſiora &
inferiora per ſubtiliora & potentiora ordine quodā regi. Et libro. v. Ide
de ciuitate dei. ca. vi. inter diſputandum cum mathematicis ait. Non
uſqꝫ quaqꝫ abſurde dici poteſt ad ſolos corporum differentias affla/
tus quoſdam valere ſydereos: ſicut in ſolaribus acceſſibus & deceſſi/
bus videmus: etiam ipſius anni tempora variari: & lunaribus incre/
mentis atqꝫ decrementis augeri & minui quędam genera rerum: ſi/
cut echinos & conchas & mirabiles ęſtus oceani. non autem & animi
voluntates poſitionibus ſyderum ſubdi. DIS. Aperte Auguſtinus
inferiora ſuperiorum influentijs ſubijcit. Cur ergo a nonnullis aſtro
logis aduerſari dicitur? MAG. Hic diuus pater (quemadmodum
& cęteri viri philoſophię & veritatis cultores) aſtrologię non ademit
quod ratio naturalis admittit: & ſacrarū litterarum tenor incōmuta/
bilis non reprobat. Nec tamen dicit corporꝝ differentias neceſſa/
rio eſſe a cœleſti influxu: ſed hoc poſſe concedi in quibuſdam. Nam
ut eodem loco ait. ſexus diuerſitas non ab influxu cœleſti eſt: cum ſi/
mul concipi poſſint gemini diuerſi ſexus. quid autem tam ad corpus

theologi qd tribu/ ant aſtro logię.

pertinens ꝙ corporis ſexus? Sequuntur hunc Bonauentura Alexan
der de ales. Scothus & theologorum numeroſa turba omnes ge/
neralem cœleſtium in inferiora influxū confirmantes. Inferiora inquā
corpora non humanas mentes ſeu voluntates/ quēadmodum in ſen
tentia Auguſtini hæc excipiunt. non em̄ poſſunt: ut idē ſanctus pater
teſtatur li. xij. ſuper Gen̄. corporalia in ſpiritum agere: limitant cæteri
de per ſe & immediate. Nam cum intellectus (inquiunt) mediātibus
ſpeciebus a ſenſibus receptis in opus ſuum prodeat: & ſenſitiua po/
tentia corporeis organis utatur: de per accidens & a remoto conce/
di poſſit/ immutatis corporibus intellectum in ſua operatione impe
diri. ut videre eſt in lunaticis & freneticis. Vnde & ſcriptura dicit. Cor
pus quod corrumpitur aggrauat animam: & terrena inhabitatio de
primit ſenſum multa cogitantem. Voluntas autem exiſtens domina
omnium actuum ſuorum organo corporeo non alligatur ſicut nec
intellectus: magis tamen libera eſt: nullus improbitatem patitur: nec

cœleſtium influxui ſubditur. Et ideo actus a voluntate procedẽtes ab
Aſtrologis preuideri aut diiudicari minime poſſunt.

Ex quinq; cauſis Aſtrologi frequenter errant in iudicijs ſuis. Et quõ in uniuerſali de fertilitate & ſterilitate terrę de peſtilentia bellis & mutatione regnorum aliquid pronoſticare pñt. Ca.ix.

DISVm iuxta pręmiſſam beati Auguſtini ſentẽtiam in elementa
c & elementata afflatus ſyderum agat: unde fit ꝙ Aſtrologi nõ
nunquam de illis quoq; in iudicijs ſuis & fallunt & falluntur?
MAG. Quamq; huius rei cauſa multiplex aſſignari poſſit: hęc ta/
men inter pręcipuas cõnumeranda eſt: ꝙ raro huius artis ſcioli iudicia
ſua inter pręſcriptos limites coartant: ſed inanis gloriæ cupidi/philate
ria ſua dilatant nimium: & ex ſtellis auguriari geſtiunt: quod efficere
non poſſunt. Frequenter etiam ad particulares localeſq; mutationes
deſcendunt: ſingularum frugum ſpecies denotant: terraꝝ & incola/
rum ęuentus proſequunt̃ ſeiunctim: non attendentes/ non obſtante
i. generali influxu ſuperioꝝ: & (ut Auguſtinus habet libro quinto de
ciuitate. c. 7.) ęlecto ad ſeminandum agrum die/tam multa grana in
terram ſimul ueniunt: ſimul germinant: & exorta ſegete ſimul herbe
ſcunt: pubeſcunt: flaueſcunt. & tamen inde ſpicas cęteras coæuas/ at
q; ut ita dixerim congerminales: alias rubigo interimit/ alias aues d
populantur/alias homines ęuellunt. pari iudicio de reliquis rebus iu
dicandum eſt. Sunt enim cauſę cœleſtes fere innumeræ: ex quib⁹ ut
præmiſſu; eſt tractatu p̃cedenti/ex ſtellis fixis pauciores cognitę ſũt.
quorum tamen actio quantũ poſſit aſtrologorum traditiones canũt.
Adde ꝙ de principijs & modo iudicandi præcipui auctores artis hu
ius diuerſa ſenſerunt. Accedit ꝙ plurimi noſtro æuo in praxi illa magi
ſtri nominari delectant̃ qui nondũ loqui ceperunt: ne dixerim didi/
cerunt. Viri autẽ philoſophię gnari facile non ęnunciant: q̊d ex certis
cauſis & demonſtrationibus ueritatis æuidentiã non habet. Uerũtñ
ſi anni quattuor partes a qualitatibus ſuis multum exorbitare cõtige/
rit: facillime ſequetur aeris intemperies: ſicq; frugum detrimentum
aut exceſſiuo frigore vel calore urenti: humore ſuffocante: aut ſiccita/
te conſumente humidum radicale. Amplius turbatis elementis im/
maturis frugibus & aere infecto aut putrefacto/ quo ad reſpirandũ
ſedulo utimur/ægritudines ęuenturas temere nemo iudicabit. De/
niq; ex aere infecto & alimentis incõuenientibus/ ſpiritu; animalem
a turbulentum generari phiſica ratio ſuadet. Hinc ægritudines acutę &
cerebro multę obueniunt turbationes: quibus in vulgo dominantib⁹
ad unius filij Belial doloſam perſuaſionem/ inſultus fieri haud erit di

ffi‹c›ile. Si em̃ princeps vi legis occurrere nititur / mox a ſuperba ceruice
onus ſeruitutis & ſceptru; exactoris excutere moliuntur. Hinc ſectæ
contentiones / par‹t›ialitates / ſeditiones / bella & cætera huiuſmodi ori/
untur multa. Et ꝙuis (ut Ptolemęus ait) vir ſapiens dominet̃ aſtris — Pt[…]
ſenſualitati ſcilicet & inclinationibus obuiando: ſtultoꝝ tamẽ (ut Sa/ — […]us.
lomon non minus docte ſcripſit) infinitus eſt numerus. Vnde mirũ — Sal[…]
non eſt ſi his & ſimilibus ſolerter penſiculatis / nõ tã aſtrologi ꝙ phi/
loſophi / medici & longa experientia ędocti agricolæ & nautę: quoti/
die de futuris multa vera prædicunt: etiã ſine aſtrologicis regulis / de
morbis: de annona: deq; tempeſtatibus. Sed de illis hactenus. Ter/
tiam aſtrologiæ partẽ nunc aggrediamur. laborioſum quippe hoc
erit: quoniam fere innumeri codices ſunt de hac parte. & e regione vi
ri æruditiſſimi & ſanctitatis titulo præfulgidi parum illi tribuendum
aſtruunt.

De tertia parte aſtrologiæ. De natiuitatibus. quid ex domibus quattuor primis Aſtrologi pronoſticent. Capitulũ decimũ.

DIS. Quid hæc pars futuri præſagit? MAG. Mortem & vitam &
ferme omnes naſcentium euentus quales futuri ſint. ut patet
legenti ſignificationes. xij. domoꝝ in quas cœlũ hora natiui/
tatis diuidunt. Vt autẽ breuiter me de hac parte abſoluam: ex mul/
tis pauca ſecundũ domorum ordinem in libris aſtrologorum expre/
ſſa ãnotabo. DIS. Probe. MAG. Ex habitudine primæ domꝰ — ſignifica/tiones domorum cœli.
planetarum & ſtellarum in ea exiſtentium: & partium natura ac va
rijs affectibus / mira de anima nati prædicunt. videlicet. ſi liberalis: ſi
legum amator: ſi mitis aut bellicoſus: ſi diuinaꝝ ſcientiaꝝ indagator
alteriuſue ſtudij aut operationis amator: & quantus qualiſue in cor/
poris habitudine futurus ſit natus. Ex ſecunda domo de proſperitate
& infortunio / diuitiarũ nati futura videt̃: ſi eas vel ex hęreditate / mer
catura / aut quouis alio ingenio aut labore habiturus ſit. & amplius: ſi
ſua ſponte acquiſitas dilapidabit: aut violẽtia qualibet ſiue infortunio
amittat. Ex tertia domo de fratribus nati: de peritia legum & obſeruã
tia earundem: & ibi per partem quã abſconditam nominant aſtrolo/
gi: de arcanis conſcientię naſcentis erga deum & erga homines iudi/
cant. Nam ut ait Abraam Aueno;ra in expoſitione huius domus Si — Abra auen[…]
Iupiter fortis in natiuitate parte; illam quocunq; modo reſpexerit / &
deum diliget (ſcilicet natus) & a deo diligetur &c. DIS. Hoc ne ve
rum credis? MAG. Minime. nam dicit ſcriptura. neſcit homo an
odio vel amore dignus ſit. & cõſcientię arcana ſoli deo patẽt. DIS
Inſania ergo iſta non tam confutanda ꝙ ut hęretica exetranda eſt.
MAG. Duas fortunas inter planetas nominant: venerem ſcilicet
& iouem. Venus ut aiunt dat fœlicitatem vitæ præſentis: Iupiter au/

tem largitur fœlicitatem vitæ futurę. DIS. Et quid de Chriſto ſentiunt? qui ait in euangelio. Ego vitam æternam do eis. ſed perge in narratione. MAG. Maternus quidē non infimę auctoritatis apud aſtrologos ſcribit: ꝙ Saturnus in leone conſtitutus/facit longæuos: quorum anima poſt mortē ad cœlos tranſibit. DIS. Cur ergo Chriſtus dicit. Si vis ingredi ad vitam ęternam ſerua mandata: & non potius attēde ſi habueris ſaturnū in leone? MA. Albumaſar impietatē impietati accumulans ait. Qui deo ſupplicauerit hora qua luna cū capite draconis ioui coniungit/impetrat quidquid petierit. DIS. Ha ha he ſtulticiam ſacrilegam. Cur igitur aſtrologi non obſeruāt talem horam: ut ſemel impetrarent de cætero in iudicijs ſuis neminem fallere: & ut tantas diuicias reciperent ne amplius præ inopia alijs ſua mendacia venalia facerent. Sed perge ad domorum explanationem

MAG. Ex domo quarta de eſſe patris nati diſſeritur: qualis aut q̄nta eius vita ſit: & de alijs quę breuitatis cauſa tranſeo tanq̄ fabuloſa.

Quæ aſtrologi prænoſticent ex alijs domibus natiuitatum. Capi. undecimū

DIS.

X quinta autem domo quid? MAG. Si naſcens filios generabit: & qualiter ad eos afficiet. Et hoc quidē Arabes: Ptholemęus autem a decima filios dijudicat: Mallius ab aſcendente. Et ſexta de infirmitatibus nati in toto corpore & ſingulis partibus: & quādo & quantū ęgrotabit futura ānunciat. Ex ſeptima ſi amator erit fœminaꝝ & īnominatę libidinis ſectator. Si uxorē habebit unam aut plures: vetulas aut iuuenculas: & quādo eas ducet: ac ſi pacifice cum illis habitabit. Ex octaua autē domo ſciet (aiunt) qua morte an aqua/igne/gladio/ſuſpēdio aut quouis alio modo interiturus ſit natus. Ex nona ſi natus peregrinabit: & quantū in terra vel aqua: & quā fortunā in his ſentiet. ſimiliter ſi firmiter aut negligēter fidē ſuā tenebit. Ex decima de ſtatu matris: quēadmodum ex quarta de ſtatu patris nati iudicium fit. Plurimi tamen ſtatum patris a decima inueſtigandum putant. Inſuper ſi natus honorem/poteſtatem aut famam bonā habiturus ſit venat. Ex undecima de amicitia nati: & ad quas perſonas erit: ſimiliter & de veſtimentis futura dicunt. Ex duodecima domo figuræ cœli in natiuitatibus alicuius calculatę/inimicicię/captiuitates/ſi quas forte aut unde habiturus ſit natus: prænoſci habent. Seruos ſimiliter Aegyptij ab iſta domo dijudicant. Arabes autem illud a ſexta faciundum exiſtimant. & alia ferme innumera. Minima etiam & vilia hominum accidentia hæc pars Aſtrologiæ de naſcēte futura iudicat ex domino natiuitatis horæ: almutes/alcochoden hylech & variū partiū proiectione/ex habitudine planetaꝝ & ſtellaꝝ:

ſixarum:& earundem & ſimiliter domorꝫ varijs aſpectibus & directi
one quę latius ꝓſequi nō eſt noſtrum ſed alia celerius percurrere.

De Laude quattuor doctorum eccleſię:& quid de hac parte Aſtrologię ſenſerint Capitulum duodecimum.

DIS.
P Rius qui ſint viri ęruditiſſimi & ſanctitate præfulgidi huic par/
ti aſtrologię parum tribuentes:ut pręmiſeras pauloante edi/
cito:ſimulqꝫ eorundem ſententias de hac re pſtingito paucis.
doct.eccl. MAG.Hi ſunt doctores pręcipui catholici:quattuor columnę eccle
Gregori⁹ ſię ſanctus Gregorius papa.ſanctus Hieronymus preſbyter cardina
Hierony. lis.ſanctus Ambroſius archiepiſcopus Mediolanenſis. ſanctus Au/
Ambro. guſtinus ante conuerſionem ſuam rhetor maximus & philoſophorū
Auguſti. acutiſſimus: poſt ſuſceptum vero baptiſma epiſcopus Hypponeñ.
per totum mundum celebris doctor& falſitatis inimicus.Hi ſunt(ut Bor
teſtatur pontifex romanus in capi.unico de reli.& vene.ſanct.libro octa
ſexto)quorum perlucida ac ſalutaria documenta romanam illuſtra
runt eccleſiam:decorarunt virtutibus & moribus informarunt.Per
ipſos pręterea quaſi luminoſas ardentes lucernas ſuper candelabrū
in domo domini poſitas/errorum tenebris profugatis:totius corpus
eccleſię tanqꝫ ſydus irradiat matutinum. DIS.Eia propera:& quid
de aſtrologia hac tenendum ſcripſerint hi ſancti patres quos eccleſia
tam ſtudioſe cōmendat in mediū ferre graueris minime. MAG.Di
uus papa Gregorius in homelia Epiphanię accepta occaſione ab ap Gre
paritione ſtellę quā Magi viderūt in oriente nato domino:contra ma
thematicos orationē texens:opponit de duobꝫ geminis Iacob & Eſau
ſimul natis dicens.Certe cum Iacob de utero egrediens prioris fratris
plantā manu teneret prior perfecte nequaqꝫ egredi potuit: niſi & ſub
ſequens inchoaſſet:& tamē cū uno tempore eodemqꝫ momento utrū
qꝫ mater fuderit:nō una utriuſqꝫ vitæ ęqualitas fuit. Sed ad hęc ſolēt
mathematici reſpondere (inquit) quia virtus conſtellationis in ictu
pungentis eſt. Quibus ediuerſo nos dicimus quia magna eſt mora
natiuitatis:ſi igitur in ictu puncti coſtellatio permutatur: neceſſe iam
erit ut tot dicant fata quot ſunt membra naſcentium. hęc Gregorius
Qui & poſt multa alia quæ aſtrologis obijcit(ad quæ profecto ra/
tionabiliter reſpondere nequeunt)cōcludit dicens.Hæc de ſtella bre
uiter diximus:ne mathematicorꝫ ſtulticiam indiſcuſſam pręteriſſe vi/
deamur.Quod ſi nec iſta permouent:attende quod eodē loco Pri/
ſcillianiſtarum hereſim dicit eſſe de genituris opinionē aſtrologorum.
DIS.Summum pontificem audiuimus:audiamus & cardinalem.
MAG.diuus Hieronymus preſbyter cardinalis ſacrę ſcripturę in/ Hier
terprės pręcipuus in cōmentarijs ſuper ꝓphetā Sophoniam ca.pri/
mo de aſtrologis dum exortus eſſet ſermo ait.Hi ſunt qui æleuantur

aduerſus ſcientiā dei:& omne quod geritur in ſeculo (fictam ſibi ſci/
entiam pollicentes) referunt ad ortus ſtellarū & occubitus & mathe/
maticorum ſequuntur errores. Idem ſuper Iſaia. ca. xlvij. de aſtrolo
gis loquens dicit. Hi ſunt qui vulgo appellantur mathematici: & ex
aſtrorum curſu lapſuq; ſyderum res humanas regi arbitrantur. & cū
ſalutem alijs promittebant ſua ignorabant ſupplicia. Idem in ca. Sed
& illud. 26. q. 2. Requirere ſtellarum curſus & euentus ex his futuro/
rum rimari obprobriū ægypti vocat & idololatriæ cōparat. DIS.
Sufficiunt ad preſens diui cardinalis dicta: archiepiſcopū accedamus
Mediolanenſem. MAG. Hic eſt ſanctus pater Ambroſius grandi/
loquus: qui in quarto libro hexaemeron ca. quarto de aſtrologis lō
gum ſermonē contexens inter alia. Nonnulli (inquit) natiuitatū tem/
ptarunt exprimere qualitates qualis ſit unuſquiſq; qui natus ſit: cum
hoc nō ſolum vanum: ſed etiā inutile ſit querentibus: impoſſibile pol
licentibus. Et poſt probationē ſue ſententie ait. Redempti ſunt apoſto
li & congregati ex peccatoribus: non utiq; natiuitatis ſue hora ſed chri
ſti eos ſanctificauit aduentus: & hora dominicæ paſſionis redemit a
morte. Latro damnatus capite ille cū domino crucifixus: non benefi
cio natiuitatis ſue: ſed fidei confeſſione ad paradiſi eterna tranſiuit. Io
nam in mare non vis natiuitatis: ſed diſſimilatio diuinæ præceptionis
precipitauit & offenſa. Petrū de carcere imminente morte perimen/
dum angelus chriſti nō ſtellarū ſeries liberauit. Paulum cecitas cōuer
tit ad gratiam: & pcuſſum a vipera turbatumq; naufragio: nō reme/
dia natiuitatis: ſed deuotionis merita ſeruauerunt. Quid de illis dici/
mus qui eorū precibus cum fuiſſent mortui reſurrexerunt: utrum illos
ſua natiuitas an apoſtolica gratia ſuſcitauit? Et idem totum negociū
hoc (ſcilicet iudicandi) plenū ait eſſe vanitate: & tele araneæ cōparat
DIS. Durus eſt hic. diuum Auguſtinum quem phiſophum fuiſſe
acutiſſimum dicis auſcultemus.

De opinionibus philoſophorum de Fato & conſtellatione natiuitatum: quas Auguſtinus libro quinto de ciuitate dei recitat & improbat. Capitulum. xiij. MAG.

ſAnctus Auguſtinus diſputator copioſus omnem queſtionē
quā tractat radicitus medullituſq; perquirit: ut latentem vel ve
ritatem vel falſitatem fideliter detegat. Vnde cum libro quinto
de ciuitate dei cōtra aſtrologos diſputationis rete tēdere inſtituiſſet pri
us fatidicorum & aſtrologorū varias opiniones diſtinxit: & breuius
prioribus exploſis cum Genetaliacis varijs medijs cōgreditur per ca
pitula ferme decem prima. longū eſſet omnia hæc epitomati noſtro
integra inſerere. DIS. Longū etiā & minus neceſſariū: cum pau/

cis planiſq; verbis intentionē tanti doctoris ędicere poſſis. MAG.
Si poſſum incertum habeo: obſequi tñ tibi in hoc quoq; non abnuo.
Diſtinguens itaq; Auguſtinus fatidicoꝝ & aſtrologoꝝ ſectas in ca.
primo libri p̄ fati. Primos ponit qui dicunt omnia ęuenire fato: id eſt
voluntate & poteſtate dei. DIS. Illos ne male ſentire arguit? MA.
Minime: ſed ut ſententiā teneāt & linguam corrigāt admonet. DIS.
Quapropter? MAG. Quia fatū homines quādo audiunt/ uſita
ta loquendi conſuetudine non intelligunt: niſi vim poſitionis ſyderū
qualis eſt quando quis naſcitur ſiue concipitur. DIS. Secūda igi/
tur opinio eſt illorum qui omnia fato id eſt vi ſyderum inicialium ęue
nire arbitrantur? MAG. Scite intuliſti: ſed inter hos rurſum Augu
ſtinus diſcernit. Quidam enim ſine voluntate dei decernere opinā
tur ſydera quid agamus vel quid bonoꝝ habeamus: malorumue pa
tiamur. DIS. Tales haud dubium explodit. MAG. Quinimo
& ab auribus omniū repellendos ait: nō ſolum eoꝝ qui veram reli/
gionem tenent: ſed qui deorum qualiumcunq; licet falſorum volunt
eſſe cultores. DIS. Qua de re? MAG. Quia (inquit) hæc opinio
aliud non agit niſi ut nullus omnino colatur deus. DIS. De hac ſe
cta nonnullos noſtræ fidei homines eſſe arbitror: qui rogationes le/
tanias & proceſſiones cōmunes pro pace: aut ſalubri aura a populo
factas ſubſannantes/ fruſtra fieri calumniantur. ſed quid mihi de his
aliud dictæ diuiſionis membrum ꝓſequere. MAG. Eorum qui om
nia vi ſyderum ęuenire credunt nonnulli ſydera quidem/ quæ nobis
futura ſunt pro arbitrio decernere opinantur: ſed accepta poteſtate a
deo. DIS. Quid iſti? MAG. Magnam inquit cœlo faciunt iniu
riam. DIS. Quam? MAG. Quia in eius velut clariſſimo ſena
tu/ ac ſplendidiſſima curia opinantur ſcelera facienda decerni. qualia
ſi aliqua terrena ciuitas decreuiſſet genere humano decernente/ fuerat
ęuertenda. DIS. Quid ſi dicerent ſydera non pro arbitrio illa de/
cernere: ſed in talibus ingerendis dei omnino iuſſa cōplere? MAG.
Quarta hæc poſitio eſt pręcedēti crudelior. DIS. Quapropter?
MAG. Quia de deo ſentiendum tradit: quod indigniſſimum vi/
ſum eſt de ſtellarum voluntate ſentire. Omnes iam dicti philoſophi
quia ex ſtellarum influxu neceſſario ęuenire exiſtimāt quæ fiunt/ ho
die quoq; a ſapiētioribus aſtrologis tanq̄ falſarij reprobant̄. DIS.
Hac forte Ptolemei ſententia potiſſimū pauloante poſita: qua ait. Vir pto.
opinio ve rior de Fa to. ſapiens dominabitur aſtris. MAG. Ea ipſa: & alijs multis. Quin
ta igitur poſitio eſt generalis: ꝙ ſtellę nec pro libito futura decernunt
(quia ut dictum eſt ſupra: animatę non ſunt) nec decreta dei neceſſa/
rio ventura in nobis explent: quoniam deus hominem in manu cō/
ſilij reliquit. ait Sapiens. Sed ex natura ſua & influentia a cōditore ac Ecci
cepta/ homines reſq; terrenas alterant: & ad ea de quibus ſupra pauca
cōmemorauimus inclinant: cui inclinationi homo ſi vult contraire

poterit. DIS. De hac opinione Auguſtinus quid ſentit? MAG.
Non mediocriter doctorum hominum fuiſſe ait iſtam ſententiam: ut
dicantur ſtellæ ſignificare potius iſta ꝗ facere: ut quaſi locutio quędã
ſit illa poſitio ſyderum prædicens futura/non agens. DIS. Alioꝝ
iſtam fuiſſe ſententiam nec ego dubitauerã: ſed eam Auguſtinus ap/
probaret nec ne audire volui. MAG. Quantum ad ea quę ex li/
bero arbitrio dependent / poſitionem iſtam nequaꝗ approbat: ſed
in ſequentibus fortiter expugnat: & propria aſtrologorum principia
in tela cõmutans eos confodit undiqꝫ. & quantum ad cętera ab aſtro
logis ex natiuitatibus vaticinata/ſimiliter incertã hanc poſitionẽ oſtẽ/
dit. Tu ſi quãdo vacabit ibidẽ lege & relege. nõ em̃ prima fronte om
ni legenti doctoris mens & argumentorum vis patet.

In quibus libris Auguſtinus aſtrologiam de natiuitatibus improbet: & ſimiliter cæte= ri Theologi/Canoniſtæ & ſancti prophe tæ. Capitulum. xiiij. DIS.

Pparet ex præmiſſa opinionum dilucidatione inſipienter ni/
a mis a nonnullis reſponſum eſſe: Auguſtinũ cęteroſqꝫ ſanctos
doctores non niſi hos aſtrologos reprehendiſſe qui neceſſita/
re aſtra nos docent. MAG. Cęteri in cõmuni omnes indiſtincte ſi
mul reprehendunt & haud dubium poſitionem imponentem neceſ/
ſitatem tanꝗ blaſphemam in primis reijciendam volunt. Auguſti/
nus vero particularius prædictas poſitiones ſegregans/ ultimã quę
veritati minus videtur contraria: & ideo forte tanto periculoſior quã
to apparet ꝓbabilior/diligẽtius ęliminat. Et in capitulo quinto aſtro
logiam non artem ſed vanitatem vocat: & in fine ca. ſeptimi nullam
hanc artem eſſe aſtruit. Obmitto quæ libro ſecundo ſuper Geneſim
ad litteram: & libro octogintatrium queſtionum queſtione quadra/
geſima quinta de aſtrologis ponit. Idem libro ſecundo queſtionũ
vete. & no. teſtamẽti. queſtione. xvi. in fine ait, aſtrologi enim inimi
ci ſunt veritatis. Et libro tertio de queſtionibus no. & ve. teſtamen/
ti capitulo decimooctauo diffuſiſſime contra fatum & mathematicos
multis ac varijs argumentis diſſerens. In principio ait nihil tam cõ/
tra chriſtianos ꝗ ſi arti matheſeos adhibeant curam: hæc enim inimi
ca dinoſcitur legi dei. Et paulo infra dicit. Hanc enim aſtutia & ſub
tilitas inuenit dyaboli. Et circa finem. fugiendum omnibus modis
ab hac arte monemus: curioſi enim eius inimici dei ſunt: & ſine ſol/
licitudine nunꝗ ſunt: ſemp enim ſuſpenſi expectant quod minime
certum ſciunt. Ipſe etiam ſermone ſexto de Epiphania vocat hanc
artẽ ſtulticiam ſacrilegam & indoctã doctrinã. Et ibidẽ ait de genitu
ris hominum vani homines loquuntur quod inſipienter opinantur.

Aſtrolo/ gia nõ ars ſed vani/ tas eſt.

In ſermõe quoq; de verbis domini: quibus dicitur. Ego ſum vitis vẽ
ra &c. ait. Conuerſo tibi indulgentiam deus promiſit: ſed craſtinu; diẽ
tibi nemo promiſit: aut ſi forte ꝓmiſit mathematicus/longe aliud eſt.
O deus (exclamat) q̃ multos mathematici fefellerunt: quia ſibi ple
rumq; lucra promiſerunt & damna inuenerunt. Et homelia .xiij. ait.
Promiſit diem craſtinũ mathematicus ut damnet te & illum. & ad Ia/
nuarium ſcribens dicit. Mathematicoꝝ deliramenta cum deteſtatio/
ne irridenda ſunt. In ſecundo libro de doctrina chriſtiana: dicit eos ni
mis errare: & genus fornicationis animę Aſtrologiam vocat. 26. q. 2.
c. illud Reliqua tantorum virorum teſtimonia/ſimiliter & theologoꝝ
poſteriorum/videlicet Alexandri de Ales Bonauẽturæ Schotti & ali/
orum breuitatis cauſa libet pertranſire, nec enim iſti a prioribus diſſen/
tiunt: ſed & ipſi influxum cœleſtium in elementa & elementata agere
concedunt. rationem quia ſenſibilibus & potentijs organicis ſpecies
haurit per accidẽs & multũ a remotis & in generali a cœleſtibus mo
ueri non omnino adimunt: ſed non ab ea quæ aſtrologorum tradi/
tiones continent. voluntatem vero omnino eſſe liberam & iſti & catho
lici omnes dicunt. DIS. Sancti patres & theologi nominati forta/
ſſe aſtrologiam diſſuaſerunt/de ipſius principijs & experimentis mi
nus ædocti. MAG. Si diuos patres aſtrologię ignaros fuiſſe credis
lege Ambroſium loco præallegato: & Auguſtinũ libro quarto con/
ffeſſionum: & inuenies quo ſuſpitionem hanc a mente tua repellas fa
cillime; multum enim temporis in hac attriuiſſe: & vix tandem falſi/
tate comperta deſiniſſe ab hac vanitate deo confitetur .s. Auguſtin9
Sic quoq; & in aliorum codicibus hęſitationis tuę medelam poteris
inuenire: omnes enim non alienis armis cum aſtrologis confligunt/
ſed (quod Doctorum eſt) proprijs principijs vaniloquos redarguũt
Sacri inſuper Canones illorum dicta approbantes/aſtrologiam pro
hibent. 26. q. 2. c. Illos planetarios. ſunt verba ſancti Auguſtini libro
quarto confeſſionum; &. c. ſed & illud. quæ ſunt verba beati Hierony
mi. Et de ſortilegijs. c. ex tuarum. Papa Alexander tertius: Clericum
qui bono zelo & ex ſimplicitate per aſtrolabij inſpectionem furtum
cuiuſdam eccleſiæ inquiſiuit; per annum a celebratione ſuſpendit: di/
cens id grauiſſimum eſſe/& non modicam inde maculã peccati con/
traxiſſe. DIS. Talis papa ſi hodie viueret/ſacerdotes noſtros q̊s
nominare poſſem/forte in perpetuum inabilitaret. MAG. Quid
faceret neſcio: verumtamen ipſis intime compatior. Sed ſi forte illos
non mouent quę prælibata ſunt non operoſum erit Domini ſenten/
tiam de hac re in mediũ proferre. DIS. Proferas quęſo. MAG
Non ego/ſed Iſaias propheta nobis hanc ædicat. DIS. Magis gra Iſaia
tum accipio: quid ait? MAG. c. 47. ex perſona domini dicit Babi/
lonijs. Stent & ſaluent te augures cœli qui contẽplabant̃ ſydera: ſup
putabant menſes ut ex eis ãnunciarẽt ventura tibi: ecce facti ſunt q̃ſi

ſtipula: ignis combuſſit eos: nõ liberabant animam ſuã de manu flã
mę. Et quod in noſtris libris dicitur augures cœli ſeptuaginta inter/
prętes tranſtulerunt aſtrologi dicit ſanctus Hieronymus ibidem, ubi
etiam ponit teſtimonium ſcd̃m paulo ante expreſſum DIS. Quã/
uis prophetarum teſtimonia ſine aliqua heſitatione recipi debeant: p
ipſos enim locutus eſt ſpiritusſanctus: ſicut in ſymbolo canit eccleſia
tamen aliud ſi habes propheticum teſtimonium proferas: ut quaſi in
ore duorum firmius appareat teſtimonium. MAG. Per Ieremiam
Dominus populo ſuo aſtrologiam interdixit capitulo decimo ſic di
cens. Iuxta vias gentium nolite diſcere: & a ſignis cœli nolite metuere
quę timent gentes: quia leges populorũ vanę ſunt. ſup quo loco di/
uus Hieronymus ait. De his loquitur qui a cœleſtibus extimant regĩ
humanũ genus: & ex cauſis cœleſtium terrena moderari.

Cur multi adhuc Aſtrologię fidem habent propter paucas experientias: & non potius reſpuunt eam propter inumeras fallacias: etiam iuxta ſancti Auguſtini ſententiam inſtinctu dęmonum inductas. Et qualiter ſanctus Sebaſtianus aſtrologiã confutandã docuit. Ca. xv. MAG.

Verumtamẽ qui aſtrologiæ calicem ępotauere uſq; ad fęces eti/
am ad hæc reſpondent: nõ eſſe intelligenda niſi de his quę aſtra
colebant: & ex his omnia neceſſitate quadam fieri credebãt.
DIS. Non mouebit me hæc callida gloſula: cum apertiſſima ſint
doctorum & etiam domini verba. Quinimo ſi quid probabilitatis ha
bere videretur aſtrologia hæc de qua loquimur: abĳcieda tñ eſſet cũ
ſanctis patribus ſacris canonibus & diuinis ſcripturis viſa eſt ad mi/
nus vehementer ſuſpecta. Non mediocriter etiã (ut ego quoq; aliud
addam) ſuſpectam reddiderunt aſtrologiam: quę contra mathema/
ticos ſanctus Sebaſtianus miles chriſti integerrima fide coram Cro
matico romanę urbis pręfecto diſſeruit ſicut in integra ipſius legenda
continetur. Cum enim (quamuis omnibus ſimulachris in domo di/
cti pręfecti per ſanctum Sebaſtianũ & ſanctum Policarpũ deſtructis)
Cromatius iuxta condictum ſanctorꝝ ſanari a podagra nõ potuiſſet
donec & opus aſtronomicuȝ (in quo omnis diſciplina ſtellarũ arte
mechanica conſtructa erat) frangeretur: patenter oſtenſum eſt artem
iſtam deo eſſe odibilem. Vnde & ſanctus policarpus preſbyter Cro/
matico quęrenti: quid mali illi ineſſet cum nullo ritu ſacrificiorũ hoc
opus coleretur: reſpõdit. Artem hãc eſſe deo inimicã: & quę in opere
erant fabricata omnia miniſteria eſſe falſę deceptionis. Sebaſtianus
quoq; intulit omnia iſta vaniſſima eſſe & falſa chriſto reuelãte cogno
uimus quę tibi nunc manifeſtius aperiemus. Precipue (inquit) hodie

ad te matheſis doctorem venire: cui dicas illo tempore aſperis te caſi/
bus laboraſſe: & inquire per quas ſtellas hoc tibi ęuenerit malum re/
ſponſa eius erunt proculdubio: quod tempus tuum a malicioſo mar
te ſuſceptum eſt: aut ſaturnus apoſtaticus ſiue retrogradus fuerit. &
cętera quę ibi leguntur. Age nūc (inquit rurſum Sebaſtianus p̃fecto)
interroga alterum mathematicum cui ipſas horas in bonis tibi exube
raſſe caſibus dicas. illico videbis tibi eum rationabilia ſcemata infinita
offerre: quibus approbat: quia in ipſis tēporibus tibi ęuenire debue
rint bona: quę ante ille dixerat mala: circulum etenim tenet ex omni
parte collectum: in quo diuerſas & varias cauſas accipit: ex quibus oc
caſionem accipiet dicendi quod velit. Hæc ſanctus Sebaſtianus. Prę
termitto quod opponit ibidem qualiter uno naufragio duo diuerſis
temporibus nati perire poſſunt. Similiter & in uno prelio innumera/
bilis multitudo proſterni: qui utiq; eandem conſtellationem non ha
buerunt. Et quidem homini chriſtiano ſola iſtec ſufficere poſſunt ad
confutandam vanorum aſtrologoꝝ inſaniam. MA. Nimirum: ſed
nequeūt febre correpti de potus differētia ſane iudicare nec (ut Quin Q
tilianus ait) facile quid perſuadetur inuitis: & ut ſanctus Auguſtinus A
habet libro ſexto de ciuitate dei capitulo primo. Nimię ſtulticię vel p
tinacię nulli quanticūq; numeri libri ſatis eſſe poſſunt. Et ut prętuidit
regius propheta. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ębrius: omnis ſapien Pſ
tia eorum deuorata eſt. & apoſtolus. Euanuerunt in cogitationibus ad
ſuis & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim ſe eſſe ſapiē
tes ſtulti facti ſunt. DIS. Quomodo autem non facile multam fi
dem aſtrologię habet qui iam dictas ſcripturas ignorat: & crebras ex/
periētias per hanc videt. Cum experientia ſit efficax rerum magiſtra? de
MAG. Experientias multas apparuiſſe in aſtrologorum iudicijs in gſ
ficiari arbitror neminem: ſed iſtę comparatę erroribus quibus decipi
untur & alios fallunt quaſi nullę videntur. Tanta autem (ut ita dicā)
hereditaria quadam ſucceſſione ab Eua omnium matre: quæ prima
per curioſitatis vicium decepta eſt/ad nos deſcendit leuitas: mira cre
dendi facilitas/aut verius dixerim fatuitas: & prenoſcendi futura cupi
ditas: ut multo magis mathematicis imperitis credamus quā ſcriptu/
ris & doctoribus ſanctis oppoſitum perſuadentibus: ſi vel inter centū
errores unum verum ab his coniecturatum magis quam ex cōſtella/
tione prętuiſum ęuenire contingat. Vnde accidit quod ait Petrarcha ut Fr
ſine ulla ſuſpitione libere mentiri poſſint; pro eo quia ſemel potuere Pet
non mentiri. De iſtis autē loquor qui quotannis vaticinantur de illis
ęuentibus qui ex cauſalitate cœleſtium expectari (contradicente na/
turali ratione) minime poſſunt. Similiter & de his qui ex natiuitatū
conſideratione ea quę in domoꝝ explanatione numerata ſunt: & alia
fere infinita de naſcentibus augurari fruſtra conantur. de quibus &
diuus Auguſtinus: ut ſupra tactū eſt in fine capituli ſeptimi libro quin Au

to de ciuitate contra aſtrologos diſputationem ſuam cõcludendo ait
His omnibus conſideratis non ĩmerito creditur: cum aſtrologi mira
biliter multa vera reſpondeant/occulto inſtinctu fieri ſpirituum non
bonorum: quorum cura eſt has falſas & noxias opiniones de aſtrali
bus fatis inſerere humanis mentibus atq; firmare & non horoſcopi no
tati & inſpecti aliqua arte quę nulla eſt. Idem dicit libro ſecundo ſu/
per Geneſim. ad litteram. ubi cõcludendo ſubiunxit. quapropter bo
no chriſtiano ſiue mathematici ſiue quilibet impie diuinantium maxi
me dicentes vera cauẽdi ſunt: ne conſortio dęmonioꝝ animã deceptã
pacto quodam ſocietatis inretiant. Hec ibi.

Excuſatio auctoris ꝙ non magis particulariter principia Aſtronomię diſcuſſit. Et quanta inter Aſtrologos diuerſitas & contradictio ſit. Capitulum. xvij. DIS.

n Iſi epitomatis anguſtia urgeret ſermonem ab his ad alia que
ſuperſunt conuertere: precibus repetitis pulſarem donec prin
cipia aſtrologiæ rationibus & argumentis philoſophicis cri
brares: ut ſub paleis ſi quę ſolida latitant grana apparerent. MAG.
Non deeſſem tibi nec quidem in hoc niſi veridica relatione añ hos di/
es didiciſſem quendam comitem Mirandulanum in philoſophia eru
ditiſſimum duodecim (ut aiunt) libris diſertiſſimo ſtilo & efficaciſſi/
mis medijs id perfeciſſe. Venient haud dubium ſucceſſu temporis lu
cubrationes tam ſtudioſe conſcriptę ad manus tuas quibus animum
tuum oblectare ſimul & veritatis agnitione firmare poteris: mihi ſatis
erit de hac re quemadmodum & de alijs maiorum noſtrorum & pa/
trum recte philoſophantium ſententias cõmemoraſſe quibus tamen
aſtrologi iraſci nulla recta ratione poſſunt. Ipſi enim priores aſtrologi
am ſuſpectam reddiderunt: dum alter alterius dicta reprehendit
& experientia aliud inueniſſe teſtatur. Nam in diuiſione zodiaci in
ſigna: Chaldei nominatiſſimi aſtrologi ab alijs diſſentiunt: non ſigna
duodecim: ſed imagines undecim ponentes: nec eiuſdem latitudinis
nec longitudinis. Sed nec planetis domos aſſignant altitudines ſeu ex
altationes tantum conſiderãtes. Alij autẽ & ſi in ſignis graduumue di
uiſione conueniant: in partitione tñ domoꝝ duodecim tm̃ pugnant
ut cui opinioni conſentias: nulla argumenti vis oſtendat: nam plu/
res gradus alij in illa/in altera pauciores collocandos ſtatuunt. Ita fit
ut planeta qui ab alijs in prima domo collocatur: ab alio in ſecunda
vel duodecima poſitus inueniatur. Inde & aſpectus domoꝝ domina
tiones ac cętere vires multipliciter variãtur. Planetã quippe quẽ in pri
ma & angulari domo fortem credunt; in duodecima viribus deſtituti

volunt.Et reuera mirum & philoſophię contrariũ: ſtellam in quarta
ſub terra plus efficacię & influxus habere in naſcentem ꝗ̃ ſupra finito
rem collocata in undecima aut duodecima domo cœli:quod nõnulli
attendentes:communi traditioni contradicunt:& ſtellas in domibus
ſupra horizonta fortiores credunt ꝗ̃ infra ipſum.Dicãt ſi poſſunt/ &
rationabiliter dicant: cur planeta circa finem noni domicilij non tan/
tum aut plus poſſit ꝗ̃ circa terminũ decimi vel in medio quarti.Ea/
propter & ipſi fluctuant:nunc illam/nunc aliam fortiorem prędicant
Vnde Ptholemęus aliquando undecimã domum orienti in fortitu/
dine preponit:aliquando contrarium ſentit. Mediũ cœli omnibus p̃/
fert Meſſahala & Aboaſar orientẽ prælocant.ſed de his ſatis/quantum
in ſignificationibus domoꝝ diſſentiant partim tactum eſt cum eaſdẽ
recitaremus.In diſtributione autem facieꝝ & terminoꝝ miro modo
diſcordant.nec mirũ:quando & in naturis planetaꝝ diuerſa ænunci/
ant.Nõne venerẽ Abenragel & Alchibicius frigidam eſtimant.e regi/
one Aboaſar & Ptolemęus calidã ipſam affirmant? In mercurio nõ
minus diſſentiunt:& nec in Luna quidẽ nobis proxima conueniunt.
Et ſi in q̃litatibus huiuſcemodi aberrent/danda eſt venia cum de bo/
nitate aut malicia planetaꝝ non per omnia concordant. Sup omnes
autem ridendi ſunt:qui capiti & caudę draconis punctis pure imagi/
narijs efficaciã aliquã ineſſe credunt:ita ut etiaꝫ annis nati aliquid ad/
dant.Quis præterea unꝙ̃ concordabit litem q̃ adhuc ſub iudice eſt:
de radiationibus/directionibus & æquationibus dieꝝ? De annis au
tẽ Fridarijs ob nimiã diſſonantiam piget vel modicũ quid dicere. at
tende quęſo in duobus pluribuſue pronoſticis annuis quot errata/
quot contraria & pene nulla ſine formidine de oppoſito ænunciata.
nõne frequenter circa idem vacillant/cum dicunt mortalitatẽ vel bel
la ex malicia ſaturni vel martis in aliquo domicilio ſignificari? ſed be/
nignus iupiter forte maliciã eorum mitigabit:ut quodcunꝙ̃ æuenerit
id aſtrologum prædixiſſe inuenias.Ita pariformiter cũ pluuiam ven/
turam aliquo tempore pręnunciant:frequenter addunt alioꝝ plane
tarum radiationes:propter quas ſerenitas ſaltẽ in aliquibus locis æue
niet.Raro pręterea de domino anni concordant. DIS. Omne autẽ
regnũ in ſe diuiſum deſolabitur:& domus ſupra domũ cadet:Domi
nus in euangelio teſtatur.ſed forte contrarietatem in eoruꝫ libris eſſe
negabunt. MAG. Qua fronte? cum nulla tergiuerſatione id ce/
lare poſſint:quin omni legenti appareat.adducere autẽ latius.has cõ/
tradictiones apertiſſimas vetat breuitas.ſed lege dum vacat librũ Ha
li Abenragel de iudicijs:qui multoꝝ ſententias in unũ colligit.& Ab
raam de natiuitatibus & cæteros qui in maximis principijs huius ar/
tis pręcipuos auctores ſepius falſa dixiſſe libera voce prędicãt:Ptho
lemeũ ſcilicet Meſſahalã Albumaſarã & plures alios. Figuras etiam
quas Albumaſar in Iſagogis ſuis maioribus in ſingulis faciebus fig/

noꝝ aſcendere aſtruit:magis ridiculo q̃ veritati accedere idẽ Abraam
dicit:ſed quid dixi lẽge:& nõ potius luridam hanc peſtẽ omni tempo
re fuge? iuxta ea quę ſupra patrũ auctoritate ꝓbata ſunt. DIS. Mi/
ror ego vehementer ſi ipſi inter ſe diuerſi ſunt:& ſanctis doctoribus ca
nonibus & diuinis litteris contrarij(ut dictũ eſt)quomodo Camera
cenſis eos cum theologia & hiſtorijs concordare potuit in libello quẽ
de tali concordantia p̃titulauit. MAG. Titulus quidẽ libelli cõcor/
dantiam ſonat:ea vero quę ab auctore & in illo ac ſuperaddito Eluci
dario adducuntur:ſummã diſcordantiã aſtrologoꝝ inter ſe & a veri
tate hiſtorię oſtendunt. DIS. Miſſa igitur hæc facientes/ reliquas
aſtrologię partes videamus.

Quarta Aſtrologiæ pars de interrogatio-nibus. Capitulum.xvij. MAG.

Strologoꝝ opinio eſt:cum animus hominis ad deſideriũ ſciẽ/
a dę alicuius rei impellitur/ſubito nõ ęlectione & conſultatione
id fieri:ſed influxu conſtellationis ea hora in cœlo conſiſtentis.
unde ſi aſtrologum conſulat:ex figura cœli hora interrogationis re/
perta eundem aſtrologũ de re quęſita poſſe vera reſpondere: videli/
cet ſi mortuus viuus ne ſit amicus abſens. ſi miſſus legatus ſaluus re/
diturus ſit:& inuenturus aut expediturus proſpere rem ꝓ qua miſſus
eſt: & innumera alia de quibus dubitare poterit humana curioſitas.
DIS. Aliquando ne vera interrogantibus reſpondent? MAG.
Etiam quãuis ſæpius mentiantur & quidẽ inculpabiliter. nam hic in
uenerunt quo errores ſuos apud imperitos excuſent. DIS. Quo
medio? MAG. Quia dicunt:ſi motu quodã naturali firmaq; & ra
dicali intentione aſtrologũ dubius quis interrogat ex natalicia conſtel
lationeiam proueniſſe ad id quod ipſa ſignificabat. unde conſtellatio
nẽ interrogationis proportionabilẽ fieri natalicię conſtellationi affir
mant:& niſi hoc ęueniat intẽtionẽ interrogantis nõ radicalem neq; fir
mam fuiſſe clamitant:ea ꝓpter ſi in reſponſis fallant atq; fallantur nõ
ex defectu artis: ſed interrogantis leuitate ꝓuenire excuſant. DIS.
Callida nimis ſed inefficax mendaciorũ excuſatio. Nam quid Chal/
deos aſtrologos morabatur qui regis Nabuchodonoſor ſomniũ quę
ſitum nedum nõ dicere potuere:verũ nec cuipiam mortalium poſſi/
bile eſſe dixerũt? Et quis diceret ꝙ ex tam numeroſa turba aſtrologo
rum p̃noſticationibus aſſidue vacantiũ regis natiuitatẽ nullus ſciret:
aut quęſtionem tam ſtudioſe p̃poſitam/animum regis tam contur/
bantẽ/nõ fuiſſe firmam & radicatã? Idem opponere poſſem de ægy
ptiacis diuinatoribus:qui de ſomnio Pharaonis ſimiliter reſpondere
nõ potuerũt. Daniel autẽ regi Babilonię/ & Ioſeph regi ægypti non
tam ad ſomnium:ſed & interpretationem liquido reſponderunt: nõ
ex conſtellationũ aliqua inſpectione:ſed dei omnipotentis reuelatio-

ne.ut textus ſacrę hiſtoriæ habet:quem nuper te iubente legi atqꝫ rele
gi.Prętérea ſi animũ ad deſiderium ſciendi ꝑ ſtellares influxus ꝑ mo
tum credunt:cur nõ magis obſeruãt conſtellationẽ & tempus ꝙ quę
ſitor deſiderium tale cõcepit/quã & cõſtellationẽ & horam qua ꝓpo/
ſita eſt quęſtio? nam ſi forte aſtrologum quęſiturus tardius inueni/
at/conſtellationem & horoſcopũ utiqꝫ variari neceſſe eſt. Vnde hãc
aſtrologię partem cũ ea quę de natiuitatibus diuinat confutandam
execrandamqꝫ exiſtimo:a cœtu autẽ fideliũ exufflandos qui ſibiipſis
uſurpant quod ſolius dei eſſe diuinæ litterę ſonant.ut eſt illud. Tu ſo 1.C
lus noſti corda filioꝝ hominũ. MAG. Nec pręter illũ nouit quiſqꝫ
quid ſit in homine:non angelus bonus vel malus/ niſi ſolus ſpiritus
hominis qui eſt in ipſo. DIS.Relegata igitur hac ipſa ſtulticia ad re
liqua pergamus.

Electio temporum ad initianda diuerſa ope ra ſub certis conſtellationibus: in parte cõ ceditur ab Auguſtino & medicinæ diuer ſis auctoribus. Capitulum.xviij. MAG.

q Væ ſequitur aſtrologię pars/ęligere docet diem & horam om
ni operi quod facere libet conuenientẽ:quando ſcꝫ ſit bonum
ſeminare/plantare/ligna pro fabrica excidere ne teredine per
forentur & carie tabeſcant.ſanguinẽ minuere: membra ſanandi gratia
incidere:medicinã ab intra recipere;caſtra ciuitates & domos funda/
re:exercitum ęducere:hoſtibus occurrere:uxorem ducere.Emere/ vẽ
dere/nouas veſtes induere:vindemiare ut vinũ in pace bibatur.Opus
alchimiæ inchoare.ad ſtudium pueros applicare:locum mutare: iter
arripere per terrã & aquã:ſocietatẽ inire.cum cuiuſuis ſtatus & digni
tatis hominibus loqui & negocia tractare.balneum intrare. nuncios
mittere:ſeruos conducere:ad venãdum in ſilua aut fluminibus exire
& his ſimilia quę nunc memorię minime occurrũt: ſed ĩ libro Hali de
iudicijs videri poſſunt:ubi ſingulis cõſtellationes ſuas aſſignat. DI.
Prętermiſſum eſt unũ iudicio meo plus cęteris neceſſariũ ſi nõ datur
regula ęligendi horam & conſtellationẽ fortunatã/ſub qua bonũ &
fœliciter contingat mori:pœnas infernales ęuadere:& cœlos ſydere/
os omnes tranſcendere. MAG. Tu eos irrides qui tanto ſtudio quę
cõmemorata ſunt inueſtigant? DIS. Et Auguſtinũ Ianuario ſcri/
pſiſſe paulo ante dicebas eſſe mathematicoꝝ deliramẽta cũ deteſtatio
ne irridenda. MAG.Non inficior:ſed ſi recordaris/etiam dictũ eſt lib.
ab eodem ſancto Preſule:nõ uſqꝫ quaqꝫ abſurde dici poteſt/ ad ſolas ciui,c
corpoꝝ differentias afflatus quoſdam valere ſydereos.quid autẽ ma
gis corporale in actionibus ꝙ agriculturã exercere: ligna dũ nondũ
ſupfluo humorę abundant in ędificia ꝑſcindere; ſanandis corporibus

corporalibus rebus mederi? Alludit iſtis quod idem ad Ianuariũ ſcri
bens. Non autẽ dicit quiſq̃ ſapiens arbitretur obſeruatores temporũ
reprehendendos: qui dicũt nõ ꝓficiſcar hodie/ quia tempeſtas exorta
eſt &c. vel ſi qui forte alij naturales effectus circa motũ aeris & humo
ris/ad variandas tempoꝝ qualitates ex ſyderũ ordinatiſſima cõuerſio
ne notati ſunt. de quibus dictũ eſt. cũ conderentur ut ſint in ſigna & tẽ
pora/dies & annos. DIS. Plane ita littera ſacra habet. Vnde autẽ
demonſtrabis ꝙ ſigna alia/alias corporis partes ſibi vẽdicant. planetę
quoq; (ut pauloante dictũ eſt) in diuerſis ſignis nõ eadem membra re
ſpectant? MAG. Demonſtrent ſi poſſunt quoꝝ hęc dogmata ſunt
ego vero nihil naturale/nihil philoſophicũ/ nihil deniq; rationi cõſen
taneũ & in his diſtributionibus & aſtrologoꝝ argumẽtis cõperi. Q ui
imo & ipſos auctores p̃cipuos in aſſignatione huiuſcemodi/ queãd
modũ & ferme in omnibus nõ mediocriter digladiari inueni. Nã ut
exempli cauſa unũ cõmemorẽ: quid pugnatius dici poſſet/ q̃ teſtes
ſeu pubenda virgini aſſignari. ut Alchibitius. aut ſagittario. ut Auen/
nozra. aut ſcorpioni. ut Aboaſar? piget plura talia ẽnũerare. DIS. Pi
gebit & me in p̃ſcriptis operationibus agriculturę/medicinę & ſimili/
bus ſigna aliq̃ etiã aſcendentia ſeu orientia: aut planetarũ dominia: p̃
ter ſolis & lunę lumina & afflatus obſeruare. Cum autẽ lunaribus in
cremẽtis humores augeant/minutiones ſeu flebothomiã luna plena
fieri: videt forte rationi naturali magis accedere. niſi obſtet ꝙ vulne/
rato membro/abundantia humoris crudi ſolet dolorẽ vel tumorẽ vel
cauſare vel augmantare. Sed hactenus de illis: videamus & reliqua.

Eligere diem ad initianda coniugia/comer= tia & his ſimilia impium eſt & a fide apo= ſtatare. probatur auctoritate ſancti Augu= ſtini/& iuris canonici. Et irridentur curio= ſi Aſtrologi. Capitulum. xix. MAG.

N alijs quę in ſortẽ ẽlectionũ receptant aſtrologi: videlicet du
cere uxorẽ/emere/vẽdere: cuiuſcunq; generis cõmertia face
re &c. conſtellationes aliquas obſeruare ratio naturalis nõ ad
mittit. Et diuus Auguſtinus libro quinto de ciuitate dei ca. vij. irridet
dicens. O ſtulticiam ſingularem: ẽligitur dies ut ducatur uxor &c. &
ſermone. 63. Omnium inquit corda fidelium nõ dubitant/nullis mũ
di partibus/nulliſq; temporibus prouidentiam abeſſe diuinam: nec
de ſtellarum poteſtate quæ nulla eſt ſęcularium negociorum pende/
re profectus: ſed ęquiſſimo & clæmentiſſimo ſummi regis arbitrio
cuncta diſponi. Concordat quod idem dicit libro tertio de Trinitate
ca. iiij. Et ad Ianuariũ ait. Non itaq; dies obſeruemus & annos & mẽ
ſes & tempora: ne audiamus ab apoſtolo. Timeo ne forte ſine cauſa

laborauerim in vobis. Eos enim inculpat qui dicunt. non ꝓficiſcar q̃a
poſterus dies. aut quia luna ſic fertur: vel proficiſcar ut proſpera ce/
dant: quia ita ſe habet poſitio ſyderū. nō agam hoc menſe cōmertiū
quia illa ſtella mihi agit menſem: vel agā: quia ſuſcepit menſem &c.
Sacri inſuper canones tempoꝝ obſeruantias ꝓ his effectibus inhibēt
26. q. 7. ca. nō licet. ca. nō obſeruetis (inquit Auguſtinus) dies qui di/
cuntur ægyptiaci: aut Kalendas Ianuarij: aut aliquot menſes aut tem
pora/ aut dies/ aut annos/ aut lunę ſoliſq; curſum pro domo faciēda
aut propter coniugia copulanda: qui autē talibus credunt: ad eoꝝ do
mum euntes aut ſuis domibus introducunt & interrogant. ſciant ſe fi
dem chriſtianam & baptiſmum pręuaricaſſe: & paganum & apoſta/
tam hoc eſt retro abeuntem & dei inimicum: iram dei grauiter inęter
num incurriſſe: niſi eccleſiaſtica pœnitentia ęmendatus deo reconcilie
tur. Hęc ibi. Pręteremiſſis illis quę ad ſequentia deſeruiunt. & ca. ſequē
ti quod ſumptum eſt ex Enchyridion ſancti Auguſtini capitulo. 78.
& ex cōmentarijs eiuſdem ſuper epiſtola ad Galathas/ graue peccatū ad
oſtendit obſeruare tempora in finem ſupra expoſitum. Quod autē
ca. non liceat. xxvi. q. v. prohibet obſeruare curſum lunę & ſtellarum
etiam propter ſegetes vel arbores plantādas intelligendum exiſtimāt
de illis qui hæc colunt: credentes aliquid diuini numinis ineſſe talibus
Pręter hos diuus Auguſtinus libro quinto de ciuitate dei capitulo. vij.
etiam illos irridet qui æligunt dies accomodatos ponendis vitibu
vel arboribus vel ſegetibus credentes particulatim poſitiones ſyderū
illis influere: iuxta omnia quę de natiuitatibus hominum obſeruant.
Hoc enim inquit quā falſum ſit ex eo patet ꝙ tam multa grana in ter
ram ſimul veniunt: ſimul germinant & exorta ſegete ſimul herbeſcūt
pubeſcunt/ flaueſcant: & tamen inde ſpicas cęteris coęuas: atq; ut ita
dixerim congerminales alias rubigo interimit: alias aues dępopulā
tur: alias homines auellunt. Hoc autem nequaq; fieret/ ſi eadem con
ſtellatio ſub qua ſeminātur/ etiam quantū ad ęuentus ſaluationis aut
conſumptionis influeret: quemadmodum de hominibus iudicāt eo/
rum inſpectis natiuitatibus. Nec enim initiales conſtellationes naſcē
tibus hominibus tantum eſſe ſigna & cauſas futurorum credunt: ſed
etiam plantis brutis & rebus inanimatis: utputa fundādis caſtris: ciui
tatibus & domibus & cętera. DIS. Si ita ſentiunt: dicant quid cau
ſę eſt ꝙ de eodem boue homines/ canes/ aues/ reges & pauperes/ no
biles & populares cōmedunt. De eodem quoq; vino ſimiliter diuer
ſi homines bibunt & de eodem frumēto paſcunt &c. Si hæc ex initia
li ſydere habent ꝙ aut a beſtijs deuorentur aut igne vel aqua intereant
aut in regios tantum cibos veniunt: iuxta ea quæ de natiuitatibus ho
minum ventura autumant? MAG. Reſpondebunt proculdubio
aliquid: ne victi videantur ab adoleſcente: ſi hæc & ſimilia ipſis obiece
ris. nos interim quę reſtant percurramus DIS. Probe.

De fabrica imaginũ aſtronomicarum: & necro manticarum/ qualiter aut ad quid valeãt & ꝙ nullam vim a conſtellatione habẽt ſed circa eos dęmon operatur: fiunt autem ſub conſtellatõe: ut impietas idololatrię magis occultetur. Deflentur & aſtrologi miſeri qui neſciunt ſui miſereri. Capitulum. xx.

MAG

Strologię ultima pars (iuxta p̃libatam diuiſionem) de imagi/
a num aſtronomicarum fabrica eſt inquantum ſub certis con/
ſtellationibus ſculpũtur aut funduntur vel ad fugandum no
ciua vel alliciendum & promouendum utilia & concupita: nam in va
rios uſus ordinantur. Aliquę in quarundam rerum deſtructionẽ: ut
ſi ſcorpiones a loco ammouere cupiant/ figuraȝ ſcorpionis certæ ma
terię ſculptura aut fuſione imprimunt ſub conſtellatione cõuenienti
& nomen effectũ ſignificans nomen rei fugandę: & nomen ſigni aſcẽ
dentis & eiuſdem diuerſis partibus imaginis inſcribunt: cum quibuſ
dam alijs obſeruantijs: quas cum modo totius operationis ſilentio
libet tranſire. Pro effectu contrario contrariã conſtellationẽ & opera
tionem obſeruandam tradunt. Similiter in imaginibus quę ad amo
rem & inimicitiã/ ad ſanitatẽ aut infirmitatem inducendas fiunt/ aut
ad alios effectus conſequendos ordinantur. DIS. Aliquando ne ꝓ
huiuſcemodi imagines concupiti effectus cauſantur? MAG. Effe
ctus intentos multotiens ad talium imaginũ multiplicationem ſecu
tos fuiſſe: experientia multos ędocuit: & heu miſerabiliter decepit. nõ
enim hi fiunt virtute imaginis a conſtellationibus recepta: ſed opera
tione dęmonum. ut manifeſte teſtatur ſanctus Thomas ſecunda ſe/
cundę. q. 97. arti. ij. in ſolutione ſecundi argumẽti & in libro de occul
tis operibus naturę. Et contra gentiles libro tertio ca. 103. & venera/
bilis antiſtes Guilhelmus libro de fide & legibus. Auerrois quoq; ad/
uerſus Algazelẽ ſcribens huiuſcemodi imagines prorſus inefficaces
aſſerit. Nam artificialia inquantũ huiuſcemodi nec cœleſtem influxũ
recipiunt: nec alicuius operationis naturalis per ſe cauſa ſunt. ſicut pa
tet ex naturalibus: & quantitas de genere actiuorum non eſt/ imago
igiť ex quacunq; materia fabrifacta ſub quibuſuis conſtellatiõibus
nihil amplius de virtute cœleſti accipit q̃ maſſa non effigiata ex qua
imago fit: nec omnia quæ inſcribuntur virtutem aliquam habent. ut
in ſequentibuȝ patebit. Similiter ꝙ imagines ſepeliũtur in medio lo
ci in quo operatio eoꝝ expectatur actioni naturali cõtrariatur: quia
actiua & paſſiua applicata fortius agunt & patiunť. Vanitatẽ maio/
rem indicãt obſeruãtiæ cętere q̃ in illis obſeruanť: ut cũ ſiniſtra manu

quędā nomina inſcribuntur:imaginū quędam ſupinę ſepeliūnť: alię
ſurſum ęrectis pedibus capite deflectunť.q̄ omnia(uti ex doctoribus
ante cōmemoratis patet)ſigna magis ſunt occulti pacti initi cū dęmo
nibus ab his qui talibus utuntur q̄ cauſę ad effectū naturaliter cōcur
rētes. Sicut in imaginibus necromanticis angelorꝫ aut potius dęmo
niorum inſcriptio:& aliorꝫ nominū & characterum ignotorum. In/
ſuper diuerſarum ſuffumigationum/inuocantium quoqꝫ uſus ſigna
ſunt manifeſti pacti cum dęmonibus. In hoc em̄ differre dicit ſanctus
Thomas ſecunda ſecundę queſtione.96.articulo ſecundo imagines
aſtronomicas a necromanticis. In utriſqꝫ autez tempora obſeruanť &
conſtellationes certę. DIS. Sed fruſtra: ſi imaginibus expectatā
virtutē nō influunt. MAG. Sed ut tali fuco dęmonis conſortiū &
idololatrię impietas magis occultetur. unde propter manifeſtas im/
pietates quę in execratione imaginū necromanticarū fiunt/ꝓpemo/
dum omnes/nō ſolum chriſtiani:ſed aliarū factionū prudentiores ab
hominantur eaſdem: aſtrologicas vero cū nec incognita nomina ha
beant/ſuffumigationes non requirant: ſed a ſolo cœleſtium influxu
efficaciam ſortiri videātur: pleriqꝫ etiam heu chriſtiani amplectuntur
& eo infęlicius errant: quanto minus dyabolicas verſutias nephādo
operi adeſſe ſuſpicantur. dimiſit em̄ eos deus (ut Dauid cecinit)ſecū P(
dum deſideria cordis eorꝫ: ibunt in adinuētionibus ſuis. DIS. Heu
quāta impietas ſub ubra aſtrologię latitat. miſereor ſectę huic miſer/
rimę: q̄ ſui neſcit miſereri. & dum alijs ſalutem & bona ęuentura p̄di/
cere fruſtra laborat/ipſa elephantino morbo tabeſcens: cancrū quo
qꝫ uſqꝫ ad interiora animę ſuę ſerpere ſinit. MAG. Non modo ima/
ginum impietas aſtrologię vim faciens/ſub umbra eius ſe occultat:
ſed omnis pene ſupſtitionis infęlix ſoboles ſub alas ipſius cōfugit: dū
ſuperuacua tempora impie obſeruat. DIS. Obſecro/graueris mini
me infœlicem ſupſtitionis genelogiam nominatim texere: ut cōple/
tius videam mala quibus curioſi aſtrologi participant. Curioſos illos
aio qui ex aſtrorꝫ influxu effectus expectant: quos ratio naturalis ex
illis prouenire nō poſſe conuincit: & ſcriptura ſacra deteſtatur.

De triplici ſuperſtitionis filia: & qualiter dyabolus inuentor illius/diuerſis temporibus genus humanum per illas decepit. Capitulum.xxi. MAG.

ſ Vperſtitio viciū eſt religioni oppoſitū p̄ exceſſum. cui⁹ ut ex
diuo Auguſtino libro ſecundo de doctrina chriſtiana patet tri Au
plex eſt filia. Idololatria ſcz Diuinatio & ſup̄uacua obſeruātia
ait enim. Supſtitioſum eſt quidquid inſtitutum eſt ab hominibus ad
facienda vel colenda idola(ecce idololatria) vel ad cōſolationes & pa
cta quędā ſignificationū cū dęmonibus placita atqꝫ fœderata/qualia
ſunt molimina magicarū artiū(ecce diuinatio)& infra. Ad hoc gen⁹

pertinent omnes etiã ligaturę atq; remedia quę medicoꝝ quoq; diſci
plina condemnat:ſiue in ꝑcantationibus/ſiue in quibuſdã notis quas
characteres vocant: ſiue in quibuſdã rebus ſuſpendendis atq; ligan/
dis vel etiã ſaltandis &c. xxvi.q.ij.ca. Illud (ecce vana obſeruantia)
Dyabolus quippe cui⁹ ſupbiã cœlũ ferre nõ potuit: diuini honoris
percupidus/ & homini qui in locum unde ipſe cũ angelis ſuis apoſta
ticis ceciderat ſublimandus erat inuidens multiplex ſuperſtitionis ge
nus mortales docuit.ſicut ſcriptũ eſt.inuidia dyaboli mors intrauit in
orbem terrarum. Primos equidem parẽtes ꝑ diuinationẽ aggreſſus
eſt:dũ ipſis ſcientiã boni & mali eſu pomi vetiti promiſit. Poſt lapſum
generis humani ferme totum orbem idololatria deprauauit.demptis
paucis ad ciuitatem dei pertinentibus ciuibus in ſtatu quippe innocẽ
tię prothoplaſti iuſti/idololatrię facile nõ cõſenſiſſent: ſed dolum ſta
tim notaſſent. Poſt lapſum vero eorum filij peccatis obcęcati/hãc mi
ra facilitate amplexi ſunt:& firmiſſime tenuerunt:ſed cum hanc mul
tiplex ꝓphetarũ ſcriptura & euangelica doctrina tandem a cordibus
credentium hominum ęradicauerunt/docuit eos vanas & ſuperſti/
tioſas obſeruantias:tanq; de falſitate minus ſuſpectas. Et iſtis heu de/
lectabiliter aſſenſi ſunt:& ita firmiter tenent:ut quotidianis ſacerdotũ
clamoribus & admonitionibus radicitus extingui in chriſtianis non
poſſint. Vt autem tibi morẽ geram: viperinã earundem ſobolem bre
ui ac plano ſermone explicabo. Primũ vero nõ de diuinatione quæ
origene videtur prior:ſed de idololatria quę eſt in vicioſitate crudelior
exordiar. DIS. Perpulchre.

De Idololatria & triplici ſecta gentilium de adora- tione creaturarum. & qualiter chriſtiani imagi- nes adorant Chriſti & ſanctoꝝ cum diſtinctio- ne triplicis adorationis. Capi.xxij. MAG.

Dololatria dicta eſt q̃ſi latria id eſt diuin⁹ cult⁹ idolis exhibit⁹ Idolola/
Idola autẽ ſunt ſtatuę & imagines q̃s tali honore gẽtilitas vene tria
rabat:credens aliqd diuinitatis ineſſe illis: ꝓpter reſpõſa & mi Idola.
rabiles ac vitales opationes q̃s dęmon inhabitãs ſiue aſſiſtẽs opabat
ſicut fuere ſtatuę Hermetis trimegiſti:q mercuri⁹ dictus eſt: in qbus
credebãt arte quadã ſub certis cõſtellationibꝫ aĩas dęmonũ vel ange/
lorũ includi. De quibus diuus Auguſtinus li.viij.de ci.xxiij.& ſe.mẽ
tionẽ facit:eaſq; reprobat. Nec em̃ naturalis phũs cõcederet quoſcun
q; ſpiritus artificialia corpora poſſe vegetare & ſubſtantialiter infor
mare. Anima em̃ ut Ariſto. tradidit actus eſt corporis phiſici id eſt na
turalis nõ artificialis. q̃ſi nõ de informatiõe;ſed inhabitatiõe ſenſerũt
quaſi ſpiritus rebꝫ quibuſdã & arte alligati ſtatuis aſſiſterẽt ęque erra/
uerunt. Non enim poſſunt hoĩes per quaſcunq; res lapides/ herbas

verba aut conſtellationes ſpiritũ compellere bonum vel malũ:ut vo
catus veniat & idolum inhabitet.ut patebit in ſequentibus.qm̄ corpo
ralia in incorporea agere naturali ordine non poſſunt. Fuere p̄ter hos
ex gentibus qui non ſtatuis & imaginibus latriam exhibebant quaſi
dijs/ſed rebus creatis:quas deificatas credebant propter aliquã vir/
tutem aut facinorum magnitudinē:quas ſtatuę rep̄ſentabant.utputa
Ioui/Herculi/Veneri & reliquis huius generis portentis. Multiplici/
tatem ac vanitatem omniũ talium deorum ſanctus Auguſtinus fere
per decem primos libros de ciuitate dei ęliminat. De quibus & Pſal/
miſta dicit.Omnes dij gentium dæmonia.& iterũ. Simulacra gentiu;
argentũ & aurum opera manuũ hominum:os habent & non loquũ
tur:oculos habent & non videbunt:aures habēt & non audiēnt:ma/
nus habent & non palpabunt:pedes habent & non ambulabunt:na/
res habent & non odorabunt:non clamabunt in gutture ſuo.Reſpon
ſa autem & cætera quę circa illa fiebant/dæmones operabãtur. Non
dæerant præterea qui omnes mundi ptes diuino honore dignos exi
ſtimabant:propter animã mũdi per omnes partes eius diffuſa;: quã
deum credebant.Sic a diuerſis mundi partibus & proprietatibus deo
rum nomina multiplicabant. de quibus diffuſe Auguſtinus tractat
Platonici — in de ciuitate dei libro ſeptimo.Cæteri ut Platonici unum ſum̄um De
um confitentes ac honorantes/intelligentias tamē ſiue angelos cœle
ſtium corporum animas ac dæmones/quos aerea dicebant eſſe ani/
malia:& animas hominum ad ordinem dictorũ relatas/a diuino cul
tu non ſegregabant. Illorum errores ſanctus Auguſtinus libro octa
uo de ciuitate dei abunde extirpauit.Nam ꝙ̄ īmane ſit hoc viciũ/ex
hoc maxime perpendi poteſt:ꝙ deus verus qui per prophetam dicit.
Gloriam meam alteri nō dabo.multipliciter id inhibuit.ait enim.do
minum deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies. & in Exodo Sculpti
lia & alienos deos populo fideli inhibens ait.Non adorabis ea : neq;
coles.Reliquas ſcripturas in quibus idololatriam deus inhibuit: ido/
lolatraſq; ꝙ̄ multipliciter punierit/anguſtia tēporis cogit præterire.
DIS.Cur igitur chriſtiani imagines Chriſti & ſanctoru; non mo/
quō chri/ — do faciunt/ſed adorant & colunt? MAG. Venerabiles imagines
ſtiani ima — chriſtiani non deos appellant: neq; ſeruiunt eis ut Dijs:neq; ſpem ſa
gines ſan — lutis ponunt in eis:neq; ab eis expectant futurum iudicium/ſed ad
ctoꝶ ue/ — memoriã & recordationem venerantur eas:& adorant.non autem ſer
nerentur — uiunt eis cultu diuino/nec alicui creaturæ.ut dicit canon Venerabiles
de Conſe.diſ.tertia. Fiunt etiam ut in ipſis ignorantes videant quid ſe
qui debeant:& in ipſis legant qui litteras neſciunt.Nam quod legen/
tibus ſcriptura/hoc & ideotis pręſtat pictura cernentibus.dicit canon
Perlatũ de conſe. diſ.tertia. DIS.Quomodo eas adorant ſi eis cul
Adoratio — tu diuino ut dictum eſt nō ſeruiunt? MAG.Adorationum alia ſim
triplex — plex eſt:& Dulia dicitur,qua Sanctis Dei & eorundē reliquijs ac ima

ginibus honorem impendimus. Alia excellentior eſt & Iperdulia no
minatur. qua virginem Mariam matrē Chriſti: reliquias & imagines
eiuſdem veneramur. Tertia eſt excellentiſſima quæ Latria appellat̃.
qua ſolum deum colimus & adoramus & Chriſtum Ieſum: cū ſit ve/
rus deus/eodem cultu colimus. Humanitati ꝟo Chriſti perſe ſump
tæ/ſolum deberetur iperdulia. Imagines ꝟo Chriſti & crucem in qua
licunq; materia fuerit effigiata eadem adoratione cum Chriſto vene
ramur per accidens. quia motus adorationis imaginis (ut dicit Da/
maſcenus libro tertio) ad prothotypum id eſt imaginatum uſq; refer
tur. non enim illas ratione materiæ colimus/ſed quia Chriſtum rep̃/
ſentāt: eas rememoratiue veneramur. Crucē ꝟo in qua pepēdit & cæ
tera glorioſæ redemptiōis noſtrę arma/quæ tactu ſui corporis & ſan
guinis ſacrauit: ſecundum cōmuniter doctores iperdulia honoramus
Videri poſſunt hæc latius libro tertio ſentētiarꝝ diſ. nona in textu & do
ctoribus. Cęteras ſuperſtitionis partes ſimili compendio nunc percur
rere frugi erit.

De Diuinatione & eius ſpeciebus. Inſuper ex quibus cauſis futura prędici poſſint. Ca/pitulum viceſimumtertium. DIS.

Ltera ſuperſtitionis filia iuxta præfatam partitionē Diuinatio
a dicta eſt. MAG. Hæc ipſa eſt qua futura pręnoſcere miſeri
laborant per ea quæ prænoſci nō poſſunt. ut fortuita & caſua
lia: q̃ per ſe cauſas nō habent. ſimiliter ea quæ dependent a potentijs ra
tionalibus: quę ſe habent ad oppoſita ſecundum Philoſophos. ut cœ
nare aut ieiunare & ſimilia. talia em̄ ſolus Deus nouit antequā fiant:
qui vocat ea quę non ſunt tanq̃ ea quæ ſunt. apud quem nō eſt tran
mutatio/neq; viciſſitudinis obumbratio. Qui igit̃ talia ſibi ipſis quo
cunq; ingenio uſurpant/diuini dicuntur: quaſi deo pleni. ut ait Iſido
rus libro octauo æthimologiarꝝ. diuinitate enim ſe plenos ſimulant &
aſtucia quadā fraudulenta hominibus futura cōiectant. Effectus aūt
qui ex ſuis cauſis ex neceſſitate proueniūt (niſi ſpecialiter a Deo ſuſpē
dantur) certitudinaliter iuxta naturalem curſum prędici poſſunt. ſi/
cut eclipſes Solis & Lunę. & effectus qui ex ſuis cauſis ut in pluribus
proueniunt/prædici poſſunt quadam probabili coniectura. ſicut plu
uiæ & tempeſtates per Aſtrologos & nautas/ſanitas aut mors. p me
dicos. nec hoc ad diuinationis impietatē pertinet. ut declarat s. Tho
mas ſecunda ſecundę q. 95. articulo primo. Similiter prophetę prędi
centes futura contingentia deo reuelante nō diuinant: ſed prophetant
quod malum non eſt. Diuinatio autem ut Hieronymus teſtatur ſuper
Micheam & c. Iudices. 1. q. 1. ſemper in malam partem ſumitur: quia
in ea ſemper interuenit operatio dæmonū. Quęrere autē conſiliū vel
auxiliū a dyabolo/malum magnū eſſe; declarat s. Bonauentura libro

ſecundo diſ. 7. q. ultima. DIS. Sobolem itaq; quam hęc ſuperſtitionis filia ex dyabolo cōcipit & generat: ænumera queſo. MAG. Diuinatio ſuperſtitionis filia dæmoni copulatur aut per inuocationē ipſius expreſſam aut occultam. DIS. Quomodo per expreſſam?

MAG. Nouerunt hoc Necromātici: qui execrabilibus ſuis exorciſmis & cōiurationibus/characteribus & figuris & diuerſis ceremonijs aut verius ſacrificijs / dęmones certis temporibus ad danda reſponſa aduocant: qui & varijs modis comparent/aut diuerſis formis preſti/ p̄ſtigium giosis/oculorum ſenſus præſtringentes. & dicitur Prestigium. aut in Somniū. ſomnijs apparentes. & diuinatio dicitur per ſomnia. Reſpōdent etiā Phytonia per arreptitios & phytonas. & dicitur Phytonia. Nonnunq; ad quod vocantur prænunciant diuerſis figuris: quas miſeri homines videre ſolent vel in polito lapide/ferro/calibe/ſpeculo aut ungue hominis. & frequēter ad videndum talia æligunt virgines & pueros. & dicitur geomācia generali nomine Geomancia quod eſt diuinatio: q̄ſi diuinatio in ter/reno corpore. Si autem apparitiones hæ ſunt in aqua: dicitur Hydro hydromā mancia. hydor enim græce/latine aquam ſignificat. Si apparitiones aeroman. huiuſmodi fiunt in aere: dicitur Aeromancia. Si in igne: nominatur pyromā. Pyromancia a pyr quod ignem latine ſonat. Si in viſceribus anima/ aruſpiciū lium in aris dęmonum imolatorum apparent prædicta: dicitur Aru/ſpicium. Si autem incantationibus videntur mortui ſuſcitari & reſpō/ necromā. dere ad interrogata/dicitur Necromātia. necros enim mortuus ſonat latine. In hac peſſima ſuperſtitiōe etiam ſanguis adhibetur: inquit Iſi/ Iſido dorus. nam dæmones amare & diligere ſanguinem aiunt: nimirū qa diuinum appetunt honorem. In lege autē ſanguis deo frequēter offerebatur. Ab hac ſpecie totum illud diuinationis genus/quod expre/ſſa inuocatione dęmonū fit: generali nomine Necromantia dicitur. In omnibus his ſolemnis proceſſus conſtellationu; obſeruantias nō negligit; quāuis interdum ſine tali fiant.

De Augurio & ſacrilegio & ſpeciebus earundem. Capitulū. xxiiij. MAG.

Diuinatio autem quę fit abſq; expreſſa inuocatione dęmonum ſecundum ſanctum Thomam ſecunda ſecundæ queſtione no Tho nageſima quinta articulo tertio in duo genera diuiditur. Primum eſt. cum ad prænoſcendum futura aliquid conſideratur in diſ/poſitionibus aliquarū aliarum rerum. Alteru; eſt quod procedit ex conſideratione eorum quæ ęueniunt ex quibuſdam quæ ſerio fiunt/ ad aliq̄d occultū inq̄rendū. Primū generali nomīe auguriū dicit. Secūdum Sortilegium appellatur. utriuſq; ſunt ſpecies ſeu filiæ multæ.

DIS. Augurij filij quæ ſunt? MAG. Prima eſt Aſtrologia: quę aſtrologi ex diſpoſitione ſyderum in hora natiuitatis futuros nati ęuentus diiudicat. Secunda eſt Augurium ſpecialiter acceptum: quod ex garritu auguriū

auium & vocibus quorumcunq; animaliū ſiue per ſternutationes ho/
minum futura pronoſticat. Tertia eſt Auſpicium ex motu aut vola/ auſpiciū
tu auium aut quorumlibet animaliū. vel ſaltu membrorum: coniectans
per viſum hoc quod augurium per auditum. Quarta Omen dicitur: Omen.
quod fit dum verba hominum abſq; intētione dicta/ quis retorquet chyro/
ad futurum quod vult pronoſcere. Quinta eſt Chyromancia: ex li mancia
neis manuum futura prædicens. chyr enim græce latine manus dici
tur. Sexta eſt Spatulmācia ex ſignis & figuris in ſpatulis animalium Spatul
conſideratis/contingentia augurians. Operoſum eſſet ſingularum mancia
exempla & modos deſcribere. DIS. Prætermiſſis talibus/ſortilegij
filias ædiſſere. MAG. Sors fit aut protrahēdo incerti numeri pun/ ſortilegiū
cta verſa facie ad lunam/cum cæteris obſeruantijs: ex quorum pun/
ctorum collectione ſtatuuntur quattuor figuræ: quas matres vocant
e quibus alias non paucas æliciunt: & nominibus planetarum/ſigno
rum & domorum &c. nominant aſpectus earundem: & cæteras habi
tudines quēadmodum in figura cœli conſiderant. Aiunt enim: dum
homo ex deſiderio inquirendi futura puncta ſignat/ iam ex coſtella
tione natiuitatis ſuæ ad hoc peruenit: ut vis cœli manum ſuam diri/
gat/quo nec plura nec pauciora puncta faciat q̄ ad iudicium inten/
tum ſufficiant. diuinatio hæc Geomancia dicitur: differens ab ea quā geomācia
paulo ante inter Necromāciæ ſpecies cōmemorauimus. Illa enim ap
paritiones factas in corporibus politis & terreis conſiderat: hæc pun/
cta ſignata in terra & lapide vel tabula penſat: & propter nimiam pro
pinquitatem ad Aſtrologiam multos decipit: imo nōnullos ſacerdo
tali corona inſignitos obcæcauit. Fit & ſors ex cōſideratione figura/ alię ſortile
rum quę proueniunt/ſi liquefactum plumbum in aquam funditur. gij ſpecies
ſi feſtucę inęquales a ſortilegis tollūtur. ſi chartę ſcriptę & vacuę for
tuitu ex olla leuantur. ſi in proiectis taxillis puncta conſiderantur. Si
in apertione libelli alicuius quod primum occurrerit pro re dubia at/
tendieur. ſi attactu ferri candentis/aut duello innocentia alicuius pro
batur. Ampliorem deductionem illarum diuinationum in aliud tē/
pus reſeruo. De obſeruantijs nunc loquamur.

Quod demones rebus aut verbis a necromāticis cogi nequeūt. ſed a ſolo Deo/angelis/ſanctis & hominibus iuſtis virtute diuina. ſed vocati a Necromanticis veniunt propter initum pactum. Capitulum viceſimūquintum. DIS.

C Ontine paulisper calamum ab exaratione obſeruantiarũ: donec ꝗ dubia videntur circa diuinationẽ & eius prolem paulo latius reſoluas. MAG. Triduum totũ nõ ſufficiet ſi omnibus ꝗ circa dicta queri poſſunt reſpondere tentauero. DIS. Non omnia: ſed pauciora de his mouebo; tu fac ne copioſior ſis in reſpõdendo. Primũ quod animũ meũ innodauit eſt. Si dęmones necromãticis exorciſmis aut cęteris rebus quibus utunẽ coartari poſſint: ut etiã inuiti cõpareant? MAG. Huius dubiꝭ obſcuritas quãꝗ explanatione multa egeat: ſufficere tñ poterit ad pſens reſponſio negatiua quam ſanctus Thomas dat in .q. diſputatis de po. dei. q. vi. arti. 10. Cum em̃ incorporeę ſubſtantię ſint: corporeis rebus ſubduntur minime. ut deduci poſſet ex naturali philoſophia: nec (ut diuus Auguſtinus dicit libro. 12. ſuper Geñ. ad litteram) corpora in ſpiritus agunt. Et de dęmone ad Iob Dominus dixit. Non eſt poteſtas ſuꝑ terram quæ ei comparetẽ: qui factus eſt ut nullũ timeat. DIS. Vocati igitur ſpõte ſua veniunt? MAG. Non oportet: nã & ſi terrena poteſtas dominari illis nequeat virtute tñ diuina coguntur. ut ait ſanctus Thomas ubi ſupra. quandoꝗ quidẽ ab ipſo deo/ quandoꝗ vero a ſanctis & angelis & hoĩbus virtute diuina. Et Auguſtin⁹ li. 3. de tri. c. 4. ait. Spiritus vitę rationalis deſertor atꝗ peccator/ ꝑ ſpm̃ vitę rationalẽ piũ & iuſtũ regiẽ. Piꝭ autẽ & iuſti ſunt ſancti & angeli & homines. ſcriptũ eſt autẽ quia voluntatẽ timentiũ ſe faciet deus. Coguntur deniꝗ dęmones inferiores ꝑ ſuperiores. ait ſanctus Thomas. & hoc arte magica. DIS. Quomodo autẽ ſuperiores inducuntur aut coguntẽ ut inferioribus ꝑcipiant: aut ipſi compareant: cũ res necromãticę in ipſos actionem & virtutem nõ habeant? MAG. Meminiſſe oportet ꝙ in diuinatione pactum interuenit inter diuinos & ipſos dęmones: manifeſtũ aut occultum ut præmiſſuꝫ eſt. Vnde & necromantici libros ſuę ſacrilegę artis dęmonibus conſecrãdos tradũt: maxime autẽ principibus: quoꝶ nomina etiã frequenter ponũt. Hoc autẽ quid aliud eſt quã manifeſtũ inire pactũ cũ dęmonibus: ut approbatis exorciſmis/ characteribus & aliꝭs/ quoties inuocãtur per huiuſmodi initi pacti ſigna recognoſcãt & mittant aut veniant. Vnde ut vim illis ineſſe maiorẽ oſtẽdant/ finguntſe nonnunꝗ inuitiſſime aduentare. DIS. Cur itaꝗ non ſemper vocati veniunt? MAG. Aut quia a deo nõ permittunẽ. Illi em̃ (ut Auguſtinus dicit libro ſecundo de ciuitate dei capi. viceſimoſecũdo) non omnia ꝗ volunt facere poſſunt: niſi quantũ illius ordinatione ſinuntur/ cuius plene iudicia nemo comprẹhendit: nemo reꝑhẽdit iuſte. Ad idem loquitur de trinitate libro tertio capitulo ſeptimo & nono. & libro octogintatrium quęſtionũ quęſtione ſeptuageſimanona Vel magis attentũ in ceremoniꝭs reddant incantantem: quaſi in aliquo defecerit. Vel etiã ut miſeris turpiter illudant. Eſt enim dyabolus mẽdax & pater eius. Nec minus periculũ eſt ſi occultũ dęmonis pactũ in

necromãticis exorciſmis dæmones nõ coartanẽ.

in diuinãdo pactũ interuenit manifeſtum.

Th Iob Th Au Pſa Au

teruenıat.ſicut in illis qui talibus utuntur: tranſcribunt/ aut quopiam alio tradente diſcunt. Immiſcet ſe nihilominus dęmon aſtutus alijs rebus & curioſis obſeruãtijs; ſuper quibus nulli unquã pepigit, de quibus mox tractabimus.

Res corporales quibus Necromantici utuntur/ q̃q̃uis dęmones non cogant/ alliciunt tamen ut ſigna fœderatæ ſocietatis. Redditur etiam cauſa cur ſub certis conſtellationibus/ nocturnis horis/ locis horribilibus/ pueris/ virginibus magis illę apparitiões fiunt. Capitulũ viceſimũſextum.

DIS. Res itaq; quibus necromantici utũtur/ nulla vi cogunt dæmones: ſed magis ut ſigna fœderis alliciunt? MAG. Ita diuus pater Auguſtinus li. 21. de ciui. c. 6. ſentit dicens. Alliciunt̃ aũt dęmones ad inhabitandũ p creaturas/ quas nõ ipſi ſed deus condidit: delectabilius pro ſua diuerſitate diuerſis: non ut animalia cibis/ ſed ut ſpiritus ſignis: q̃ cuiuſcunq; delectationi congruũt: p varia genera lapidũ/ herbaꝝ/ lignoꝝ/ animaliũ/ carminũ & rituũ. DIS. Sed q̃s nouit quibus delectent̃? MAG. audi Auguſtinũ in eodẽ loco. Vt autẽ allicianť (ait) ab hominibus/ prius eos ipſi aſtutiſſima calliditate ſeducunt: vel inſpirãdo eoꝝ cordibus virus occultũ: vel etiã fallacibus amicitijs apparẽdo: eorũq; paucos diſcipulos ſuos faciũt/ plurimoꝝq; doctores. neq; enim potuit niſi primuꝫ ipſis docentib⁹ diſci quid quiſq; illoꝝ appetat: q̃d exhorreat. q̃ inuitet̃ numine vel cogat̃ unde magicę artes eaꝝq; artifices extiterũt. Addere potes quã. s. thomas ponit rationẽ. quia p huiuſmodi res corporales ſciunt facilius poſſe cõplere effectũ ad quẽ inuocantur: & hoc ipſi appetunt: ut ſcꝫ eoꝝ virtus admirabilis habeat̃. Ea ꝑpter hoc ſub certa cõſtellatione aduocati magis adueniunt. DIS. Virgines autẽ & ĩnocentes pueros/ cur magis ad viſiones ęligunt? MAG. ut ex hoc in ſuæ diuinitatis opinionẽ homines adducãt: quaſi mundiciã ament; ait. s. Thomas. Accedit q̃ præſtigia & faſcinatiões illuſioneſq; ꝑpter organorum ac ſpirituũ teneritudinẽ facilius fieri poſſunt: timent magis & a iudicio rectitudinis citius abſtrahunt̃. Vnde ad alienatiões huiuſcemodi inducendas: nocturno tẽpore/ in biuijs/ ſpecubus ſubterraneis; & ſimilibus/ & tẽporibus & locis magis cõparent: in quibus horror & aura corrumpẽs ac ſpiritus peſtilens ſenſus ĩmutãt crebrius. Quibus aũt modis ſenſus ludificari poſſint. Auicẽna. 6. naturaliũ abunde ꝓſequit̃ Generales autẽ modi duo ſunt. Aut enim operant̃ ſpiritus nequã aliquid extra nos, aut in nobis, quod diuus Auguſtinus libro. 4. de trinitate. c. 11. clare inſinuat: dicens. Facile eſt ſpiritibus nequiſſimis p aerea corpora facere multa/ quę mirentur animæ terrenis corporib⁹ ag

Quõ dæmones alliciant̃ rebus corporalibus

dæligunt̃ pueri ad viſiones nocturno tpe locis rectis

grauatę:etiam melioris affectus. Si enim corpora ipſa terrena nõnul
lis artibus & exercitationibus modificata in ſpectaculis theatricis:tã
ta miracula hominibus exhibent:ut hi qui nunq̃ viderunt talia/nar
rata vix credant:quid magnum eſt dyabolo & angelis eius de cor/
poreis elementis per aera corpora facere quæ caro miret̃? Aut etia;
occultis inſpirationibus ad illudendos humanos ſenſus / fantaſmata
imaginum machinari:quibus dormientes vigilãteſue decipiat vel fu
rentes exagitet. In libro quoq̃ de ciuitate.li.18.c.18.q̊d narrat̃ de cõ/
uerſione ſociorum Diomedis in aues: qui videntur in inſula Diome/
dea nõ longe a mõte Gargano qui eſt in Apulia. Item de ſocijs Vlix
is quos Circes maga famoſiſſima in beſtias mutaſſe Varro cõmemo Va
rat. Et de Arcadibus qui tranſnato ſtagno quodam in lupos verti p̱
hibentur:& in decennio ſi interim humana carne non veſcũtur/in ho
mines redire. Has ſimileſq̃ tranſ formationes/ quas ibidẽ recitat Au
guſtinus:ſuperficietenus factas ait:ut videãtur eſſe res quod nõ ſunt
fantaſia hominis ĩmutata:ſicut & in ſomnijs fieri ſolet. Aſſumit hoc
dictum canon.26.q.5.nec mirum. Et ſimile fieri ſceleratis mulieri/
bus retro poſt ſathanan conuerſis: qui ſe nocturnis horis ſuper beſti/
as cũ alijs equitare & conuenire credunt.dicit.c.epiſcopi ea.q. Qua
liter autem permiſſione diuina non propria virtute / ſed ex elementis
in quibus rationes ſeminales ſunt/dęmones veras res efficere poſſint
nec tamen inde creatores dicuntur; forte in ſequentibus dum de cau
ſis naturalium entiu; tractandum erit aperiemus. interim quę reſtãt
breuius percurramus.

Soluuntur quæ obijci poſſunt contra dicta. Et ſpecialiter verbis virtutem nullam ineſſe probatur. Capitulum.xxvij. DIS.

n On poſſum quæ adhuc reſtant dubia & dictis vidẽtur contra Tol
ria non mouere. Legi nuperrime angelum Raphaelem Tobi
am iuniorem inſtruxiſſe qualiter fumus cordis cuiuſdã piſcis
ſupra carbones poſiti:extricaret omne genus dęmoniorꝝ ſiue a viro
ſiue a muliere:ita ut ultra nõ accedat ad eos: quod Tobias experimẽ
to verum didicit. MAG. Non fumus ille:ſed per Tobiæ meritum/
quod ſignificabat fumus cordis/dęmonium extricauit angelus.un/
de ibidẽ ſcribitur. Tunc Raphael angelus appręhendit demoniũ & re
ligauit illud in deſerto ſuperioris Aegypti. Ad idem facit quod domi
nus in euangelio dixit.hoc genus dęmonij non eijcitur niſi in ieiunio
& oratione. DIS. Ieiunium & orationis verba in dæmones coac/
tionis operationem habent? MAG. Minime.ſed illis actibus me/
rent̃ viri ſancti exaudiri:ut deus ipſe dæmões ęijciat. DIS. Quid
de ęxorciſmis quos Salomon ad demones includendos vel expellen

dos confeciſſe legitur? MAG. Reſpondet ſanctus Thomas ubi ſu/ pra: Si Salomon exorciſmos fœcit quando erat in ſtatu ſalutis: potu it eſſe in illis vis cogendi dęmones ex virtute diuina. ſi autem tempo/ re illo quo idola adorauit: ut intelligatur illos per artē magicam fęci/ ſſe: non fuit in illis vis niſi modo dicto: ſcꝫ per modum ſignorum alli/ cientium &c. DIS. Ita pari ratione nulla ineſt virtus exorciſmis q bus ſacerdotes ramos palmaꝝ/cineres cereos/aquam/ſal/vinum/ &c. & infantes baptiſandos exorciſant? MAG. Nulla: ſed ad pro lationem talium exorciſmoꝝ non dubitamus diuinam virtutem quæ poſcuntur efficere. DIS. Fortaſſe ex inito cū eccleſia pacto? MA Quid ni? ſed illud per ſcripturas dæducere theologiæ reſeruemus.

DIS. Saltim verbis conſecrationis in canone miſſę virtutem tranſ ſubſtantiandi panem in corpus Chriſti: & vinum in ſanguinem dice/ re haud effugies. MAG. Non vim verborum ſed diuinam virtutē ad prolationem efficere quod intendit miniſter eccleſiæ: circa debitaꝫ materiam in ſacramentis. concedit Schottus ſuper Magiſtrum libro quarto. ubi ad ea quæ cōtraria videntur/reſpondetur. Sed ne verba ex orciſmorum hęſitationis venenum in corde tuo nutriāt: attende ſi vel unde virtus ipſis poſſit ineſſe/non ratione materię/quę aer eſt vel at/ tramentū aut quęuis alia ſubſtantia. ſic enim omnis materia eius ge/ neris virtutē haberet ſimilē: nec ratione formę accidentalis/quę eſt di uerſa characterū configuratio in ſcribendo & proferēdo. Formis em̄ accidentalibus nullā ineſſe actionē de per ſe philoſophia docet: & cō uincit ratio naturalis. nec ratione ſignificati: q̊d eſt forma magis prin cipalis verbi. Alias concedere habes contra ſenſum. hoc nomē ignis hanc chartā incendere. hoc nomē mors contra te prolatū mox te inter ficere. hoc nomē deus omne cadauer ſuſcitare/vel aliud ſecretius: q̊d tetragrammaton dicunt: ab elementis quattuor quibus apud hæbre os non dico ſcribitur ſed notatur: nam ipſum īnominabile ꝑhibent.

DIS. Sed fortaſſe ex impoſitiōe habēt vim aliquā. MAG. ab ho mine ne an a deo? DIS. Ab homine ne dixerim: q nec ipſe poteſt quod ꝑ exorciſmos fit. MAG. A deo igitur neceſſe eſt ut virtus ſit: ſi quę adeſſe putatur. Doceant igit̄ ubi dominus per ſe vel diſcipulos ſuos tā execrabiles exorciſmos/ignotorū & dæmoniorū nominū inſti tuerit: cū in contrariū ſcriptura clamitet. DIS. Nōne in euangelio di xit. In nomine meo eijcient dęmonia/& cętera ad idē ſonātia? MA Ad inuocationē nominis domini in fide & charitate vera/deus ſpopō dit ſe virtute diuina impleturum quod petitur. Sic ſanctos patres adiu raſſe dęmones non inuocatos ſed occurrentes hiſtorię tradunt. Ali/ ter autem uſi nomine Ieſu exorciſtę quidā: ut in actibus apoſtolorum legitur. non dęmonem expulerunt/ſed ab ipſo grauiter verberati ſunt Exorciſmi autē maleficioruꝫ & ſi dei nomnia cōtineant: alia tamē mul ta habent quæ diuinam virtuteꝫ non aduocant/ſed magis abigūt: &

d' exorciſmo Salomonis

Exorciſmus ſacerdotalis

tanto grauius peccant quanto nomen dei contra pręcœptum decalo
gi inuanum & ad dæmonis cultum aſſumunt.

Quod uti non liceat diuinationibus.cum re-ſponſione ad quędam quę videntur dictis eſſe contraria.Inſuper ꝙ verbis & exorciſmis nulla ineſſe poſſit cogēdi dæmones poteſtas ſeu virtus.Capitulum.xxviij.

DIS.

Liud quod inſidebat menti meæ dubiū ex iam dictis reſolutū
a cerno.hęſitabā quippe antea ſi diuinatione uti liceret. MA.
Minime.nā lege diuina/imperiali & canonica grauiſſimis pœ
inhibetur nis eſt interdicta.Lex diuina dicit Exodi.22.Maleficos nō patiaris vi/ Ex
diuinatio uere.& Leuitici.20.vir ſiue mulier in quibus phitonicus vel diuinati/ Le
lege diuia onis fuerit ſpiritus:morte moriatᷣ.lapidibus obruent eos.ſanguis eo/
rum ſit ſuper illos.& ibidē ait Dominus. Animā quæ declinauerit ad
imperiali magos & ariolos/interficiendā eſſe de medio populi ſui.Lex imperia
lis capite plecti iubet aut cremari.C.de male:& mathe.l.nullus.l.ne/
mo&.l.culpa.&c.Lex vero canonica ſub quibus q̄libuſue pœnis di/ Ca
cta ꝓhibeat & cōtrauenientes puniat/patet.26.q.5.ꝑ totū.Tales etiā tra
auguſti⁹ ut ait Auguſtinus ſi ſe non correxerint:ad æternā perditionē tendūt. leg
26.q.2.c.qui ſine:& idem ſanctus antiſtes libro.7.de ciuitate.c.25.ta tor
les artes ante aduentū Chriſti in ciuitatibus gentiū ſęueriſſima pęna &
legibus prohibitas & vindicatas teſtatᷣ.Singularia ſcripturarū teſti/
monia contra ſingulas ſupra memoratas diuinationis filias adducere
non tam operoſū q̄ ſuperuacaneū eſſet in huius epitomatis anguſtia.
DIS.Miror ſi tanta diſtrictione animaduerti iubentᷣ qui dictis diui
nationibus operā dant:cur nōnullos ſanctos talibus uſos fuiſſe ſcrip
tura cōmemorans/minime reprehendit:Ioſeph patriarcha perſom/
nioꝝ interp̄tationem ad principatū Aegypti peruenit. Daniel ꝓphe Da
ta conſtituitur princeps ſuꝑ omnes prouincias regni babilonici.Rur
ſus ſanctus Ioſeph gubernator Aegypti fratribus ſuis dixit. An igno
ratis ꝙ non ſit ſimilis mei in augurandi ſciētia?Quinimo per auſpicia Ge
& auguria bonę fidei homines:futurā vel tempeſtatē vel ſerenitatē
prædicere nouerunt.Proinde ſeruus Abrahę verba Rebeccæ accepit Gei
pro omine:ex illis arguens dominū miſericordiā fœciſſe cū Abraā.
Sortes inſuper omnino iniuſte interdictę videntᷣ;cū his beatus Apo
ſtolorū chorus Mathiā ælegerit. De adiuratoribus dæmonū quibus actu
ſancti uſi leguntur:ſupra mihi ſatis factū memini. Sed ad hæc ſi quæ
habes reſponde:nam tantos viros male egiſſe in huiuſcemodi diuina
tionibus ſentire nequeo:ſcripturis prohibentibus illa:contradicere nō
audeo. MAG.Probe.iuſta enim & rationabilis eſt diuinationū in/
hibitio:& pie excuſabilis ſanctoꝝ in his operatio. Ad primū quod

de ſomniis oppoſuiſti: dicendum ꝙ ſomniorum cauſa eſt vel intrinſe
ca vel extrinſeca. Intrinſeca ut per ſpecies a ſenſibilibus receptas: aut
a complexiōe hominis cauſatas. Extrinſeca vero ſomniorū cauſa eſt
vel corporalis: ut influxus in corporeos ſenſus vel ſpiritualis. ut deus
per ſe/vel per bonos angelos aut dyabolus per fantaſticas & fallaces
illuſiones. Per hęc ultima ſomnia diuinare/ſpecies eſt ſuperſtitiōis pro
hibita: non per alia: de quibus latius diſſerendum erit eo loco quo de
potentiis animæ interioribus tractabimus. DIS. Somnia autem re
gis Aegypti & Babilonis a qua cauſa fuere? MAG. ab extrinſeca
ſpirituali/ deo ſcilicet vel bonis angelis Similiter & interpraetatio eo/
rundem facta per Ioſeph & Danielez. Ad alterum reſpondet. s. Au/
guſtinus. hęc verba Ioſeph dixiſſe vel iocoſe vel ſecundum vulgi opi
nionem. 26. q. 2. Quod ait. Ad tertium concedendum non ambigo
quædam animalia in aere / terra & aquis cœleſti moueri influentia: &
elementorꝝ mutationē pręſentirę: vocibusq; & motu indicare. Vnde
& in Hieremia propheta legitur. Miluus in cœlo cognouit tempus ſu
um: turtur & hyrundo & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui.
Diuinare autē ex motu & voce animaliū / fortunam aut diſſortuniū
effectus etiam q a libero arbitrio pendent/& a cœleſtibus nō cauſant
æque prohibetur: ſicut talia per aſtrologiā practicare Ad quartū. lege
quæ ſeruus Abrahæ egitante & poſt Rebeccæ reſponſionē: & inueni
es omen non interueniſſe. DIS. De ſortibus autē quid dicendū eſt?

Somnio/rum cauſa duplex

MAG. Sors ut habet s. Thomas libro de ſortibus. & ſecunda ſecū
dę. q. 95. articulo octauo triplex eſt. Diuiſoria/qua inquiritur ad quē
pertineat res diuidenda. de hac Prouerbiorū decimooctauo. Contra
dictiones comprimit ſors/vel dignitas. de qua Actuū primo in æle/
ctione Mathiæ dicitur. & cecidit ſuper Mathiam. vel pœna. hac depræ
henditur Achon qui de anathemate aliquid ſurripuerat. Ioſue ſepti/
mo & Ionas a facie Domini fugiens ſorte deprehēſus eſt & miſſus in
mare. Ionæ primo. Alia eſt ſors conſultoria: qua inquiritur quid agere
oporteat aut quando. ſic fuit ſors miſſa in urnam: ut ſciretur qua die &
menſe occideretur gens Iudeorꝝ Heſter tertio. Tertia eſt diuinatoria
qua inueſtigatur quid futurum ſit. Hac uſus eſt rex Babilonis ſtans in
biuio &c. Ezechielis. 21. In omni vero ſorte expectatur ęuentus vel a
cœleſti influxu: vel a fortuna: vel a Deo aut a dęmone. Cum autē cœ
lum nullam opationem habeat in ea quæ ſorte inquiruntur/ vanū &
ſuperſticioſum eſt uti ſortibus ea intentione: quia ſic nō carent dęmo
num ingeſtione: multo minus cum expectatur æuentus a dęmonę.
Si autem expectatur ęuentus a fortuna/ut cōmuniter in ſorte diuiſo/
ria ſuper re diuidenda cum nō poteſt concorditer diuidi/non videtur
habere (ut ait ſanctus Thomas) niſi forte vicium vanitatis. Si autem
in ſorte diuiſoria aut cōſultoria expectatur ęuentus a Deo. iuxta illud
Prouerbiorū. 16. Sortes mittuntur in ſinum/ ſed a Domino tempe/

Sors eſt triplex.

perantur. Locum habet quod Auguſtinus dicit ſuper Pſalterio. Sors Pſ.
non eſt aliquid mali: ſed in re dubia diuinam indicans voluntatẽ. 26.
q. 1. Sors. Tali ſorte uſi fuerunt Patres ſancti de quibus ſupra. Sed in
his quoq; q̃drifarie viciũ poteſt accidere (ait s. Thomas) primo ſi abſ
q; ulla neceſſitate fiant. videtur enim illud ad dei temptationẽ pertine
re. Secundo ſi fiant in neceſſitate: ſed abſq; condigna dei reuerentia &
præmiſſa oratione. Tertio ſi diuina oracula in ſortibus expectata/ ad
terrena negocia & ad vitæ huius vanitates conuertantur. Quarto ſi in
ęlectionibus eccleſiaſticis q̃ fieri debent inſpiratiõe ſpiritus ſancti/ali
qui ſortibus utantur. DIS. Nunqd tali ſorte uſi ſunt Apoſtoli in ęle
ctione Mathię? MAG. Etiã. ſed ut Beda dicit ſuper hunc ſcripturæ Be
locũ. nondũ erat plenitudo ſpiritus ſancti in eccleſia effuſa. Vnde poſt
ſpiritus ſancti miſſionem ſeptem dyacones nõ ſorte ſed ęlectione cõ
ſtituerũt. Sors diuinatoria ſemp eſt ſuſpecta & mala. Ex his ſanctarũ
ſcripturarũ/ Doctoꝝ catholicorũ & canonum diuerſas ſententias fa/
cile eſt concordare. quod alijs relinquamus. DIS. Probe nam ex
tra limites epitomatis me de illis inquiſiuiſſe fateor. De duello ta/
mẽ & iudicio ferri candentis: quæ inter ſacrilegia nominata ſunt: & ad
quæ nõnulli militaris ordinis ac vetulę quædam ſæpius ſe offerunt:
quid dicendum? MAG. Illicita ſunt. patet de primo. 2. q. 5. c. Mo/
nomachiam: & de ſecundo. c. ſi. de pur. vul.

De tertia ſpecie ſuperſtitiõis que eſt vana ob ſeruantia. Et ſpecialiter de arte Notoria q il/ licita ſit & vana. Capitu. ultimum. DIS.

Obſeruã tia vana — r Eſtat tertia ſuperſtitionis filia nunc deſcribenda. MAG. hęc
eſt vana obſeruantia. vel ad ſcientiam acquirendã. ut in arte
notoria. vel ad ĩmutanda corpora per extranea remedia: vel
ad præcognoſcendum futura fortunia aut diſſortunia: vel ad pręſer/
uandum a malis per ſuſpenſa ad collum aut qualitercũq; portata di/
Ars noto ria — uina verba. DIS. Quid per artem notoriam intelligis? MAG.
vanam quandam ſuperſtitionem quæ habet quaſdam pro qualibet
ſcientia figuras characteribus & nominibus ignotis inſignitas: ac etiã
certas orationes nomina multa ignota continentes: quas dum conti
nenter ieiunijs viuens & ſe macerans cũ certis ceremonijs dixerit/ &
figuras ſumma attentione aſpexerit: ſcientiam deſideratam ſine labo
re alio vel ſtudio acquirere dicitur. DIS. Si illicita non eſt hæc ars
eam mihi tradas quęſo: ut pręter te reliquas philpſophię ſcientias ad/
diſcam. quid laboramus ſuꝑuacue/ ego diſcendo & tu docẽdo: ſi bre
ui tempore omnes diſciplinas arte notoria acquirere poſſum? MA.
Illicitam eſſe hanc artem & inefficacem ſanctus Thomas ſecunda ſe S.T
cundę. q. 96. arti. primo concludit. quia utitur his quæ ſcientiam cau
ſare nequeunt; etiam dęmon per eam inuocatus nec intellectum illu/

minare/nec ſcientiā infundere poteſt. quis poſſit nōnulla ſcientiarū
documenta tradere. Accedit quod non inueniuntur qui ex arte iſta in
ſcientijs præ cęteris fuerint illuminati: ſed potius infatuati. Venit ad
me dum ſtudio inſiſterem in Vniuerſitate Friburgenſi Magiſter qui/
dam Parhiſieñ. cum arte iſta: oſtendebatq; figuras/orationes & cæte
ra huius generis porteta. perſuadebat deniq; ut hac via quas non ha
berem ſcientias acquirerem. Abhorrui figuras charecteres & ignota
nomina: & nullam illis ineſſe efficaciam demonſtrabam. Ipſi autem
dum in falſa credulitate remanent: obieci. quare non ipſe ſcientias plu
rimas quas non habuit tali arte acquiſiuiſſet. Confuſus ille/ad excu/
ſandas excuſationes in peccatis confugit. Nec valet quod adducunt
,1 de Daniele & ſocijs ſuis abſtinentibus a cibis regijs quibus deus præ
cęteris ſcientiam dedit. non enim abſtinebant per vanam obſeruan
tiam artis notoriæ: ſed ne contaminarētur cibis gentiliū contra prohi
bitionem legis diuinę: ideo merito obedientiæ a Deo prę cęteris ſunt
ſcientijs præditi. Et Salomon petens ſcientiam gubernandi populum
meruit eam accipere/non a dęmone ſed ſpiritu ſancto: qui diuidit ſin/
12 gulis pro ut vult. 1. ad Corinth. duodecimo. Cęteras vanę obſeruan/
ti, tię partes diuus Auguſtinus eliminauit ſufficienter libro ſecundo de
doctrina Chriſtiana: cuius nonnulla verba a principio adducta ſunt.
Obſeruantias autem temporū plurimas eſſe ſuperſtitioſas & vanas/
manifeſtum eſt ex his quæ ſupra de ęlectionibus diſſerta ſunt. Incan/
tationes vero/carminationes & obſeruantias aniles pene innumeras
cribrare/non eſt pręſentis negocij. In prędictis etiam quod ſufficien
ter probatum nō eſt: aut determinatione eccleſię vel ſacrę ſcripturę cō
trariatur: pro non dicto habere volo. DIS. Ego vero ab omnibus
illis etiam quę excuſationis quandam vmbram habent/ſed ſuſpecta
videntur: ſedulo abſtinebo: MAG. Prudenter. nam hoc Apoſto/
19 lus monuit dicens. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Vale & cre
bra repetitione quę de ſeptem artibus liberalibus tradidi rudimenta/
memorię cōmenda: in his intellectum & ingenium exerceto: ut cęte/
ras philoſnphię partes celerius appręhendas & ſanius intelligas.

Finis ſeptem artium liberalium.

Sequitur liber octauus de principijs rerum naturalum.

Liber Octauus de Principijs rerum naturalium. De laudibus Philoſophię naturalis & ordine tradendi eandem. Capitulum primum.

DIS. Liquot iam lucubrationibus/quę tradidiſti artiū rudimenta: indefeſſo labore apud me reuolui: & in quē finem ipſarum tenderet cognitio anxius pquirēs/ tandē in eā quā toti operi pmiſiſti philoſophiæ partitionē diligētius oculos conieci. Et pter has triuiales & quadruuiales diſciplinas/ partē phię quæ de totius ſingularūq; partiū mundi naturis & origine diſſerit cōſpiciens: memini quod dudū a te audiuerā: artes liberales non pter ſe/ſed ut adminiculatiuas in hanc quę de naturis rerū cęteraſq; phię altiores diſciplinas addiſcendas eſſe. Harum itaq; principia iamiā in medium ferri pmiſſorum ordo expoſtulat. Primū autē de naturis rerum. poſterius vero de moralibus & theologicis tractandū cenſeo: & id quantocyus ſuccincto familiariq; ſermone fieri vehementer exopto. MAG. Partem phię quæ rerū naturaliū principia ptractat a nullo unq; docto viro neglectā / verum etiā ab Indis Arabibus Aegyptijs græcis & latinis diuerſarumq; religionū profeſſoribus ſumis laboribus conquiſitā manifeſtū eſt: a paucis vero aut (ut verius loquar) a nullis ſecundū præciſionem inuentā facile crediderim. Totius equidē uniuerſitatis entiū ſingulorumq; naturas principia & cauſas inuēiſſe qs ſe iactabit? Quoniam vero nec tu hanc præciſionem/ſed breuē apertumq; ſermonē expoſtulas: tuū percupidum ſciendi animū ſi non cibo ſolido/lacte tamen ut tantillę ætati congruit paſcam: & de theſauris philoſophorum quę viſa fuerint magis neceſſaria in mediū proferam. DIS. Et ego quia difficillima ſunt hęc cognitu/aures diligentiſſimas accomodabo: ut ne verbū quidē dicas quod non alta mente recōdam. MAG. Nec te diligentius auſcultaſſe aliquando pœnitebit. nā cognitis principijs rerum: non obſtabit quo minus res ipſas ſuo modo cognoſcas. Tunc enim (inquit Ariſtoteles primo phiſicorum) arbitramur unūquodq; ſcire cum cauſas eius cognoſcimus primas: & principia prima uſq; ad elementa. Pleruncq; tamen per effectus ad cauſarum noticiam deuenimus. Innata equidem eſt nobis via procedendi a nobis notioribus (quæ ſunt effectus) ad notiora naturę (quę ſunt cauſæ & principia) Hunc igitur ordinem alternatim cōmutabimus: & nunc per principia cauſas & effectus/nunc autē per effectus ſenſibiles principia & cauſas manifeſtare contendemus: ab uniuerſalioribus ad particularia deſcendētes. Nam & illa quoq; nobis prius innoteſcūt. quod in pueris liquet: qui primum omnes viros patres & mulieres matres appellant: poſtea vero unūquodq; ſpecialius determinantes/hunc patrem & hanc matrem dicunt. DIS. Prætermiſſis itaq; longioribus ambagibus/hac via rem ipſam aggredere.

De Opinionibus philoſophorum circa rerum prima principia. Capitulum ſecundum. MAG.

Opiniões de mũdo

HVnc quem inhabitamus viſibilem mundum/quidam philoſophorũ ſemp̄ fuiſſe & fore aſtruũt. ut ſunt peripatetici. quorꝫ princeps Ariſtoteles fuiſſe legitur. Quidã ipſum non ſemp̄ fuiſſe ſed genitũ & nunquã deſinere affirmãt. ut Academici: quibus Plato p̄ꝛerat. Sequentiũ autem multi ip̄m & incepiſſe & interiturũ ſcripſerunt ut Stoici Triſmegiſtus & Sibyllę. Rurſus quidã unũ.tm̃/ut Pythagoras: quidã ĩnumerabiles mundos & gigni & diſſolui p̄dicabant. ut democritus & Anaximãder. Nec ſolũ de mũdi duratiõe & unitate

Opiniões de mat̃ia

verumetiã de ipſius & ſingularꝫ rerum in eo cõtentarũ principijs/ diuerſa ſenſere. Nã ut refert Auguſtinus octauo libro de ciuitate dei.c. 2. Thales Mileſius unus illorum ſeptem/ qui ſapiẽtes appellati ſunt: Aquã putauit rerũ eſſe principiũ: & hinc oĩa elementa mundi/ip̄mq; mundũ & q̃ in eo gignuntur exiſtere Anaximãder eius auditor ſingularum rerum principia credidit infinita. Anaximenes v̾o quẽ diſcipulũ reliquit: omniũ rerꝫ cauſas infinito aeri dedit. Cui ſuccedẽs Anaxagoras dixit ex infinita materia/q̃ conſtaret diſſimilib⁹ inter ſe p̄ticulis rerꝫ omniũ genera p̄ modulis & ſpeciebus p̄prijs ſingula fieri. Dyogenes quoq; alter Anaximenis auditor: aerẽ diuinę tamẽ rõnis compotẽ/rerꝫ eſſe materiã opinatus eſt. Archilaus q̄ Anaxagorę ſucceſſit in materia rerꝫ a magiſtro ſuo nõ diſceſſit. Archilaũ Socrates audiuit.

Socrates

Hic primus uniuerſam phĩam ad corrigẽdos cõponendoſq; mores inflexiſſe memoratᷓ. Sed diſcipulũ reliquit platonẽ: qui omniũ mate-

Plato

riam ſpẽm inuiſibilẽ: ſinum informẽ: potentiã: naturã: matrem mundi: nutricẽ formarꝫ: ſubiectũ: receptaculũ: infinitudinẽ: ſiluã: hylen &

ariſtotel.

originẽ nominabat. Huic ſuccedẽs Ariſtoteles. qui nõ modo memoratos/ſed etiã Pythagorã materiã/ numeris maxime aũt dualitati aſſimilantẽ: & Empedocleꝫ qui oĩa ex quattuor elementis: Zenonẽ ſtoicum: q̄ ignis ſubſtantiã per aera in aquã conuerſam: & in eo quẽadmodũ ſemẽ in fœtu cõtentam/a qua cetera poſthac gignerentᷓ aſſerebat. ſimiliter & Epicureos ſingula ex athomis aſſeuerãtes/ refellit. ſed forte (ut multis viſum eſt) nõ tam ſcite q̄ꝫ arroganter/ nõ in reipſa/ſed verborꝫ cortice quoſdã ex iam dictis Philoſophis carpit. Heraclytus autẽ materiale principiũ/quod Thales aquã dixit mare nominauit.

DIS. Num aũt qui in materiali principio diſſentiũt in effectiuo cõ-

Opiniões de principio effectiuo

cordant? MAG. Fortaſſe re ip̄a & ſi nõ nomine. nam Thales mundum dei facturã & Deũ antiquiſſimũ dicebat. Hunc Stoici verbum/mentẽ ſiue Iouem nominãt. Pythagoras monaden. Anaxagoras diuinum animũ. Diogenes diuinã rationẽ. Archilaus mentẽ. Plato cõditorũ intellectũ & eius patrem deum. Alij primam cauſam. aliqui primã intelligentiam. Ariſtoteles autem principem: primum motorẽ

& gubernatorē omnium appellat,ſed nuſquam ab eo mundū factū
concedit quoniā eum primo motori coeternum credidit. Præter hos
autem fuere alij ꝗ̃ plures quorum poſitiones tanquam obſcuriores
ſilentio tranſimus. DIS. Sed quinā illorum veritati magis appro
pinquauerūt? MAG. Id facile videbimus ſi prius Moſen prophe/
tam theologū ſimul & philoſophum de hac re audierimus. DIS.
Quid hic ait?

Poſitio Moſi de rerum principijs & origene. Capitulum tertium. MAG.

m Oſes eruditus in omni ſapiētia Aegyptioꝝ:ut ait Ambroſius Moſes
non tñ in pſuaſione humanę ſapiētię:nec in phīę ſimulatorijs
diſputatiōibus/ſed in oſtēſione ſpiritus & veritatis:tanq̃ teſtis
diuini opis:auſus eſt dicere. In principio creauit deus cœlū & terram
terra autē erat inanis & vacua:& tenebrę erant ſup faciē abyſſi:& ſpi/
ritus dei ferebatur ſuper aquas. Quid hac aſſertione verius quā ſpi
ritus veritatis ędocuit? In principio inqt deus oīm conditor creauit
id eſt de/vel poſt nihil in eſſe prodire iuſſit (nā dixit & facta ſunt) cœ/
lū ſcȝ empyreū:q̊d mox creatū/angelis eſt repletū. & terrā hoc ē ma
teriā oīm. Sed q̃lis hęc fuerit oſtendit dicens. Terra aūt erat inanis &
vacua. vel ut alia habet tranſlatio:inuiſibil' & incōpoſita. Nō erat em̄
hęc prima oīm materies/formis ſaltē cōpletis & ſpecifocis diſtincta:
ſed cōfuſa & talibus priuata. unde ſubdit. & tenebrę id eſt formaꝝ pri
uationes erant ſup faciē abyſſi:hoc eſt materię cōfuſæ. nā ut teſtatur
s. Hieronymus ſup epiſtolā ad Hebræos:informē & p̄iacentē materi
am quā gręci hylen chaoſq; vocauerūt:Moſes abyſſuȝ dicit. Sup fa
ciem autē dixit & non in abyſſo. priuatio equidē nō eſt de materię ſub
ſtantia vel eidē intima:cum ſit nihil. Materia vero illa & ſi prope nihil
non tñ ut Auguſtinus ait libro cōfeſſionū. 12. omnino nihil erat. ideo
& de ea dictū eſt. deus creauit terrā. De priuationibus autē quas ꝑ te
nebras intelligimꝰ:nō dicitur createę ſunt:ſed erāt (ſequit̃) & ſpiritꝰ do
mini ferebat̃ ſup aquas:q̊d ſupra terrā inanē & vacuam/ſimiliter &
abyſſum dixit: hic aquā appellat. Inſup & in eodē verboꝝ contextu
Moſes totius uniuerſi unitrinū effectiuū principiū inſinuat. Patrē: cū
ait deus. Filium:cū dicit in principio (Chriſtus em̄ in euangelio ſe pri
cipiū noīauit dicens. Ego ſum principiū q & loquor vobis) Spirituȝ
ſanctū:cum ſubiūgit. & ſpiritus dñi ferebat̃ ſuper aquas. Idem etiam
regius propheta his verbis ęnunciat. Verbo domini cœli firmati ſūt
& ſpiritu oris eiꝰ omnis virtus eoꝝ. Audiamus quod ſequitur. Dix
it quoq; deus fiat lux:id eſt forma: quæ tenebras/hoc eſt priuationes
expellat. & facta eſt lux: qa dictū impleuit effectus. Et vidit deus lu/
cē ꝙ eſſet bona:nō eſſentialiter ſed participatiue. oīa em̄ bonitate crea
coris ꝑcipant:cuius ut exēplata exēplaris imaginē gerunt. Et diuiſit

lucem a tenebris.nõ em̄ ſimul eſſe poſſunt forma & eius priuatio.Ap
pellauitq; lucem diē:id eſt cõpoſitũ quod a forma denoīationem acci
pit.& tenebras noctē:id eſt materiã priuationibus formarũ obfuſca
tam.Factũq; eſt veſpere & mane:id eſt ex potētia & actu materia ſcʒ
& forma.Dies nõ primus:quia ibi ordo nõ attenditur:ſed unus id eſt
cõpoſitum qd per ſe unitas neceſſario comitatᷣ. Ex his autē q̃ ſequũ
tur in libro Geneſeos elementorꝝ diſtinctio/natura & ordo colligitur
& ex his mixtorꝝ origines (quas ſextuplici differentia poſt hæc ęno
dabimus)nõ ſine velamine inſinuantur.de quibus ad præſens (pro
epitomatis noſtri lege)ſilendũ exiſtimo:ne in igne rephēſionis incale
ſcant fortius : qui etiam dicta calumniari haud deſinent. Tum quia
expoſitio non ſingulis eo locutionis genere quo nutriti ſunt : videatᷣ
appropriate cõuenire.tum etiã quia ſacrorꝝ ęloquiorꝝ ſentẽtias my/
ſtico ſenſu p̃gnãtes:philoſophicis narrationibus immiſcuerim:quibus
nõ ego:ſed diuus Auguſtinus in duodecimo confeſſionũ libro ac de
inceps ſatiſfaciet.ad reliqua pergamus.

De concordia dictarꝝ opinionũ. Capi.iiij.

DIS.

Opinio/num con cordia. a D quę pergis? MAG.Ad cõcordandas p̃memoratas phõrꝝ
de rerũ principijs ſentẽtias:nõ em̄ ideo exiſtimãdi ſunt inter ſe
phī cõtrarij in materiali rerũ principio:quia legimus Materiã
omniũ ab alijs ignē/ aerē/ aquã/chaos/ infinitudinē/ſinũ informē
& cęteris q̃ cõmemorata ſunt noībus appellatã: cũ & ipſam a diuino
phõ nũc terrã inanē:nũc abyſſum:nũc vero aquã cõſtet eſſe nũcupa
tã:q̃ em̄ in potentia erat ad omniũ formas/nimirũ ſingulorꝝ noībus
potuit noīari.Conuenientius autē his quibus informitatē cõfuſionē
aut fluxibilitatē ipſius intelligimus:ut ſunt terra inanis/ abyſſus & aq̃
quæ Moſes cõmemorat.Quid em̄ terra inani (q̃ & elementorꝝ infi/
mum & fex cenſetᷣ) difformius ? Quid abyſſo infinita confuſius?
Quid deniq; aq̃uis oculo corporali videtur fluxibilius? Et rurſus ter
ra dicitᷣ:quia materia dat formę fixiõnē.Abyſſus: quia recipit a for
ma diſtinctionē.Aqua vero:quia ad formã appetitũ habet : & conti
nuã fluxibileq; tendentiã.Nec in effectiuo principio diuerſitas nomi
num opinionũ arguit diuerſitatē:ſed hoc:alius diuinũ intellectũ/aliꝰ
Augu.li. ſoliloqui/ orũ.ca.31. diuinã mentē:alius conditorē intellectũ:alius primã cauſam:& ſi quę
ſunt talia nominãt.Moſes autē & Ioannes euãgeliſta principiũ.Deũ
ſpiritũ/verbũ/alpha & o:& inumeris alijs noībus appellant:ut inſi/
nuarent ip̄m innoīabile.& non modo noīa q̃ ab intellectu inponuntᷣ
verũetiã intellectũ & omne quod noīari põt lõge ſupgredi de quibꝰ
hic nõ eſt differendi locus.ad ꝓpoſitũ redeamus.At vero formale re
rũ principiũ quod Moſes lucē appellare voluit. Plato & Ariſtoteles
actũ formã & ſpeciē noīabant:nec alij tale principium negauere:qui
ex una materia ſingula conſtitui aſſerebãt.Non em̄ ſunt ſingula: niſi

quia ſingulis formis actuata ſunt & diſcreta: quę in materia erant cō fuſa: Illud autē quod Moſes tenebras Ariſtoteles vero priuationem dixit: alij expſſo vocabulo deſignare nō curauerūt, eo ꝙ eſſentialē rei cōpoſitionē minime ingrediať: neceſſarium tñ eſt: niſi em̄ materia careret forma/ ipſam nō appeteret: nec ꝓ eiuſdē introductione agens motum cōcitaret, nō em̄ q̄ habemus: ſed quibus caremus appetim⁹, & ut ea habeamus diuerſis motibus utimur.

Epilogus dictorum numerū & conditiones principiorum ęnumerans. Capitulum. v. DIS

d Vo itaq; principia ręrū aſtruis: materiā & formā: e quibus tota earūdē ſubſtātia intrinſeca cōpoſitione cōſiſtit: quoꝝ primū nō ꝑ agēs creatum: ſed verbo creatoris exordiū ſumpſiſſe teſtaris: alteꝝ vero dicis motu interueniente ꝑ actionē nature de potentia materia educi. Priuationē autē ut motus fiat ais neceſſario concurrere: ſubſtantiā tñ cōpoſiti minime ingredi: cum nihil ſit. MAG. Scite ex dictis tria rerum principia cōcludis. Materiā ſcʒ formā & priuationē. Hæc cum prima ſint ex alijs nō fiunt: nec ex alterutris cōſti/tuuntur: ſed omnia alia ex ipſis. Formā autē de potētia materię educi dicim⁹: nō quia aliquid ipſius in ſinu materię lateat: ſed quia ſine ma/teria tali ut ſubiecto agens naturale eā nō ꝓduceret. Rurſum ex his q̄dam ſunt cōtraria: quia in eodē ſe cōpati nō poſſunt: & ſunt forma & priuatio. Forma vero & materia ex quibus eſt totum cōtrariari non poſſunt. DIS. Veriſſima quidem hæc ſunt, ſi em̄ principioꝝ eſſent principia iam ipſa nō prima principia: ſed eſſent principiata. Et niſi q̄dam eſſent contraria: inter ea motus nō fieret: ſi vero oīa eſſent oppoſita compoſiti ſubſtantiā nō integrarent. Sed de his ſingillatim diſſe/rere non erit inutile.

Tria rerū naturaliū principia

Priuatio

principia cōtraria

De principio effectiuo non facto: & mundi ęternitate. Capitulum. vi. MAG.

o Mnes qui ſuo tempore irrefragabilis anctoritatis fuere philoſophi/ principiū effectiuum primū: unū atq; ingenitū credidere, ſi em̄ factū genitūue eſſet: ab alio utiq; priore eſſet q̄ propter iam primū nō eſſet: ſed p̄cederet illud a quo eſſe ſuum haberet. Ab illo igiť primo & ingenito principio Plato mundū & q̄ in mundo ſunt viſibilia & iuniſibilia facta meminit. Idem teſtať Moſes ut pauloante dictum eſt & euangeliſta Ioannes. Omnia inq̄t ꝑ ip̄m facta ſunt: fa/cta quidem nō neceſſitate naturę (ut habet philoſophica traditio) ſed libera: & incōmutabili voluntate: ut probat catholica ſanctoꝝ patrū aſſertio dicente pſalmiſta. Omnia q̄cunq; voluit: dn̄s fecit in cœlo & in terrra. ꝙ autē Ariſtoteles mundum ingenitum & incorruptibilem eſſe dixit: huic potiſſimū innixus argumento: quia motus & tempus

Poſitio ſine quibus generatio & corruptio mundi nō fieret/ ęterna fuere &c.
Ariſtote/ nihil ęuidenter concludit. Succeſſio equidem quę in motu eſt quem
lica. tempus mēſurat: aperte arguit motū & tempus & quæ mouent̄ ęter
na nō eſſe: cū ęternitas ſit actu ſimul id quod eſſe poteſt. Facit ad idem
quod beatus Auguſtinus de ciuitate dei. li. iiij. ca. ſcribit his verbis. Ex Au
ceptis inquit ꝓpheticis vocibus mundus ipſe ordinatiſſima ſua mu/
tabilitate & mobilitate & viſibiliū omniū pulcherrima ſpecie q̄dāmō
tacitus & factum ſe eſſe: & nō niſi a deo ineffabiliter ac inuiſibiliter ma
gno & pulchro fieri ſe potuiſſe ꝓclamat. & infra ca. vi. Proculdubio
inquit non eſt mundus factus in tempore: ſed cum tempore. Multa
etiam de hac re idem ſanctus pater li. xij. confeſſionum differuit. Re/
ſtaurationē vero mundi per circuitus (ut quidam voluere) ipſe idem
doctiſſimus vir libro. xij. de ciuitate diuerſo medio refellit. Sed hæc
interim. Ad materiale principium ſermonem vertamus. Et q̄ inanes
atq̄ pueriles ſint alię Ariſtotelis rationes de ęternitate mundi ut ma/
nifeſtum breuitatis gratia tranſeamus.

Declaratio definitionis materie primę: & quomodo intelligitur eſſe ingenerabilis & incorruptibilis: creabilis autē & annihilabilis. Capitulum. vij.

DIS.

Materia M Ateria quid eſt? MAG. Primū ſubiectum unicuiq̄ ex quo
fit aliquid/ cū inſit p ſe: & nō ſcdm accidens: & ſi aliquid corrū
pitur: in hoc abibit ultimū. DIS. Partes dilucidatione egēt
Primum MAG. Materia eſt primū ſubiectum: quia nullū ea prius: ut viſum
eſt. vel primū hoc eſt principale: unicuiq̄: ſc3 rei generabili & corru/
ſubiectū ptibili. ſubiectum dico nō in quo totum cōpoſitū ſubiectatur: ſed ex
p ſe ineſt quo fit aliquid: id eſt cōpoſitum: cum inſit ſc3 cōpoſito p ſe: & id eſt nō
ſcdm accidens: queadmodum priuatio: quę & ſi ſit p ſe terminus mo/
tus p quē cōpoſitum generat̄: cōpoſiti tn̄ ſubſtantiā nō ingredit̄. Et ſi
aliquid ſc3 cōpoſitum vel generatū corrumpit̄ id eſt in ſua principia
reſoluitur: id abibit ultimū id eſt finaliter in ultima reſolutione in hoc
☞ ſc3 ſubiectum. Eadē eñ ſunt principia reſolutionis q̄ & compoſitionis.
Vnde omni & ſubſtantiali & accidentali forma ſublata: ultimo rema
nere materiā primā neceſſe eſt: quā & intellectus taliter negatiue vi/
Si mate/ det: dum corpus aliquod incorporee & ſine forma intelligit. Hāc peri
ria prima patetici & qui mundum ingenitū volunt: ſimiliter & ingenitā & incor
ſit ingene ruptibilem aſtruunt. Si eñ aiunt materia prima fieret: vel ex ſe utiq̄
rabilis & vel ex alia eſſet: cū ex nihilo nihil fieri poſſit: nō autē ex ſe fit: quia eſſet Aug
incorru/ anteq̄ fieret: nec ex alia: cum iā prima nō eſſet. idem argumentū ad ꝓ cōfeſſ
ptibilis bandā ei⁹ incorruptibilitatē aſſumunt. Sed Moſes & qui eum ſequun anſhe
tur doctores catholici: materiā nō ex ſe: nec ex alia ſed ex nihilo: id eſt libro
poſt nihil: vel nō ex aliquo a deo creatam in principio conſtāter affir nolo
māt: qui & eandē ſi vellet non quidem corrumperet (quia compoſita capi.

non eſt)ſed penitus annihilaret. Quod vero vulgatum gentilium
principium aſſumitur. Ex nihilo nihil fit. locum habet in potẽtia crea
ta: non in creatore: qui ſolus poteſt res creare. ut teſtatur Auguſtinus
libro. iij. de trinitate. Ignorauit hoc vas eloquentię Cicero de natura
deoꝝ diſputans: qui materiã p̃fuiſſe opationi diuinę atteſtatus eſt.

Ex nihilo nihil fit

Si materia prima fuerit/aut poſſit aliquando eſſe ſine forma/ & ſi omnia creata ex materia ſint compoſita/ & ſi cœli & terrę ſit eadem materia. Capitulum. viij. MAG.

ſ

Ed plurimã difficultatem apud nonnullos ex noſtris habere
videtur: ſi materia formis poſſit eſſe priuata? Cum eñ actu/ſi
ne actu qui forma eſt/nihil omnino eſſe poſſit materia priua
ta formis quomodo actu erit? Huius argumentationis nodulus faci
le quidem diſſoluetur ſi actum duplicẽ diſcernere nouerimus: quoꝝ
primus eſt entitatiuus: quo ſcꝫ unũquodqꝫ (quia ens eſt) in uniuerſi/
tate exiſtentium ſubſiſtit. Tali actu materia prima informis/ de qua
& mundum factũ conſtat: anteqꝫ formaretur & diſtingueretur (facta
utiqꝫ erat) ſubſiſtebat quę & ſi ꝓpe nihil erat: ut ait Auguſtinus libro
confeſſionum: quoniã adhuc omnino informis erat: non tamẽ om/
nino nihil erat: cum eſſet quod formari poterat: formari autem quod
non eſt: non poteſt. Secundus actus eſt formalis/ completus & ſpe
cificus a forma ſpecifica. quale eſt eſſe rationale hominis ab anima in
tellectiua. Illo materia prima actuata non erat: quia inanis vacua: &
informis erat. DIS. Non erit itaqꝫ impoſſibile aliquid ſine forma
eſſe. MAG. Auguſtinus hoc videtur affirmare: dicens. eſſe utiqꝫ
aliquid non formatum poteſt. Hoc autem de forma abſoluta acci/
piendum eſt: nam & in materia nuda adhuc forma eſſet reſpectiua:
relatio ſcilicet qua ut creatura ad deum refertur: ſed hæc quoqꝫ mate
rię eſt eadem. Similiter & aptitudinalis extenſibilitas: quam cõmen/
tator Auerrois dimenſionem interminatã vocat. Actualem autẽ ex/
tenſionem dimenſionem terminatam dicit: ſed hæc cum ſit trina dimẽ
ſio: quantitas eſt & realiter a materia diuerſa. dimenſio autem inter/
minata eſt materię coęua. DIS. Materia igitur prior forma erat.

act⁹ enti/ tatiuus

materia ẽ informis

actus for malis

MAG. Prior erat ait idem/ non tempore: ſed origine. ſicut ſonus
cantu. Ipſam autem & tempore a formis denudari: & in actu primo
(quem entitatiuum dicimus) poſſe ſubſiſtere per diuinam potẽtiam
ex dictis manifeſtum eſt: & demonſtrari poſſet amplius. Sed hæc re/
linquentes: alia tranſcurramus: magnorum equidem opiniones de
his videntur diuerſæ. Sunt enim qui materiam hãc in principio ſub
quadam forma generali perſtetiſſe volunt. DISCI. Omnia ne crea
ta hac participant? MAGISTER. Minime. Subſtantiæ namqꝫ
incorporeę (quas intelligentias/angelos/dęmones animaſqꝫ ratio
nales dicimus) ex materia nõ ſunt; nec tamen omnino ſimplices ſunt

Materia prior for ma

ſubſtãtię immate/ riales

(quod ſoli deo competit) ſed ex realitatibus duabus conſtãt: quarũ
una eſt ut potentia/altera ut forma. hæc autem compoſitio non p̃ſen
tis/ſed methaphiſicę conſiderationis eſt. Accidentia quoq; eodẽ gene
re ſimplicitatis continent̃. Sola autẽ ſubſtãtia corporea ex materia eſt
compoſita: nec ex alia cœlũ & ex alia terra/ſed eadem informitas per
inuiſibilẽ terrã inſinuatur unde fieret cœlũ. ut ait Auguſtinus. & terra
viſibilis atq; compoſita & aqua ſpecioſa/& quidquid deinceps in cõ
ſtitutione huius mundi non ſine diebus factum cõmemoratur.

De Forma. Capitulum nonum. DIS.

FOrmę aũt quã affers definitionẽ? MAG. Formã quã exẽ/
plũ/ſpeciẽ/rationẽ & actũ dicunt: varie definitã inuenio. Vn
Forma de ait qui ſex principia deſcribit. Forma eſt compoſitioni con/
tingens: ſimplici ac inuariabili eſſentia conſiſtens. Contingens quidẽ
eſt compoſitioni: non qua ex alijs integratur/ſed qua materię in cõ/
ſimplex poſitione totius unitur. Simplex autem dicitur: quia ex alijs non cõ/
inuaria ponitur nec in alia reſoluitur: nec addita ſubiecto maius facit. Inuari
bilis. abilis autem eſt in latitudine ſua quam nõ tranſit/ſed intra terminos
illius per gradus indiuiduales variatur/intenditur & remittitur. Habet
enim forma graduũ latitudinem/ex quorum uniformi & difformi con
figuratione nõnulla quædam ſecretiora naturæ inueſtigantur. præci/
pue vero in accidentalibus. ut partim videre eſt in libro de uniformi/
Forma tate & difformitate formarum. DIS. Hæc alio loco & tẽpore expetam:
diuinum nunc reliquas formę deſcriptiones adducas. MAG. Forma eſt q̊d
quoddã. dam diuinũ optimũ & appetibile. Diuinũ quoddã dicitur forma: cũ
ſit participata ſimilitudo vel imago dei/dans eſſe compoſito: per q̊d
optimũ. ſeipſũ ut poteſt deo aſſimilat: clarius quidẽ in homine/ obſcurius in
lapide/mediocriter aũt in animalibus & plantis. Optimũ vero eſt non
appeti ſimpliciter/ſed inter rerum principia. Priuatio enim nihil eſt omnino: &
bile. materia pro ſe nihil: quę per appetitũ formę habẽdæ in continuũ cõpo/
ſiti machinat̃ maleficiũ. Vnde & forma eſt ens a materia appetibile:
nã ipſam materia ut fęmina virũ / turpe bonũ & q̊dcunq; imperfectũ
ſui perfectionẽ appetit: appetitu/non quidem rationali aut animali/ſed
naturali. Alia ſubiungenda eſt deſcriptio formã & ſubſtantialẽ & acci
Forma dentalẽ complicans. DIS. Quæ? MAG. Forma eſt quæ dat
eſſe rei. eſſe quidẽ ſubſtantiale/ſi forma fuerit ſubſtantialis. ut anima
hominis. aut accidentale/ſi forma ſit accidentalis. ut albedo albo. Ve
rumtamen Forma quæ inter principia rerum naturalium cõnumera
ta eſt/accidentalem non cõprehendit. Materia enim & forma ex qui
bus naturales res fiunt/ſubſtantię ſunt: nõ accidentia: nec tamẽ per ſe
& directe ſed reductiue in genere ſubſtãtię ordinabiles. De formis ali
qua in ſequentibus tractabimus. nunc Priuationem diſcutiamus.

De Priuatione. Capitulum decimũ. DIS.

p
Riuationē definias. MAG. Priuatio cū nihil ſit/nec gen⁹ nec differentiā habet: & ideo definiri nequit. Priuationē vero nullam rem eſſe Auguſtinus contra Manicheos affirmat dicens. Non em̄ tenebrę aliquid ſunt: ſed ipſa lucis abſentia. ſicut ſilentiū non aliqua res eſt: ſed ubi ſonus nō eſt: ſilentium dicit̄. Conuenienter ergo priuatio deſcribitur. Priuatio eſt carentia formę alicuius cū aptitudine materię ad ipſam. Primū patet de ſilentio quod abſentia ſeu carentia ſoni eſt. Vltimū vero neceſſario additur. niſi em̄ materia nata eſſet recipere formam: cuius carentiā habet: ea nullatenus careret. nō em̄ aſinus carere dicitur ratione quā ex primordiali ſui conditione aptus non eſt recipere. ſic nec lapidem cęcum audemus affirmare. DIS. Priuatio itaq; non eſt materia. MAG. Non utiq;. hęc enim non aliqua res eſt: materia autē nō omnino nihil eſt: unde & in aduentu formę priuatio eiuſdē amplius non eſt: ſed materia recipiens formā eſt de q̄ priuatio iā negatur: quę rurſus forma ſaparata de eadem affirmatur. cum em̄ nihil ſit ad introductionē formę nō corrumpitur nec ad ſeparationē eius ꝑducitur. DIS. Sed quomodo fieri poteſt: ut materia quę actu contrarijs priuata eſt formis earundem in ſe habeat priuationes ꝯni fortaſſe formarū contrariarū priuationes cōtrarię non ſint. MAG. Quinimo priuationes eodē modo opponunt̄ priuatiue quo & formę (quarū priuationes ſunt) opponuntur poſitiue. Sicut autē ſolę formę immediate contrarię. ſimul in eodē ſubiecto ſe nō cōpatiuntur: ſed eidem viciſſim inſunt: nec his ambabus ſimul caret. ſic nec ambarū priuationes (quę eodē genere priuatiue opponuntur) ſimul recipit. Hęc autē de priuatione formaliter dicta accipienda ſunt. fundamentaliter em̄ priuatio a materia priuata nō diſtinguitur. Nō nulla etiā libro ſecundo ſupra tractatu de Cathegorijs de priuatione diſſeruim⁹. Supereſt ut in ſequētibus res naturales quarū principia vidimus: pro modulo epitomatis noſtri tranſcurramus.

Margin notes: Priuatio. — priuatōes contrarie ſimul materię ineſſe nō poſſūt

De Re naturali & natura. Capitulum. ij. DIS.

r
Es naturales intelligo quę ex principijs naturalibus: materia videlicet & forma naturali exiſtunt. ut lapis: arbor: & his ſimilia. MAG. Optime. Materia namq; & formę naturę ſunt: ex his igitur cōpoſita nō ab re naturalia dici poſſunt. DIS. Natura quid eſt? MAG. Naturā eſſe manifeſtū eſt. nec demonſtrat̄: ſed taliter definitur. Natura eſt principiū & cauſa motus & quietis eius in quo eſt primū: per ſe & nō ſecundum accidens. DIS. Definitionis partes facias clariores. MAG. Natura principiū eſt primū id eſt principale & im̄ediatū. Nam & ſi q̄litates ad motū & quietē cōcurrāt nō t̄n immediate & principaliter: ſed ut inſtrumēta. ideo nō entia naturalia aut naturā habentia: ſed entia ſcd̄m naturā ſunt: quia accidūt enti habenti naturā. Sequitur (&) pro id eſt cauſa (ut idē noīe principij & cauſę intelligas) motus & quietis: q̄ eidē inſunt (eius) ſc; cōpoſi

Margin notes: Res naturales. — Natura — Encia ſecūdū naturā

ti in quo natura eſt ꝑ ſe. accidit em̄ artificialibꝰ inquantū talia ut moue
antur ab ea q̄ eſt in ipſis natura. ut cū ſtatua cadit: accidit ei ꝙ ſit lignea
aut lapidea. Excludunt̄ etiā hic cauſę ꝑ accidens: quibus etiā cōnu/
merant̄ caſus & fortuna. ꝙ vero additur (& nō ſcd̄m accidens) artes
excludit: q̄ qn̄qꝫ principia ſunt motus ſubiecti in q̊ ſunt: nō autē ꝑ ſe
ſed accidentaliter. Accidit em̄ ſananti ſeipſum ut ſit medicus: cū ab alio
ſanari poſſit. Natura igitur principiū eſt & cauſa motꝰ & quietis &c.
id eſt natura eſt id ꝑ quod res in qua eſt inclinat̄ ad receptionē motꝰ
vel quietis aut formę alterius. Res em̄ naturalis eadē natura ꝑ quā eſt
nata eſt recipere omnes paſſiones huiuſmodi naturā conſequentes.
Forma autē quia nō tm̄ inclinat ad has: ſed etiā actiue concurrit: ideo
a phiſicis dicitur magis natura eſſe: eo ꝙ ratio principiandi formę ꝑ/
fectior ſit q̄ꝫ ratio principiandi materię. utraqꝫ tn̄ in genere principij
paſſiui concurrunt. Principiū vero actiuū motus & quietis cuiuſlibet
non ſemper eſt intrinſecum. ut infra patebit.

Forma eſt magis natura.

De generibus cauſarum Capitulum. xij. DIS:

i N explanatione definitionis / cauſarū diuerſitatē inſinuare vi/
deris: cū aliā ꝑ ſe: aliā vero ꝑ accidens diſtinguis. ne igitur gra
ueris de his latius tractare. MAG. Principiū in definitione na
turę ꝓ paſſiuo nō actiuo accipiendū eſſe oſtenſum eſt: ne naturā non
cauſam ꝑ ſe: ſed ꝑ accidens dicamus. mobili nāqꝫ in eo ꝙ mouet̄ ac
cidit habere in ſe principiū ſui motꝰ. ſicut medico ſanāti ſeipſum: acci
dit habere in ſe ſuę ſanationis prīcipiū: inclinari autē ad motū & ad for
mā inducendā ꝑ ſe ineſt mobili. Cauſa autē generale nomē eſt: intrin
ſecū & extrinſecū principiū cōplectēs. Eſt em̄ cauſa ad cuius eſſe ſequi
tur aliud ut adeſſe ſolis ſequitur lumē. DIS. Cauſa intrinſeca q̄ eſt?
MAG. Illa ex qua cōpoſiti ſubſtantia integrat̄. ut ſunt materia &
forma. de quibus ſupra. DIS. Extrinſeca q̄ eſt? MAG. Quę ad
rei conſtitutionem cōducit; ſed ſubſtātię eius pars nō eſt, ut ſunt effi
ciens & finis. DIS. Efficientē quā dicis? MA. Eam a qua primo
fit motus: & hęc quidē principalis eſt. ut domificator. Quę vero mo
ta mouet / inſtrumētalis dicitur. ut ſecuris mota a domificatore. Rurſus
autē efficientiū quoddā intra ſubſtantiā eius q̊d efficit cōtinetur: & ra
tio ſeminalis nonnunq̄ꝫ appellari ſolet. Et eſt vis inſita rebus ex ſimi/
libus ſimilia ꝓcreans. ut vis graui reducēs ipm in arborē. De hac aūt
eo loco quo de plantis agemus ęnucleatius differendū erit. Hāc non
nulli inchoationē formę ꝓducendę aſtruunt: ut ex ea operatione na
ture / forma ꝑficiat̄: ſed an forma uniuerſalis aut particularis cēſenda
ſit nec ne diſputāt. Qui vero inchoationē formaꝝ in materia non
admittūt / rationē ſeminalē qualitatē / formā ſeminis cōcomitantē: &
ad formā generandam diſpoſitiue agentem eſſe dicunt: nec illam: nec
ſeminis formam actione naturę in formā generandam cōuerti aſtru

natura eſt principiū paſſiuum

Cauſa Intrinſeca extrinſeca

Efficiens prīcipalis inſtrumētalis.

Intrinſecū

unt:ſed potius abijciendam eſſe affirmāt. Aliud efficiens extra ſubſtā extrinſecū
tiam eius quod operatur exiſtit. ut cœlorꝝ influxus: & rerū artifices.
qui cum ſcd̄m intellectū & voluntatem agunt cauſę exemplares poſ
ſunt appellari. In mente em̄ artificis ſunt exemplaria eorꝝ quę ꝓdu/
cit in exteriore materia. Cum vero ſemper materia una aptior ſit alia
in nulla exemplaris forma fingi poteſt ſicuti eſt in artificis anima: ſed
manet ſimilitudo & imago eius quę eſt veritas in mente. Eſt igitur for
ma rei in anima artificis archetypa & veritas: & dum in potentia ad
actum deducitur motus eſt: in materia autē iam ꝓducta eſt ſimilitu/
do & imago. Has rerum formas in mente diuina ideas dicunt. Sunt Ideæ
autem ideæ (ut ait diuus Auguſtinus libro octogintatriū queſtionū.
q. 46) formę eternę & incōmutabiles ī mēte diuina. Et ut aſſerit Schot
tꝰ li. 1. diſ. 3. Sunt res obiectiue cognitę ab ītellectu diuino. DI. Ideæ
cum ſint eternæ: non niſi deus eſſe poſſunt: quia plura ęterna nō ſunt:
& omniū rerū ſunt: quia omnia a deo obiectiue cognita ſunt. MA.
Sane. hoc em̄ teſtatur euangeliſta Ioannes dicens. Omnia per ipſum
facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil: quod eſt in ipſo vita erat: quod
autē in deo vita eſt utiqꝫ deus eſt. Ideę itaqꝫ in deo & ſi plures ſint (alia
enim ratione ut ait Auguſtinus conditus eſt homo alia equus) om/
nes tamen unus deus ſunt. Hoc expreſſius libro ſexto de trinitate ca.
ultimo ędocuit dicens. Primus ac ſummus intellectus eſt ars quędā
omnipotentis atqꝫ ſapientis dei plena omniū rationū viuentiū incon
mutabiliū: & omnes unum in ea: ſicut ipſa unū de uno cum quo unū
Et libro ſoliloquiorum ca. 31. Tu es deus meus & dominus omniū
quę creaſti: & apud te omniū ſtabilium ſunt cauſę: & omnium muta/
bilium apud te immutabiles manent origines: & omniū rationabi/
lium & irrationabiliū atqꝫ temporalium ſempiternę viuunt rationes.
Vnde & diuus Boetius libro tertio de conſolatione metro nono. tu cū
cta ſuperno Ducis ab exemplo: pulchrum pulcherrimus ipſe mun/
dum / mente gerens ſimiliqꝫ imagine formans. Sed quorſum ſermo
noſter defluxit / prima rudimenta philoſophię perquirentes: ad ar/
cana quædam theologiæ aſcendimus. DIS: Ad inſtituta ergo re
grediamur.

De Cauſa finali: & cauſarum coinciden tia. Capitulum. xiij. MAG.

Ccaſione efficientis extrinſeci nōnulla de forma exemplari tra/
ctauimus: reſtat ut ſcd̄m pręmiſſa extrinſecę cauſę partitionē
de fine diſſeramus. DIS. Finis quid eſt? MAG. Duplex
eſt ſcilicet finis gratia cuius: & finis quo primus eſt gratia cuius alia
fiunt / ideo etiam cauſa cauſarum dicitur: & ab ipſa primo efficiens
ad operandum mouetur: motu quidem metaphorico & intentiona
li; quia ſcilicet ab efficiente deſideratur, reali autem motu mouere non

poteſt: quia frequenter in re realiter nondũ eſt: ſed ſolum in intellectu & voluntate. Dicitur tamen cauſa realis denoĩatione extrinſeca quia effectus realis eſt ad quem appetendum mouet appetitum: & ſpiritualiter inclinat. Et hic eſt finis generationis. Secũdus finis eſt quo ad primum peruenitur. ut virtutibus beatitudo attingitur: & euacuatione nociui humoris ſanitas reparatur. In naturalibus etiã ſepius contingit: finem primum cum forma & efficiente coincidere. In numero quidem: ut anima petri: finis eſt generationis petri: & forma eiuſdẽ. In ſpecie autem: ut forma ignis a. efficiens eſt formę ignis b. & hæc finis eſt generationis ignis b. Formę autem ignis a & ignis b/ eiuſdem ſpeciei ſunt. Et deus dictarum cauſarum cauſalitatem complicat. Eſt enim tricauſalis. Efficiens: omnia ex nihilo ꝓducens. Formalis quia exemplar eſt omnium formas in ſe continens. Et finalis/ in quẽ omnia tendunt. Materiæ autem cauſalitatem quæ eſt pati/ nõ ſupplet: nec actione phiſica efficiens cuius cauſalitas eſt agere cum materia coincidit: immo materia nec in ſpecie: nec in numero cum aliis cauſis coincidere poteſt.

De cauſa uniuerſali & particulari complexa & incõplexa per ſe & per accidens in actu & in potentia. Capitulum. xiiij. MAG.

Cauſa uniuerſal' particularis cõplexa incomplexa p ſe

Preter has autem quas diximus alię ſunt cauſarum diuiſiones. DIS. Quæ. MAG. Cauſarum quędam eſt uniuerſalis ut ſol homo. quædam particularis. ut hic homo. Et rurſus cauſarum quædam eſt complexa. ut petrus ſcriptor. quædã incomplexa ut ſcriptor. Et amplius cauſarum: quædam eſt per ſe cauſa: quæ ſcilicet ſcd̃m propriam naturã & non per aliud ſibi accidens cauſat: cum quo unum per accidens conſtituat. ut ignis generãs calorẽ in aqua. DIS. Num ignis calorem in aqua per ſibi accidentem caliditatem producit? MAG. producit. Sed caliditas ignis cũ igne non unũ per accidens conſtituit: nõ em̃ ſe habent ut determinatio & determinabile quemadmodum paries albus. Cauſa per accidens per oppoſitum manifeſta eſt. ut muſicus ſcriptor. Accidit em̃ ſcribenti librũ ut ſit muſicus. Inter has etiam caſum & fortunã infinitaſq; alias nominare poſſumus. Infinita ienm ſunt quæ unicuiq; accidunt: non ſimpliciter & in eodem genere. In quolibet enim cauſarum genere ſtatus eſt. ut dicitur ſecundo methaphiſice. Rurſum autẽ quęlibet harum ſiue uniuerſalium/ particularium/ cõplexarum/ incõplexarum/ per ſe vel per accidens: duplex eſt ſcilicet in actu & in potẽtia. DIS. Cauſam in actu quam dicis? MAG. Quæ actu effectũ cauſat. ut ſcriptor actu ſcribens. Et hæc ſimul eſt & nõ eſt cum ſuo effectu: nõ quidem iam completo: ſed in fieri actuali conſtituto. Idem tamen de fundamentis & relationibus verificari poteſt. DIS. Cauſa in potentia q̃ eſt? MA.

p accidẽs

Cauſa in actu.

In potentia.

Quæ cum actu ſit nihil cauſat: cauſandi tamen potentiam habet. ut ſcriptor dormiens: vel q̄ actu eſſe nō habet: poſſibilis tñ eſt ad eſſe & cauſare. ut antichriſtus cauſa eſt in potētia futurę ꝑſecutionis eccleſię.

Si unius effectus plures ꝑ ſe cauſę/ aut unius cauſę plures effectus poſſint eſſe. de cauſarum cōnexione & cauſandi neceſſitate. Et quomodo cauſę ſibi inuicem ſunt cauſę. Capitulum. xv.

DIS. Preter ea vero quæ dicta ſunt de cauſis/ aliud me mouet fortaſſe ſcitu nō indignū. Eſt autē ut breuibus ędicā: ſi unius effectus plures per ſe cauſæ eſſe poſſint. MAG. Recte arbitraris hoc ſcitu nō indignū: eo nanqꝫ cognito nō minime in philoſophia queſtiones patebunt. DIS. Tu ergo quid ſentiendū ſit ędicito. MAG. Vniuſcuiuſqꝫ quod creaturę nomine cenſetur plures eſſe ꝑ ſe cauſas generum diuerſoꝝ facile declarabitur. nulla em̄ creatura a ſe ipſa eſt nulla em̄ omnino res eſt (ut ait diuus Auguſtinus libro primo de trinitate) quę ſe ipſam gignat ut ſit. omnis igitur cauſam efficientē habet. Rurſus autē teſte Boetio in omni eo quod eſt citra primū/ eſt hoc & hoc: id eſt quod eſt & quo eſt potentia & actus. primū rationē materię: alterum vero rationem formę habet. Eius autem quod factum eſt utiqꝫ aliquis finis eſt. Sumus em̄ & nos quodāmodo finis omniū dicit Philoſophus. Cuiuſlibet igiť effectus quattuor cauſas eſſe alio loco affirmat.

unius effectus pl'es pn̄t eſſe cauſę ꝑ ſe generū diuerſorum

DIS. Intelligo. Sed cur dicis generū diuerſorum? MAG. Nam quinto methaphiſicę concluditur unius effectus plures cauſę unius generis eſſe nō poſſunt niſi ſint eſſentialiter ſubordinatę aut partiales. Exemplum primi eſt. Sol & homo generant hominem. Sol quidē ut cauſa uniuerſalis: homo vero ut particularis/ uniuerſali ſubordinata: ambę tamen in genere efficientis. Exemplum ſecundi. motus ipſius nauis/ partiales cauſę poſſunt eſſe decem homines: aut equi trahētes: Sic viſionis videns & viſibile. Intellectionis intellectus & intelligibile. Sed in his fortaſſe potentia animę eſt cauſa principalior: de quibus in ſequētibus.

unius effectus eiuſdem gn̄is nō pn̄t eē pl'es cauſe

DIS. Cauſę eſſentialiter ſubordinatæ q̄ ſunt? MAG. Quarū ſecūda in cauſādo dependet a prima in cuius virtute agit. Prima autē ut dicit prima ꝓpoſitio libro cauſarum plus in effectū influit ꝙ ſecūda. ut ſol & homo. In his em̄ quoniaꝫ creatę ſunt: prima quantū ad intimitatē plus influit: ad formam autem effectus nō poteſt deuenire niſi per formā agentis proximi & quantum ad hoc minus influit.

Cauſę eſſentialiter ſubordinatę

Cum vero ſecūda nō dependet a prima in cauſando (& ſi in eſſendo) cauſę accidentaliter ſubordinanť. ut auus & pater petri. nam & ſi pater petri eſſe habeat ab auo petri in generatione: tamen eſſe petri ab auo nō dependet: cum ipſum generare poſſit auo premortuo. In eſſentialibus autē philoſophi cauſandi neceſ

accidentaliter ſubordinatę.

ſitatem ex earundem cõnexione poſuerunt: ita ut in ſecũda agente & prima neceſſario agat. Ex q̃ ſequitur effectũ cauſę naturalis ſimplicit̃ eſſe neceſſariũ: tali autẽ deſtructo cauſa eius deſtrueretur: ita cauſa prima nõ eſſet oĩno independens & deſtrui poſſet: quod dicere quis audebit? dicendum igitur: primã cauſam cauſare cõtingenter. Cauſa igitur ſecunda a prima contingenter eſt: neceſſario autẽ cauſat ſi ſit naturalis: nõ autẽ ſi fuerit voluntaria. Voluntas eñ in actione ſua eſt libera. Sed hæc alterius ſunt ſpeculationis. Quæ ad p̃ſens attinent terminemus. Sicut eñ unius effectus plures cauſas eſſe ex dictis manifeſtum eſt: ſic unius cauſe plures & diuerſi effectus: diuerſa tñ ratione reperiuntur. Nauta eñ qui ſua p̃ſentia cauſa eſt ſalutis nauis: abſentia ſui cauſa eſt periclitationis nauis. Similiter & ſol lutum indurat: & ceram diſſoluit. Sed hæc diuerſitas rationis in materia nõ in ſole eſt requirenda. Nonnunq̃ etiã cauſę ſibiinuicem cauſę ſunt, ut laboris: qui cauſa effectiua eſt ſanitatis: ipſa quoq; ſanitas eſt cauſa finalis. Omnium autẽ effectuu; cauſas in unius ſummi dei voluntatẽ ut cauſam primã reducere Auguſtinus in de trinitate libro tertio nõ obſcuro exemplo declarat. Omniũ eñ deus cauſa eſt ĩmediata. quędã tñ cauſat cũ alia particulari cauſa: nõ ex indigentia ſed liberalitate ſumma: quę rebus nõ modo eſſe dedit: ſed operationem indidit.

[margin: unũ eſt cã diuerſorũ] *[margin: Cauſę ſũt ſibinuicẽ cauſę.]*

De caſu & fortuna ſecundum opinionem gentilitatis. Capitulum. xvi. DIS.

INter cauſas per accidens caſum & fortunam dum numerares patula aure auſcultabam. multam nanq; vulgus his tribuit cauſalitatem: verebar autẽ: quia ad alia feſtinas/ ne harum tractatum preterites. MAG. Plurima preterire neceſſe eſt: nõ eñ preſentis diſceptationis eſt omnia limate excoquere. Has autem cauſas caſum dico & fortunam non oportet ſilentio tranſire: circa quas contingit damnabiliter errare. Vnde quondam Romani fortunam diuinum quoddam numen exiſtimabant: quod pro libitu ſuo/ hominũ meritis non conſideratis: aliȷs bona: aliȷs vero mala largiretur. Ad quod deſignandum/ ſimulachrum eius in ſpecie muliebri in medio rotę quaſi eam verteret continue conſtituebant: cuius facies dextera lucida/ ſiniſtra obſcura: utraq; vero cęca apparebat: quia ſplendidi ſunt quos fouet: obſcuri autem quos perſequitur. Cęcitas vero indifferentiã eius deſignabat ad bonos & malos. Similiter quia eos quos fouet excęcat. Huius autẽ prodigȷ mutabilitatẽ rota volubili oſtẽtabant: cuius qui ſummã tenet arcẽ ꝓſperiſq; fruit̃ ſucceſſibus mox inopinato caſu ad ima deȷcit̃. Rurſus autẽ q in imo cõſiſtebat ex oppoſita rotę pte locũ celſitudinis cõſcẽdit. Quę & ſi eo ordine in mortaliũ actibus eueniant: impium tñ & fidei noſtrę inimicũ: principȷs etiam philoſophicis omnino contrarium eſt ea alicui: preterq̃ prouidentię

[margin: deſcriptio fortunę]


GLOBE OB ELATVS
VEHOR
AD ALTA
FOR TVNA
DESCENDO
MORTIFICATVS
AXI ROTOR

diuinę aſcribere:quę iuſtis occultiſq; iudicijs ſecunda & aduerſa cō/
municat pro ut voluerit.quod Auguſtinus in de ciuitate per multos
libros:& Boeti⁹ in de conſolatu philoſophico latiſſime oſtendunt.De
cultura vero fortunę a romanis.Auguſtin⁹ de ciuitate dei libro quar
to capitulo.18.& nono diſſerit.Colebant em̄ fortunā publicam:quę
rem publicam defenderet.Fortunam virilem & muliebrē:ut eſt apud
Ouidium de faſtis li.4.& li tertio de triſtibus.Nempe dat & quodcū/
q; libet fortuna rapitq;:Cyrus & eſt ſubito qui modo Creſus erat.&
libro quinto.Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat: Et manet in
nullo certa tenaxq; loco:ſed modo lęta venit/vultus modo ſumit acer
bos:Et tantū conſtans in leuitate ſua eſt.& Boetius de cōſolatione li/
bro ſecundo proſa ſecunda.Hunc cōtinuū ludū agimus:rotā volubili
orbe verſamus.Infima ſummis/ſumma infimis īmutare gaudem⁹.

De caſu & fortuna ſecundum opinionē philoſophorum. Capitulum. xvij.

DIS. n On ingrata fuit hæc narratio vanitatis gentilium. Sed quid
philoſophi de his ſenſerint quæſo edicito. MAG. Philoſo/
phus libro.ij.naturalis philoſophię.Caſum & fortunā volens
definire:pręter eas quæ in ſuperioribus digeſſimus: cauſarū partitio
nes alias & gentium & effectuum adducit.Quarū partitionum pri
Agentiū varietas ma hæc eſt.Agentium quędem agunt ſcd̄m propoſitum & delibera
tionem.ut homines rationis compotes.quędam vero nō agunt a ꝓ/
Effectuū varietas poſito.ut infantes:bruta & inanimata.Effectuū autē quidā fiunt ſem
per.ut ſolis ortus & occaſus.quidam frequenter.ut calor in eſtate: &
frigus in hyeme.quidam extra ſemꝑ & frequenter/ſiue raro contin/
gunt.ut inuentio theſauri. Amplius eoꝝ q̄ fiunt quędā fiunt ꝓpter
finem determinatū.ut foſſio ſepulchri propter ſepelire mortuum:&
Fortuna quędam alia non intenta annectuntur illis:& accidunt. Ex his defini
tio fortunę:manifeſta erit:qua dicitur. Fortuna eſt cauſa ꝑ accidens
eoꝝ quæ fiūt propter hoc in his q̄ agunt ſcd̄m ꝓpoſitum extra ſemꝑ
Caſus & frequenter.Similiter & deſcriptio caſus patebit qua dicit̄.Caſus eſt
cauſa ꝑ accidens eoꝝ q̄ fiunt ꝓpter hoc in nō habētibus ꝓpoſitū ex/
tra ſemper & frequenter. DIS.Exempla hoꝝ adiungas. MA.Ex
emplū fortunę eſt in eo qui ad ſepeliendū mortuū ſepulchrū fodit: &
fodiēdo inopinatū theſaurū reperit.Exemplū caſus eſt.Si equus ſta/
bulū repetens ſaluat̄ a lupo:& tripoda deorſum cadens apta ſedes effi
citur.Verūtamē nōnunq; effectus fortuitus caſualis appellat̄: exten
to noīe caſus ad fortunā & caſum ꝓprie dictū.Sic & improprie Plutar
chus lapides pauimēto ſubſtratos infortunatos dicebat q̄s autē ad cō
ſtituendas aras deoꝝ applicant fortunatos dicere ſolebat.His em̄ re
uerentiā:alijs autē cōtumeliā attritione pedū fieri cōtingit. DI.Pro/
prie itaq; fortuna reſpectu illoꝝ eſt:q̄ nobis a ꝓpoſito agētib⁹ accidūt

Caſus autē reſpectu illoꝝ quę nō utentibus ratione: aut utētibus ſed ꝓpoſito nō agentibus ęueniunt. MAG. Optime. DIS. Sed non dū q̃ res ſit fortuna aut caſus accepi. MAG. Fortuna (ut aiunt non nulli philoſophantiū) eſt voluntas agentis a ꝓpoſito. Caſus autē eſt natura eius q̊d agit nō a ꝓpoſito. DIS. Nū voluntas & natura ſunt cauſę ꝑ ſe? MAG. Voluntas cauſa ꝑ ſe eſt effectus intenti: qui ęuenit a ꝓpoſito. Et cauſa ꝑ accidens (quā fortunā dicimus) effectus nō intēti qui ęuenit ꝑ̄ter ꝓpoſitum. Vnde in dato exemplo ſepulchrū eſt effectus intentus & inuentio theſauri eſt effectus fortuitus. Sic & in caſu. Caſus tripodę deorſum/ effectus eſt naturalis a natura & grauitate eius: ſed ꝙ facta eſt apta ſedes effectus eſt caſualis. Verūtamen nihil ſic euenit fortuite aut caſualiter quinetiā ęueniat a cauſa per ſe intendente hoc fieri. Nam ut Plato aſſeruit: nihil eſt cuius ortum nō pręceſſerit legitima cauſa. DIS. Quæ ſunt cauſę tales? MAG. Auguſtinus de ciuitate libro quinto ca. nono aperuit dicens. Nos eas eſſe cauſas: quę dicuntur fortuitę: unde etiam fortuna nomē accepit: non dicimus nullas ſed latentes: eaſqꝫ tribuimus vel veri dei vel quorūlibet ſpirituū volūtati: ipſaſqꝫ naturales nequaq̄ꝫ ab illius volūtate ſeiūgimus qui eſt auctor omnis conditorqꝫ naturę. Nihil em̄ fit viſibiliter & ſēſibiliter (inquit libro tertio de trinitate) quod nō de interiore inuiſibili atqꝫ intelligibili aula ſummi Imperatoris aut iubeatur: aut ꝑmittatur ſcd̄m ineffabilem iuſticiā pręmioꝝ atqꝫ pęnarū gratiarū & retributionū: in iſta totius creaturæ ampliſſima quadā immenſaqꝫ republica. DIS. Hunc igitur effectū fortuitū aut caſualem dicere poſſumus: cuius ꝑ ſe cauſaꝫ & ꝓpinquā non videmus. MAG. ita Auguſtinum de achademicis quęſtionibus dixiſſe patet. Cum ait. nihil aliud in rebus caſum vocamus: niſi cuius ratio ſecreta eſt. nomine autē caſus fortunam compręhendit. Idē Ariſtoteles de fortuna bona ſcribenꝫ affirmat.

De duplici fortuna bona & mala: & unde unus alteri fortunatior ſit Capitulum. xviij. DIS.

Quid Ariſtotelem de bona fortuna ſcribentē cōmemoras? an quia nō oīs fortuna bona eſt? MAG. Etiam fili. Nam ſi p̄ter intentionē ageris a ꝓpoſito bonū conſequat̄: aut malū fugiat: eufortuniuꝫ ſeu bonā fortunā dicimus. Si autē tali agenti malū ęueniat ꝑ̄ter intentionē: aut bonū effugiat/ diſfortuniū ſeu malā fortunam dicimus. Idem eſt ſi quid talium accidere potuit: quod em̄ parū deeſt nihil diſtare videt̄. bonū autē tale aut malum/ nō modicū: ſed notabile eſſe debet: ita ut ſi agens ipſum cognoſceret ad fugā: aut conſecutionē eius ageret. Hinc etiā de numero eoꝝ quę ꝓpter hoc fiunt effectus fortuitus eſſe dicitur: non quia ab agēte intendit̄ (quia latet) ſed quia intenderet̄ ſi cognoſceretur. Requiritur amplius: ut talis eſſe

Eufortu/nium

Diffortu/nium.

ctus non ſemel tantum nec ſemper/ſed in pluribus acciderit. DIS.
Sed dic quæſo unde huiuſcemodi effectus magis uni ꝙ alteri eueni/
unt? MAG. Huius quæſtionis nodulū ſi philoſophice ſoluere tem
ptabimus/a poſitione Ariſtotelis non diſcedendum arbitror:qua di/
cit impetum quendam ineſſe quibuſdam:quo mouenť ad aliquid q̊
conſequuntur bonum non intentum. DIS. Huius impetus cauſa
quę eſt? MAG. Si de intrinſeca quæris:natura eſt non quidem ſpe
☞ cifica (quia nõ omnibus ineſt) ſed indiuidua Vnde dictum eſt bene
fortunatus bene natus Eſt em̄ in his diſpoſitio quædam nõ in anima
(quia ut ait ubi maximus intellectus ibi minima fortuna) ſed in cor
pore:conſequens ipſius cõplexionē naturalem. Cauſa autē extrinſeca
concurſus eſt cauſarum extrinſecaꝝ talem ꝓpter huiuſcemodi diſpoſi/
tionē magis ꝙ alium nõ ita diſpoſitum mouentiū/ad aliquid operan
dum:q̊d bonum non intentū conſequiť. utputa eo loco vel tempore
fodere ſepulchrum. tale autē mouens cœlum & motricē eiuſdem in/
telligentiā dicunt. Hęc autem originē habere videntur ex radice con/
ſtellationū in natiuitate:quaꝫ libro ſeptimo dictis doctorum catholi/
corū ſuſpectam oſtendimus. Similiter & de fato & fatalibus quid ve/
ritas abhorreat tetigimus. Magis igitur hniuſmodi cauſalitatē volun/
tati diuinę & iuſticię eiuſdem attribuamus ſecundū ea quę Auguſtinū
pauloante in libro de trinitate & ciuitate dei cõmemoraſſe notauimus.

De monſtruoſis & miraculoſis effectibus a quibus fieri poſſint. Capitulum. xix. DIS.

Mnium itaꝗ cauſalitatē in deum ſi referimus ſ;m Auguſtini
o prefatam ſentētiā/nihil eſt quod vel fortuitū/caſuale mõſtruo
ſum aut miraculoſum dici poſſit. MAG. Prorſus nihil. Nā &
cū multa talia cõmemoraſſet Auguſtin⁹ de triniꝫate libro tertio c. ij. Ni
hil inquit hoꝝ fit niſi volūtate dei:ſed pleriſꝗ nõ apparet. Itaꝗ licuit
vanitati phõꝝ etiā cauſis alijs ea tribuere vel veris vel ꝓximis:cū om
nino videri nõ poſſent ſupiorē cęteris omnib⁹ cauſam. id eſt volūta
tē dei. vel falſis/ & ne ab ipa quidem ꝑueſtigatiõe corporaliū rerum
atꝗ motionū:ſed a ſupſtitiõe & errore prolatis. DIS. De fortuitis
& fatalibus ſatis luculēter/ quantū epitomatis ratio admittit diſſertū
cenſeo. Sed de reliquis pauca ſaltē aperiri exopto. MAG. Monſtra
dici cõſueuerūt ea quę ꝑter ſolitū naturę curſum euenire ſolent. Agen
tia em̄ & ſi ſemp ſibi ſimilia ꝓducere conentur:nõnunꝗ tamē vel ꝓpter
materię ſupabundantiā/defectū/corruptiõem/ qualitatū diſcõuenie
tiā/aut aliq̊d aliud impedimentū diſſimile generant:& hoc naturales
monſtrū dicunt ipm definiētes taliter. Monſtrū eſt peccatū illius q̊d fit
Monſtrū ꝓpter aliqd. aut clarius. Monſtrū eſt difformitas quędā in paucioib⁹
cõueniēs entibus naturalibus:eueniēs ꝑter ſolitū curſum naturę:diſcõ
ueniēs illis ex qbus traxit originē. ut cū hermofrodit⁹:aut duobꝫ capi.

tibus homo naſcitur. ita pariformiter & in alijs rebus exempla affer ti pñt. DIS. Monſtrũ igitur p̃ter intentiõem naturę agentis gñat. MAG. probe: ſi de natura p̃ticulari intelligis. nam oĩa talia queadmodũ & fortuita & caſualia a deo/q eſt natura ũľis omniũ intẽdunt nec cõtra naturã fiunt. Quõ eſt em̃ cõtra naturã (ait Auguſtin⁹ de ciuitate dei libro. 21. c. 8.) q̃d dei fit voluntate? cũ volũtas tanti utiq; cõditoris conditę rei cuiuſq; natura ſit. & ſeip̃m clariorẽ faciens: ſubiungit. Portentũ igit̃ fit nõ cõtra naturã/ſed cõtra quã eſt nota natura. DIS. fiunt itaq; portẽta ex cauſis naturalib⁹ ſed nobis incognitis MAG. Optime. unde & li. x. c. 16. ait Interuallis tp̃m/occultis ipſius cauſis mũdi verumtamẽ ſub diuina ꝓuidẽtia cõſtitutis & ordinatis monſtruoſa contingũt: quales ſunt inuſitati partus aĩaliũ. ſimul itaq; & cauſę p̱ quas & ꝓpter quas fiunt nos latẽt: nõ em̃ fruſtra fiunt unde ait monſtra dicta ſunt: q̃a aliquid ſignificãdo demonſtrãt. Oſtẽta quia oſtẽdunt Portẽta quia p̃oſtẽdunt. Prodigia q̃a porro dicunt id eſt futura dicunt. Vñ & ex his humana ingenia nõnunq; futura p̃dicunt. DIS. Quid autem de varijs monſtris/quę hiſtorię in diuerſis mundi partibus: maxime autem in India eſſe comemorant? quoꝝ quidam unũ oculum habere in fronte media: quibuſdã plantas verſas eſſe poſt crura: quoſdam ſine ceruice oculos habere in humeris: quoſdam cynocephalos: id eſt canina capita habentes & ſimilia ĩnumera deſcribunt. homines ne ſunt & ab Adam originem traxerũt? MAG. Hęc & alia mõſtruoſa hominũ genera/Auguſtin⁹ de ciui. dei de libro. 16. c. 8. enumerat. & creatorẽ omnium talia effeciſſe

Monſtra
Oſtenta
Portenta
Prodigia

propter decorē uniuerſi:nec erraſſe dici poſſe oſtendit: & in fine con/cludendo ait. Aut illa aut alia q̄ de qbuſdā gētib⁹ ſcripta ſūt:oīno nulla ſunt:aut ſi ſunt/homines nō ſunt:aut ex Adā ſunt ſi homines ſunt

De miraculis. Capitulum viceſimū. MAG.

Aec eadem quæ monſtri nomine cenſent̄/miracula dici ſolent
h qm̄ quæ raro ſunt ipſa ſunt mira. inqt Auguſtinus li.21.de ci. c.4.&.8.& de tri.li.3.c.2.8.&.10. Sed aſſiduitas experiēdi paulatim ſubtrahit admiratiōis incitamentū: & ibidē.c.8.dicit. Vnde & ipſa q̄ in rerū natura omnibus nota ſunt/nō minus mira ſunt:eſſētq̧ ſtupenda cōſiderantibus cunctis ſi ſolerent homines mirari niſi rara.
Miraculu₃ Proprie autem miracula ſunt quorꝫ ſimilia a natura produci poſſunt mō tñ oīno alio:ut natura in generatiōe vitā tribuit:& eſt naturale.deus iam e mortuo corpe ſubito vitā refundit:& eſt miraculū.& quide₃ magis proprie miracula ſunt hęc & ſigna/ſi ad aliquid diuinitus an/nunciandū noſtris ſenſibus admouent̄. Si ꝟo aliqd fit cuius ſimile natura facere nō poteſt:nec ordinem ad hoc habet/mirabile dici debet.ut eſt humanā naturā diuinę in unitate ſuppoſiti uniri. corpus anīale putrefactū in terra glorioſum reſurgere. DIS.Nū miracula a prima cauſa fiūt? MAG.a ſola.dicēte propheta.Qui facis mirabilia magna ſolus.ſc₃ poteſtatiue & principaliter.nam ꝑmiſſiue etiā magicis artibus fiunt.Nā & Exodi.7. Magi Pharaonis ranas ſerpenteſq̧ fœcerunt. DIS.Sed unde hæc poſſunt? MAG.ꝑ aereas poteſtates inquit Auguſtinus:magicę artes poſſunt quidqd poſſunt:nec illę valent niſi data deſuꝑ poteſtate. ideo ſcyniphes facere non potuerūt Pharaonis magi.Nō autē ſolis malis deus hęc ꝑmittit:ſed & bonis ange/lis & hominibus frequēter talia agere concedit: ſed differenter.uti eſt videre ꝑ Auguſtinū li.83.q.80. DIS.Cur autē deus peccatoribus angelis ſeu dęmonibus hanc poteſtatē dat? MAG. Reſpōdet Auguſtinus li.3.de tri.ad fallendos fallaces:& ad mouendū fideles ne tale aliquid facere pro magno deſiderēt vel ad exercenda₃/ꝓbandam manifeſtandāq̧ iuſtorꝫ pacientiā.ut patet in Iob. cōſimiles rationes aſſignat de ci.dei li.2.c.23.& alias addit libro.7.c.ulti. DIS.Creatores ſunt itaq̧ maligni ſpiritus talia operātes? MAG. nequaq̄.na₃ huiuſmodi nō de nihilo/ſed p̄iacenti materia:corporeis ſc₃ mundi elementis:in quibus occulta q̄dam rerꝫ ſemina latent ꝓducunt:q̄ & na/tura interuallis temporꝫ producere poſſet. Ipſi autē nouerūt celerrime debitas materias & cauſas applicare.ut idem in tertio de tri.c.9.& li.4 &.11.luculenter declarat. Nedū autē malis ſed & bonis angelis huiuſcemodi poteſtatē creator cōmunicat.ut iam dictum eſt. Sed quēad/modū (inquit Auguſtinus li.3 de tri.c.10.) hęc faciunt angeli vel potius deus:quemadmodū hęc faciat ꝑ angelos ſuos/& quantū fieri velit etiā ꝑ angelos:ſiue ſinendo ſiue iubendo ſiue cogēdo ex occulta ſe

de altiſſimi ſui: nec oculoꝝ acie penetrare nec fiducia ratiōis ænucle/
are nec prouectu mentis cōprehendere valeo. DIS. Satis ſit ergo
noſſe omnipotentiā creatoris nō ita cauſis naturalibus alligatā: ut p̄/
ter conſuetū earundē curſum & ordinē ex eadē corporali materia per
ſe vel miniſtros ſuos diuerſos effectus cū voluerit/nō poſſit efficere.
Sed diutius expoſitioni haꝝ partiū definitionis naturę īmorati: cum
dicit̃: principiū & cauſa ꝑ ſe & non ſcd̃m accidens/totū ferme diem
tranſegimus: breuius igit̃ hoc quod in definitione additur (motus &
quietis) tranſcurramus.

De motu qualis res ſit. & ſi diſtinguatur a termino ad quem. & dæclaratione definitiōum motus. Capitulū viceſimūprimū.

MAG
Mnibus itaq; ambagibus poſthabitis/motus naturā ꝑ defi/
o nitiones venari temptabimus. DIS. probe. Definitio nam
q; ut in dialecticis audiui oratio eſt indicans quid eſt eſſe rei.
MAG. Motus igit̃ (ut Ariſtoteli viſum eſt) actus eſt entis in po/ Motus
tentia ſecundū q̄ huiuſmodi. id eſt ſcd̃m q̄ eſt in potentia. Pro uberio
re autē huius intelligentia animaduertendū. mobile anteq̄ mouetur
eſſe ens in actu exiſtendi (niſi em̄ eſſet/moueri non poſſet) & in potē
tia ſubiectiua & receptiua ad actum/ quē motum dicimus: ſimiliter
& ad formā per motum acquiſibilem. DIS. Mobile itaq; antequā
mouetur in duplici potentia eſſe videtur: ſcilicet in potentia ad actum
qui eſt motus: & ad formā per motum introducendā. MAG. Op
time infers. DIS. Sed qualis entitas ſit ille actus quē motum dicis
nondum accipio. MAG. Si motū materialiter ſiue fundamentali/ Motūs ꝑ
ter conſiderabimus/forma eſt fluens de eſſe imꝑfecto ad eſſe perfec/ fundamē
tum: cuius gradus poſt gradum ſucceſſiue in eo quod mouetur acq to.
runtur. DIS. eadem ergo res eſt actus quem motū dicis & forma
motum terminans? MAG. eadē. Motus tamen dicitur dum actu
fluit & gradualiter acquiritur: terminus vero motus eſt dum actu to
ta in eo q̄ mouebatur ſubſiſtit. præſentibus em̄ habitibus in materia
ceſſat motus. Formaliter autē ſi motum accipimus: ipſum paſſionem mot⁹ for/
ſucceſſiuā eſſe de genere tranſmutationis: ex cōmentatore ſuper ter/ maliter
tio phiſicoꝝ: & Ariſtotele libro. 5. cognouimus. Ab hac forma q̄ abſo
luta non eſt ſed reſpectiua (uti in cathegorijs determinatū eſt) mobi
le formaliter moueri dicitur. Vnde in motu alterationis: qui exempli
gratia prę cæteris declarandus eſt: quę diximus luce clarius patebūt
maxime autē in ea qua aqua frigida per ignē caleſit. aqua nanq; frigi
da actu quidē exiſtit/ſed in potentia eſt ad calefactionē: quam hic mo
tum diximus: & ab eadē formaliter calefieri denominat̃: & ꝑ hanc ad
caliditatem tendit: cuius gradū poſt gradum cōtinue acquirit donec
in ea cōpleatur. tunc em̄ motus qui eſt calefactio deſinit: nec aqua iā

Motus calefieri:ſed calefacta ſiue calida a forma acquiſita denominaẗ. Ex his ſecunda motus definitio intelligitur facillime qua dicitur. Motus eſt actus mobilis inq̃tum mobile.

ꝙ motus nõ eſt mobile:ſed eſt accidẽs in mobili ſubiectiue. Et de his q̃ ad motũ neceſſario cõcurrũt. Ca.xxij. DI.

P Lana quidem hęc videtur:ſed & motũ quoq; ſiue materialem ſiue formalem nõ ipſum mobile;ſed rẽ aliã ab eo realiter diſtinctam & in eadẽ ſubiectatã intelligo. MAG. Sane. Mot⁹ eñ formaliẗ reſpectus eſt extrinſecus aduenięs mobilis ad mouẽs:quẽ paſſionẽ formalẽ in cathegorijs diximus. Huius aũt correlationẽ reſpectu agentis ſiue mouẽtis ad mobile ſeu paſſum: actionẽ formalẽ docuimus & hãc in potẽtia actiua imediate:& mediate in agente. illã vero in potẽtia paſſiua imediate:& mediate ĩ mobili ſubiectari intelligimus. Formã vero fluentẽ & gradualiter acquiſibilẽ actionẽ paſſionẽ & motũ materialẽ dicim⁹. Actionẽ quidẽ dũ eſt ab agẽte; paſſionẽ dũ recepta eſt in paſſum & motũ dũ in fluxu eſt noĩamus:& hanc nõ in agente:ſed paſſo ſiue mobili q̃ ꝓ eodẽ ſumimus: ſubiectari dicimus. DI. Motũ formalẽ rem reſpectiuã de gñe paſſionis aperte aſſeris;ſed cuius gñis res ſit motus materialis nõdũ exprimis? MA. Id eo loco quo de termino ad quem motus diſſerere ceperimus: notum faciemus. DIS. Ad motũ igitur q̃ aut quot concurrũt. MA.

Ad motũ requiſita Sex videlicet. Mouens:mobile:terminus:a quo:terminus:ad quẽ: tempus:& locus. Hęc in dato calefactionis motu diſcerni poſſunt. Eſt eñ ignis mouẽs/aqua mobile:frigiditas aquę ſeu carẽtia caloris eſt terminus a quo. calor in aqua ꝓductus eſt terminus ad quẽ:mora aũt calefactionẽ hãc mẽſurãs/tp̃s ẽ:mobile autẽ qa ens eſt naturale ſine loco nõ eſt. DIS. Apertiſſima eſt hęc demõſtratio verũtñ de oĩbus ſingillatim diſſerere opep̃ciũ eſſe exiſtimo. MAG. Bene exiſtimaſti: ſed paucis ut expoſtulas oĩm hoꝝ intricatos nodos diſſoluere facile quis poterit? DIS. Saltẽ cõmuniora in mediũ ferre haud graueris.

De mouente immobili. Capitulum. xxiij. MAG.

A Fferã q̃ memoria ex lectis & auditis reſeruãs exhibere dignabitur. Primũ autẽ naturã mouẽtis & mobilis:dehinc alioꝝ cõditiones eo ordine quo enumerata ſunt ꝑcurremus. Sunt autẽ

Mouẽs ĩmobile (ut rẽ ipſam aggrediamur) mouentiũ duo gñа. Quoddã nãq; cũcta mouẽs oĩno ĩmobile ꝑmanet. DI. Fortaſſe ip̃m eſt quod in ſuperiolib; principiũ effectiuũ dicebas. MAG. Idip̃m eſt de quo & Boetius li.3. metro.9. philoſophicę cõſolationis exclamat. O qui ꝑpetua mundũ ratione gubernas: Terrarũ cœliq; ſator qui tp̃s ab euo ire iubes:ſtabiliſq; manens/das cuncta moueri. Et ꝓpheta regius. mutabis ea & mutabuntur:tu autẽ idẽ ipſe es. Iacobus quoq; in canonica ſua ait. Apud quẽ nõ eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio

Bo[…] pſal[…] Iac[…]

Sed qd alioꝝ eget teſtimonijs? qui de ſeipſo dicit. Ego dñs & nõ mutor Malachie.3. DIS. Nũ id rõe cõuinci põt? MA. Vtiqꝫ nõ una ſed pluribꝰ. ut eſt videre li. 5. de trinitate Auguſtini. ſilr & Ariſtoteles. 8. ph ſicoꝝ ĩmutabilitatẽ primi motoris inueſtigare conatus eſt. Primũ equidẽ reꝝ principiũ ſi moueret/ utiqꝫ ab alio: aut a ſeipſo. nõ ab alio quia iã primũ nõ eſſet cũ id a quo moueret ipm ꝓcederet q̊d rurſus quia ĩmobile nõ eſſet ab alio moueret: fieretqꝫ in mouentibus & motibus ꝓceſſus in infinitũ: quẽ phĩa reſpuit. A ſeipſo autẽ ſi moueri dicatur in partẽ ꝑ ſe mouentẽ: & partẽ ꝑ ſe motã diuidi neceſſe habet: & forma ꝑ motũ acquirẽda carebit: quod de ſumma ſimplicitate & ꝑfectione ſentire qd turpius. Omnino igit̃ ĩmutabilis eſt: q eternus imẽſus/ ſimpliciſſimus/ & ꝑfectiſſimus eſſe nõ dubitatur. Vnde in eo motũ in tpe aufert eternitas q̃ tota ſil' eſt. motũ in loco imẽſitas: qa ubiqꝫ eſt. motũ ad formã ſuma ꝑfectio & ſimplicitas: qa nullius eget. Verũ tñ ſubſtantiã dei (ut inqt Augꝰ li. 1. de trini. ca. 1) Sine ulla cõmutatione mutabilia facientẽ: & ſine ullo tꝑali motu tꝑalia creãtẽ tueri & plene noſſe difficile eſt. Ideo & nos q in primis phĩe elemẽtis verſamur id theologie reſeruabimus. DI. Optie. aliud igit̃ mouẽtiũ gñs ꝑcurramus

De mouentibus mobilibus. Et quod mouens per ſe/ quod per accidens. Capitulum. xxiiij. MAG.

Extra hunc quecunqꝫ ſunt: quia nõ de illo ſed de nihilo facta ſunt/ mutabilia ſunt. inquit Auguſtinus. li. 12. de ciui. dei ca. 1. unde ſimpliciores in rebus creatis ſubſtantie/ quas philoſophi intelligẽtias: Theologi autẽ ſpiritus angelos & animas dicunt (ꝑter eam mutationẽ qua ex bonis mali facti ſunt: quam ibidem latius ꝓſequitur) mouentur & mouent alia. Omnes enim ſi de angelis loquimur adminiſtratorij ſpiritus ſunt mihi/ propter eos qui hereditatẽ capiunt ſalutis ait Apoſtolus ad hebreos. Miſſi autẽ utiqꝫ mouentur cum nõ ſint ſimul in cœlo & in terra cum mittuntur. ut vult Damaſcenus: Mouẽtqꝫ eos ad quos mittuntur. Sed hec quoqꝫ enucleatius exquirere theologie eſt: nõ noſtri epitomatis. Preterea igitur nõnulli cœloꝝ orbes quibus ꝑſunt ſine pœna & fatigatiõe reuoluũt. ut viſum eſt li. vij. ſupra. Silr & aĩe corpora quoꝝ forme ſunt: mouẽt. Rurſus autẽ cœleſtia corpora ab intelligẽtijs mota: hec inferiora mouẽt. Vñ & hũc mundũ ſcꝫ elemẽtarẽ neceſſe eſt eſſe cõtiguũ lationibꝰ ſuperioribus. ut tota virtus eius inde gubernetur. ait phũs Methauro li. 1. Inter partes autẽ mũdi iferioris cõtinuã & mutuã mutationẽ eſſe: qs eſt q nõ facile aſſentiat? DIS. Nullus qui ſenſum nõ negat. MAG. Querere rationẽ & dimittere ſenſum debilitatis eſt intellectus. Amplius mouentiũ quedã mouẽt per ſe: q̃dã per accidẽs. Per ſe mouẽt q nõ rõe cuiuſcũqꝫ alteriꝰ extrinſeci mouẽt. ut aĩa corpus & manꝰ lapidẽ. Hec rurſus biꝑtita ſunt. Quoddã eñ mouet ꝑ ſe primo. i. ſcdm ſe

Motus angeloꝝ

mouens per ſe

totũ & quãlibet ſui partẽ & dicitur mouens principale. ut anima mo
uet corpus. Aliud mouet nõ ꝑ ſe primo ad ſenſum datũ: ſed ſcd̃m ali/
quã ſui partẽ. ut homo mouet lapidẽ pede & baculum manu DI.
mouens ꝑ accñs Mouens ꝑ accidens q̊d dicis? MAG. Quod mouet ꝑ aliq̊d ſibi ex
trinſecũ ſiue ꝑ inſtrumentũ. ut cauſę ſuperiores ꝑ inferiores: & formę
ſubſtantiales ꝑ diſpoſitiones qualitatiuas. & uniuerſaliter artifex per
ſua inſtrumenta. DIS. Ad mobilia pergamus.

De mobilibus & motu naturali animali & violento & huius ſpeciebus. Capitulũ. xxv. MAG.

Er ea q̃ dicta ſunt de mouentibus: facile patebit natura mobi
p lium. Mobiliũ em̃ q̊ddã moueť ꝑ ſe: quoddã ꝑ accidens. Per
mobile per ſe ſe moueri diciť mobile quod nõ ratione extrinſeci alicuiꝰ mo
uetur. ut corpus ab anima ꝓpria. & rurſus. hoꝝ quoddã moueť ꝑ ſe
primo: id eſt ſcd̃m ſe totũ & quãlibet ſui partẽ. ut lapis motꝰ deorſum
& ignis ſurſum. quoddã ſcd̃m partẽ: ut homo ſanari dicitur cuiꝰ pe/
mobile ꝑ accidens ctus ſanatur. DIS. Per accidens quod mouetur? MAG. Quod
ratione alicuius extrinſeci mutatur. ut homo ad motum nauis in qua
ſtat tranſfertur. Eoꝝ autẽ quę per ſe mouentur quędam a ſe mouẽ
tur: q̃dam ab alio. A ſe quidem moueñ quęcũq; a principio ſiue mo
uente intrinſeco mouentur. Hęc em̃ diuiduntur in partẽ ꝑ ſe motam
& in partem ꝑ ſe mouentẽ. nihil autẽ ſe mouet ꝑ ſe primo primitate to
talitatis & adeq̃tionis: patet qa moueri ꝑ ſe primo primitate totalita/
tis ꝯuenit toti & cuilibet ꝑti. & ſic ad qetẽ cuiuſlibet ꝑtis neceſſe eſt totũ
qeſcere: primitas v̊o adeq̃tionis denotat cauſalitatẽ motꝰ ineſſe primo
toti p̃ciſe; & ſic ad quietẽ uniꝰ ꝑtis nõ neceſſario totũ qeſcit. cũ autẽ qe/
ſcere: & nõ quieſcere cõtradicãt ſiľ uni ineſſe nõ p̃nt: & ꝑ conſequens
nihil idẽ ſe primo mouet primitate totalitatis & adeq̃tionis: ſed ratione
unius ꝑtis. ut aĩal in q̊ aĩa eſt pars ꝑ ſe mouẽs corpus pars ꝑ ſe mota
Anima eſt mouẽs q̃: corpꝰ eſt mobile q̃: & totũ aĩal eſt mouẽs & mo
motꝰ aĩaľ bile q̊d. Et hic motus in principio & fine eſt remiſſus: & in medio intẽ
ſus: & aĩalis diciť. Quęcũq; autẽ ſunt huiꝰ gñis mobilia ſicut ſeipſis
ſunt cã mouendi ita & qeſcẽdi. unde & nullo extrinſeco cõcurrẽte mo
tũ initiare & añ terminũ totalẽ ſiſtere p̃nt: & ſe ꝑ cognitionẽ mouẽt mo
tibus diuerſis. Saluať etiã ꝑ iã dictas diſtinctiones veritas illiꝰ vulga
tę ꝓpõis. Omne q̊d mouetur ab alio moueť. DI. Probe. Sed de mo
tu grauiũ & leuiũ qd dicis? MAG. Grauia & leuia ſiľr in partẽ ꝑ ſe
mouentẽ ſcȝ formã ſubſtãtialẽ: & partẽ per ſe motã diuidũtur. Forma
autẽ ꝑ accidẽtia mouet. uñ Auguſtinꝰ li. 11. de ciui. dei. ca. 28. Ita em̃ [illegible]
corpus põdere ſicut animꝰ amore fertur q̊cunq; ferť ſiue ſeorſum gra/
uitate ſiue ſurſum leuitate. Horum motus in principio remiſſior eſt &
in fine intenſus: & naturalis dici ſolet quia in ipſis paſſum vim con/
fert. Habent enim naturalem inclinationem ad loca ſua naturalia.

ut eſt motus lapidis verſus centrũ. Veꝝtamẽ hæc quia cognitiõe ca‑
rent/diuerſis motibus ſe ipſa mouere aut ante terminũ totalem ſeipſa
ſiſtere nequeũt: & ut quibuſdã viſum eſt: motũ initiare ſine extrinſe
co remouente prohibens nõ poſſunt. ſed hoc forte nõ eſt niſi per acci/
dens. unde grauia & leuia actu grauitatẽ & leuitatẽ habentia & incho
atiue & cõtinuatiue moueri poſſunt. De cõtinuatione dubiũ non eſt.
de inceptiõe ꝟo patet ſi tantę fuerint virtutis ut ꝓhibens remouere po
ſſint. ut ſi lapis grauis quieſcat ſuꝑ ligno fragili/ipſuꝫ tandẽ frangit &
deſcendit. Si ꝟo tantæ virtutis non ſit: utiqꝫ motũ inchoare nõ poteſt
ſine adiutorio extrinſeci remouẽtis prohibens. ſicut nec animal fortiſſi
mis vinculis conſtrictũ. DIS. Ab alio ꝟo q̃ ꝑ ſe mouent̃? MA.
Quę a principio extrinſeco mouent̃ nõ conferente vim paſſo. ut la/
pis proiectus ſurſuꝫ. & hic motus violẽtus eſt: q̃a contra naturalẽ in/ motus violentus
clinationẽ mobilis. ideo eſt in principio intẽſius ab impetu impreſſo a
mouente: & in fine remiſſior impetu iã deficiẽte. Et hoꝝ alius eſt Pul
ſio: alius tractio: alius vertigo. DIS. Pulſio q̃s motus eſt. MAG.
Is in quo mouẽs non deficit ab eo q̊d mouet̃: ſed toto tꝑe ipſuꝫ comi Pulſio.
tatur. & eſt impulſio. Motus ꝟo in q̊ mouẽs deficit ab eo q̊d mouet̃/
expulſio eſt. ſub qua & expiratio continet̃. DIS. Tractio autẽ quis
motus eſt? MAG. Is cũ ad ſeipm̃ vel ad alteꝝ velocior fit motus Tractio
trahentis: nec ſeparat̃ ab eo q̊d trahit̃. & cõtinet ſpateſim: q̃ eſt motus Spateſis.
enſis velociter moti. & radiationẽ ſiue kerkeſim: q̃ eſt motus radij tex Kerkeſis.
toris. cõtinet & inſpirationẽ. DIS. Vertigo q̃s motus eſt? MA. Vertigo.
cõpoſitus ex pulſu & tractu. Vectiõe ꝟo mobile non ꝑ ſe/ſed ꝑ ac/ Vectio
cidens (q̃a in alio) mouet̃. Sane ne omnia intelligis? ~~MAG.~~ Sane
eq̃dẽ ut mihi videre videor. ſed eſt q̊d dubitatiõis ſcrupulum iniecit.
MAG. quod eſt hoc? DIS. Quonã modo in expulſionis mo/
tu mouẽs ab eo q̊d mouet̃ deficere poſſit. remoto etẽm mouẽte/mo
bile quieſcere neceſſe eſt: cum non ſit a quo moueatur.

Quomodo mouens eſt ſimul cũ moto. quæ ſimul/ſeparata/contigua/cõſequenter entia & quę continua. Capitulũ. xxvi. MAG.

Ortiter inſtas. nã mouens ſimul eſſe cũ moto ab Ariſtotele. 7.
phiſicoꝝ concludit̃. ſed huius intellectus manifeſtus erit ſi ad
hęc q̃ de natura mouentiũ diſſerta ſunt: etiã q̃ ſimul aut ſepa/
rata dici poſſunt digeſta fuerint. DIS. Simul igit̃ q̃ dicis? MA.
q̃cunqꝫ ſunt in uno loco ꝓprio & adequato. ut lac & albedo & dulce Simul.
do eiuſdẽ. & hęc ſimultas adeq̃tionis dici ſolet. DIS. Separata quæ
ſunt? MAG. q̃ in alio & alio loco ſunt ꝓprio. & hæc rurſus trifarie Separata
partiunt̃. quędã em̃ cõtigua: quędã conſeq̃nter entia: quędã aũt cõ/
tinua dicunt̃. DIS. Contigua q̃ ſunt? MAG. quoꝝ ultima ſimꝰ contigua.
ſunt. ut orbes cęleſtes & elementoꝝ regiones. Orbes nẽpe cęleſtes/ſi

militer & elementa locis ꝓprijs ſepantur: ultima tamē eoꝝ ita cōiun/
guntur/ut nullū ſit corpus mediū. & hęc ſimultas īmediationis nomi
natur. Quod aute; dicitur: duo corpa dura ſine medio non poſſe ſe
contingere: ſufficiēter oſtēſum non eſt: experiētia ꝟo q̄ inter duas ta
bulas planas in ſupficie coniunctas & aquę īmerſas humiditas repe
ritur (q̄ utiq; ſine ſubiecto non eſt) ex eo eſt: qa pfecte planę nō ſunt:
& fortaſſe ars hāc pfectionē non attingit/quā tñ natura inter orbes
cęleſtes ingeniauit: ne ſi ibi aer vel aqua neceſſario mediaret: continuo
motu conſumeret. DIS. Facile aſſentio. ſiſr & in his inferioribus/
aciē mucronis lignum ſine aere aut aqua media cōtingere poſſe haud
dubito. ad inſtituta igit reuertētes quę ſint conſequēter entia ædicito.

conſequē ter entia MAG. Conſeq̄nter entia ſunt q̄ habēt ſe p ordinē & eoꝝ nullu; eſt
mediū eiuſdē naturę. ut domus prima & ſecūda. Nā & ſi inter has ſpa/
ciū ſit mediū in quo vel lapis aut lignū cōſiſtat naturā conſeq̄nter en
tiū nō tollit. veꝝtñ p̄ter hoc quod ſeqtur/conſeq̄nter ens dicit ad p̄ce

Habita dens & nō econtrario. Si ꝟo & hęc ſe contigerint: habita dicuntur.
DIS. Probe. veꝝtñ quod q̄rebā ex his ędoceas. MAG. In om/
ni motu mouēs ꝓximum neceſſario eſt ſimul cū eo q̄d mouet/vel ſi
multate adęquatiōis. ut impetus cū lapide ꝓiecto. aut ſimultate īme/
diationis, ut trahēs cū tracto. Rurſus mouētia & mobilia ꝓxima quā
doq; eſſe ſeparata/contigua aut habita ex dictis manifeſtū eſt. non/
nunq̄ ꝟo ſunt etiā cōtinua. DIS. haꝝ definitionē nondū attuliſti.

continua. MAG. Continua ſunt quoꝝ ultima ſunt unū. ut una ſupficies p/
tes corporū. & linea una ptes ſupficieꝝ. & punctū unum ptes lineaꝝ
continuat. In his nanq; terminus cōmunis in quo partes copulant/
indiuiſibilis eſt: ideo ita principiū unius ut ſit etiam finis alterius.

Cōtinuū & ſi diuiſibile ſit in ſp diuiſibilia. ex indiui/ ſibilibus tñ nō eſt nec actu infinitū. Ca. xxvij.

DIS
X talibus igit cōtinui ſubſtantia; integrari aſſeris? MAG.
e Nequaq̄. illa eq̄dē indiuiſibilia in continui cōpoſitione eſſent/
vel continua/cōtigua aut conſeq̄nter entia. prima duo dici ne
queūt. indiuiſibilia equidē ultima nō habēt quibus ſe contingāt: ſal/
tē ea parte qua indiuiſibilia cenſent. ut linea in latitudine: ſupficies in
profundo: & punctus in omni dimēſione. Quod ſi tertiū qs affirma
uerit: mediū interea diuiſibile aut indiuiſibile cōcedere neceſſe habet.
non autē diuiſibile dicet: tunc em̄ continuū nō ex indiuiſibilibus con
ſtaret. nec indiuiſibile: eo ꝙ mediū cōſequent entiu; eiuſdē rōnis eſſe
nō poſſit. Accedit ad hoc quod Ariſtoteles in phiſicis de motu argu Ariſ
mētatur. dato nēpe mobili ſup magnitudine cuius motus tpe trium
inſtantiū menſuret: rurſuſq; ſup eade; magnitudine in duplo velociꝰ
mobile voluat: huius motus neceſſario medietate dati tpis mēſurabi
tur. medietas autē tēporis triū inſtantiū/uno inſtāte integro alteroq;
dimidio conſtat. ſic inſtans minimū & indiuiſibile in duo partietur.

pars autē cum ſit minor toto/dabitur minus minimo. Aliis rationi/
bus Ariſtoteles p̄fixam concluſionē affirmat.ſed cū ipſa colūna ma/
thematicę diſciplinę eſſe videat̄:qua lapſa totus Euclidis & cæterorū
mathematicorꝫ labor inanis & ſupuacaneus appareret:eāipſam ho/
rū baſibus fulcire fortaſſe nō erit inutile. DIS.utiliſſimū. MAG.
Partē lineę rectę eſſe in ſublimi/& partem in plano impoſſibile Eucli
des libro decimo probat.linea igit̄ recta ſup plano ærecta/ipſuꝫ cō
tingit aliquo quod nō eſt pars eius: id autē pū
ctum eſt indiuiſibile.præterea ſignet̄ quadratuꝫ
a.b.c.d.& in eo diamet̄.b.c.in coſta quoq;.a.c
ſignētur duo puncta imediata de his quę totaꝫ
coſtam integrant:quæ ſint.e. g. Et rurſus in co
ſta oppoſita ſignentur alia duo pūcta: quæ ſint
f.h.a punctis.e.g.ad puncta.f.h.ducātur duæ
lineæ ęque diſtātes ipſi baſi.c.d.ſcilicet.e.f.g.h.

Iſtæ ſecabunt diametrū per quā tranſire neceſſe
habent: vel in punctis imediatis vel mediatis.
nō utiq; imediatis:quia ſic non eſſent plura pū/
cta diametri q̄ coſtę:& ex conſequenti diame/
ter non modo nō eſſet coſtæ aſſimeter:id eſt cō
menſurabilis:ſed etiam ęqualis: cuius impoſſi/
bilitas libro ſexto ſupra.c. decimoquarto ex his
quę habet Euclides in decimo propoſitiōe quin
ta & ſeptima demōſtrata eſt. DIS.Quid au
tem abſurdi ſequeretur/ ſi dictas lineas diame/



trum non imediatis ſed mediatis punctis ſecare præmiſſa ratiōe quis
compulſus fateatur? MAG.Id abſurdum ſequi manifeſtum erit:
quod aut contra poſitionem/data puncta in coſta mediata fatebitur
aut rectis lineis æquediſtantem ducere poſſe negabit:contra tredeci
mam primi.Sequela facile probatur:nam inter duo puncta media/
ta diametri ſignetur punctus medius qui ſit.k.a quo ducatur linea re
cta in directum/æque diſtans lineis.e.f &.g.h.hæc ſecabit coſtā vel
in pūcto.e.vel.g.nec ratio eſt quare potius in uno q̄ alio/imo in ne
utro.æquediſtantium equidē natura eſt: non concurrere ſi in infini/
tum protrahantur. ex ultima definitione primi Euclidis. Neceſſario
igitur aſſignandus eſt punctus medius inter.e.&.g.in quo linea du/
cta a puncto diametri.k.contingat coſtam .a.c. ſic puncta.e.g. non
erunt imediata. DIS.Iam inueniſſe mihi videre videor/ quo totuꝫ
id argumentū de diametro & coſta infringā. MAG.audiā DIS.
Qualibet lineaꝝ a coſta in coſtā ductaꝫ/diametrū nō in puncto (ut
aſſeris) ſed plus q̄ in puncto cōtingere/ex eo videt̄:ꝙ nō ꝑpēdicula
riter ſed ex obliq̄ ſup ipſaꝫ incidūt. MA.Sic ptē lineæ rectę in plano
& ptē in ſublimi eſſe fateberis,q̄d ut p̄miſimꝰ Euclides ipoſſibile dicit.

Qualitercūq; igit̃ linea lineā ſecet/ non plus q̃ in puncto ſecare po/
teſt: quia latitudinem non habet. ex eo etiam eandem lineam ſimul in
diuerſis ſuperficiebus conſiſtere libro ſexto ſupra dæmonſtrauimus.



DIS. Memini. MAG. Rurſus p̃fixa concluſio alio medio diluci
danda venit. Sint duo circuli. maior. b. & mīor
c. ſuper eodē centro. a. ſint quoq; puncta īme/
diata in periferia maioris circuli. b. d. a quibus
ducant̃ duę lineę rectę ad centrū. a. quæ neceſſ
ario tranſibunt p̱ periferiā circuli minoris. c. hāc
igit̃ interſecabunt vel duobus punctis vel uno
& eodē tantum. ſi in duobus/ erunt tot puncta
in periferia circuli minoris quot in periferia cir/
culi maioris. ſic circuli dati erunt ęquales: quia
habent p̱tes numero & magnitudine æq̃s: nu/
mero quidē/ quia tot puncta ſunt unius q̊t alterius. magnitudine aūt
quia punctus puncto maior eſſe nequit. DIS. Dicet̃ igit̃ datas line
as periferiā minoris circuli in eodē puncto tranſire. MAG. Sic lineę
rectę a circūferentia ad centrū ductę/ extra centrū concurrent: q̊d eſt
contra rationē & circuli & centri. aut punctū ipſius concurſus in peri
feria minoris circuli/ centrū amborꝝ circulorꝝ erit (idē enim centrum
habent) q̊d abſurdiſſimū eſt. Rurſus ducat̃ alia linea a puncto. e. im
mediato puncto. d. ad centrū. a. vel interſecabit periferiā minoris cir/
culi in alio puncto q̃ linea. d. a. vel in eodē. ſi in alio/ ſequit̃ idem q̊d
de lineis. b. a. &. e. a. cōcluſuȝ eſt. Si in eodē/ igitur lineę tres. b. a. d. a.
&. e. a. in eodē puncto periferiæ concurrunt. & conſequēter eadē ratio
ne quęlibet linea a puncto īmediato periferię maioris circuli ad centrꝝ
a. ducta/ in periferia minoris circuli cū datis lineis concurret: eritq; pe
riferia minoris circuli punctus unus/ ſic circūferentia ęqualis centro.
Alia inconuenientia non minus abſurda adduci poſſet ex naturis an
gulorꝝ & triangulorꝝ: quę breuitatis cauſa collibeat tranſire. DIS.
libet. cui em̃ q̃ dicta ſunt nō ſatiſfaciunt? q̃cunq; adduci poſſunt æq̃
aut minus p̱ſuadebunt. Sed reſtat q̊d lineā ex punctis compoſitā ar
guere videt̃ manifeſtius. Sphera equidē p̱fecte planū non niſi in pū/
tionē a Phō.5.metha.dilucidatā ſi attēdimꝰ:nō multa ſed unū tm̄ ele
mentū inueniemus.ait em̄.Elementū eſt ex q̊ aliqd componit̄ primo Elemētū
in exiſtente indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciē. tale autē quid aliud eſt/
niſi prima omniū materia? quę cū nō ſit ex ſpecie hoc eſt forma:in ſpe
ciem:id eſt formā diuidi neſcit. Cętere definitionis partes.li.1.ca.de
materia ęnodatę ſunt.Extento autē vocabulo quattuor ſunt quę ele Elementa
menta vocantur/ignis/aer/aqua/& terra:quorum quodlibet in ma q̄tuor ſūt
teriam & ſpeciem ſiue formā reſolui poteſt. Sunt em̄ eadē principia
reſolutionis & compoſitionis.Hoꝝ in uniuerſo ordinē diſtinctionem
naturaſqꝫ li.7. cum de Aſtronomia nobis ſermo eſſet explanauimꝰ.
Hic autē ipſa in qualitatibus primis & ſecundis & cōmunicare & dif
ferre noſſe operepretium eſt.

De qualitatibus primis & ſecundis. Ca.iij.DIS.

Valitates primę q̄ ſunt? MA.In genere tangibiliū(de qbus Qualita
q ad p̄ſens ſermo eſt) ſunt calidū/frigidū/humidū & ſiccū.Haꝝ tes primę
primę actiuę:reliq̄ vero paſſiuę dicunt̄/eo ꝙ iſtę maioris acti quattuor.
uitatis & reſiſtētiæ minoris. Illę autē ecōtrario actiuitatis minoris &
reſiſtētiæ ſunt maioris.Omnes tn̄ ſuo mō & agunt & patiunt̄. DI.
Si habes haꝝ deſcriptiones addas. MA.Calidū eſt q̊d homogenia Calidum
id eſt entia eiuſdem naturę cōgregat:& euterogenia:id eſt diuerſaꝝ na
turarū entia ſegregat.Vnde ſi pugillus minerę auri/igni tradat̄ actio
ne caloris auri partes cōfluunt.& ab his cupri portiones ſeparantur.
Huiꝰ eſt materiā ad generationē mouere. Frigidū homogenia eutero Frigidū
geniis conglutinat.unde hyemali tempe/ lapidē terrā aquā lignūue
in unū cōgelata conſpicis.Huius eſt materiā motā in ſuis pfectionibꝫ
ſiſtere.Humidū termino ꝓprio male:alieno autē bene terminatur.un Humidū
de aqua in terminis ſuis nō quieſcit:ſed donec continētis latera attin/
gat fluit:& his ex omni parte cōiungit̄.Hoc in aere:& ſi ſit veriꝰ nō tn̄
manifeſtius.Huiꝰ eſt formaꝝ figurarūqꝫ impreſſiones facile recipere
Siccū termino ꝓprio bene claudit̄:alieno autē male terminat̄.Vnde Siccum
lapis aut terra in ſuis terminis ſtabilitur:cōtinētis autē lateribus non
omni parte coniūgit̄.Huius eſt formarū configurationes conſerua
re. DIS.Qualitates ſecundę q̄ ſunt? MA.Quę a p̄dictis gene/ Qualita
rationis originē accipiūt/quarū decē annumerabimus:ad quas ſi q̄ tes ſecūdę
alię ſunt reduci poſſunt.Sunt autē hę lubricū/aridum/groſſum ſub/ decem.
tile:durum/molle/aſperum/lene/graue/& leue. DIS.Num & co
lores q̄litates ſunt? MA.Colores/ſoni/ſapores/odores/& cęteræ
de quibus in cathegoriis determinatum eſt qualitates quidem ſunt:
ſed de genere tangibilium non ſunt.

De qualitatibus elementorum & eorum tranſ mutationibus. Capitulum.iiij. DIS.

n Vnc quas noſſe oportet elementorum in qualitatibus cōuenientias & differentias edicito. MAG. Vnumquodq; elementorum ex primis qualitatibus duas continet:quarum primam ſibi in ſummo(per naturā poſſibilē)determinat. Vnde ignis calidus eſt & ſiccus. Aer humidus & calidus. Aqua frigida & humida. Terra ſicca & frigida. Et inter hæc ignis calidior. Aer humidior. Aqua frigidior. & terra comprobatur ſiccior. Et rurſus ignis in calore aeri:in ſicciate vero terrę ſimboliſat:id eſt couenit. In utraq; autē aquę opponitur. Aer in calore igni:in humiditate aque congruit:& in utraq; a terra ſecernitur. Aqua in humiditate aeri/in frigore terrę copulatur.in utraq; vero igni diſiungitur. Terra in frigore aquę in ſiccitate igni ſimilatur In utraq; aeri contraria reperitur. DIS. Simbola itaq; ſunt ignis & aer in caliditate:ignis & terra in ſiccitate. Aer & aqua in humore:aqua & terra in frigore. nō ſimboliſantia vero ſunt ignis & aqua:aer & terra. MAG. Scite concludis. In his autē tranſmutationis ordo talis eſt. in ſimbolis quidem tranſitus ſit facilior:in nō ſimbolis autē difficilior & hoc tunc verum eſt dum reſiſtentiā attendimus. In his enī una qualitatum:in illis autē ambę reſiſtunt. Si autē actiuitatē cōſiderabimus: utrobiq; eiuſdē facilitatis tranſitū inueniemus:nā in ſimbolis una tm̄ qualitatū agit:ſic & una ſolū reſiſtit. In non ſimbolis vero & duę agūt & duę reſiſtūt. ut ignis ſiccitate agit in aerem:& aer humiditate reſiſtit ignis caliditate & ſiccitate agit in aquā:& aqua frigore & humore obſtat. Qualitatū vero alterationes:& formarū ſubſtantialium generationis ordinē ſuperioribus tetigimus. Ratione autē ſecundarū qualitatum que ſunt groſſum & ſubtile:hoc intereſt:ut ex uno pugillo elementi groſſionis decem generentur pugilli elementi proxime ſubtilioris. unde fit ut ex uno pugillo terræ/generenť decē pugilli aquæ:& ex uno aquę decem aeris:& ex uno aeris decem ignis. Sic ex uno pugillo terrę centum aeris:& mille ignis generantur. nec tamen de materia plus ſub uno pugillo terræ q̄ ſub decem aquę:centum aeris aut mille ignis continetur. unde ſi elementa de materia ęque participāt:& dicto ordine in raro & denſo ſe excedūt. Spheram terrę/a ſphera aquæ in decupla: a ſphera aeris in centupla:a ſphera autem ignis in millecupla quantitate ſuperari neceſſe eſt. Hac via adiunctis his quę libro ſeptimo de orbium cœleſtium diſtantia poſita ſunt totius machinę mūdi mirabilem quantitatē imaginabimur. nam ut ait diuus Auguſtinus A libro.xi.de ciuitate. viſibilium omniū maximus eſt mundus: inuiſibilium deus. Et li.xxi. maximū mirabilium eſt mundus. DIS. Facile his aſſentio. Sed quo pacto aerem aqua humidiorem accipiendū ſit/nondum video/aqua equidem ſicca humectat & ignem extinguit

elementa ſimbola non ſimbola

elementorum proportio in qualitate.


POLVS ARCTIC9
ATLAS
OCCIDĒS
Celum empyreum
Primum mobile
Coelum aqueum
Firmamentum
Saturni
Iouis
Martis
Solis
Veneris
Mercurii
Lune
POLVS ANTARTIC9

Aer vero & humida exicat & ignē conſeruat. MAG. Hæc ita eſſe
Quō aer nō eſt qui hęſitet. Sed ſunt qui cauſas querunt. Quod enim humida
eſt humi/ in aere exiccari conſpicimus nō ab aere ſed vento qui eſt exalatio cali
dior ꝙ aq̄ da & ſicca: & ſtellarum luce ęuenit. aer autē ab his ſeiunctus humectat
& plus quidem intrinſecus ꝙ aquam ꝓpter ſui penetrabilitatē. aqua
autē magis extrinſecus humectat ꝓpter denſitatē/virtus em̄ unita for
tior eſt. Vnde ſi decem pugilli aeris in quantitatē unius pugilli aquę
redactę p condenſationē fuerint: magis humectabūt/ꝙ aquę pugil
lus & ignē extinguerent: quē iam propter raritatē conſeruant. Eſt tn̄
præter hęc in aere unctuoſitas ignis paſcitiua. DIS. Sic fortaſſe ca
lor ignis in ſphera ſua corpus ſi quod aſcenderet facile non exureret:
ſed hæc miſſa facientes/ad mixta ſermonem vertamus.

De mixti productione. Capitulum. v. MAG.

Sicut unū elementū in aliud tranſmutatur: ſi id q̄d agit/paſſum
in ſubſtantia & virtute multū excedat: ſic ex concurſu multoꝝ
elementoꝝ mutua ſeſe actione alterantiū mixtum generatur:
in quo elementoꝝ & qualitatibus & formis ſubſtantialibus deficien
tibus materię confluunt & mixtionis formā ſubſtantialē cū ſuis quali
Forma tatibus recipiunt. Eſt autē hæc forma elementoꝝ formis actualior at
mixti ꝙ perfectior formarū elementariū pfectiones in ſe cōplicans: quā &
qualitates qualitatibus elementoꝝ cōſimiles: ſed & pfectiores conſe
quuntur: p quas etiā actiones ſimiles actionibus elementoꝝ ꝓducit
Mixtiōis Ex his mixtionis definitio manifeſta eſt: cū dicitur. Mixtio eſt miſci/ In r
definitio bilium alteratoꝝ unio. Patet amplius elementa in mixto nō pmane/ quō
re formaliter: nec in eſſe intenſo nec remiſſo: ſed virtualiter ad ſenſum elen
qualitates datum. Similiter & materialiter manent cū materia mixti ex materijs
virtuales elementoꝝ ſit aggregata. Animaduertendū autē pter qualitates actu
ales in mixto alias quas virtuales dicunt reperiri: nō autē in elemen/
tis. unde piper virtualiter eſt calidum/& plumbū frigidum. Hę quali
tates ſecundę/qualitates proprias mixti aut verius ipſas formas ſub/
ſtantiales mixtoꝝ conſequuntur: & (ut aiunt quidā) ab influentijs cę
leſtibus ſecreta actione innaſcuntur. Hinc herbas/gēmas p̄cioſas: ſimi
liter & metalla principalioribus ſtellis fixis & erraticis Hermes trime Her
giſtus aſſcripſit. Has etiā Raymundus Lulij in lapidario ſuo excipere Ray
in p̄diſpoſitas materias ędocet. Sunt etiā qui omniū terręnaſcentium dus
ſpeciales cœli ſtellas eſſe volūt ſcd̄m ꝙ in Iob legitur. Nunquid noſti Iob
ordinem cœli: & pones rationes eius in terra? Quę utiqꝫ concedi poſ
ſunt iuxta ea quę li. ſeptimo de aſtrologia diſputata ſunt. DIS. Her
bis gēmiſqꝫ occultas ineſſe virtutes vulgatum eſt ꝓuerbium: ſed dic 26.
quęſo ſi ex uno elemento mixtū generari poſſit. MA. Nequaqꝫ: ſi nec
mixtū nō dicta ſane intellexeris. Accedit ad hoc q̄d ait Phūs. Mixta ex eiſdē nu/ Ariſ
generatur triri ex quibus contingit ea generari. omnia autē elementis nō uno tn̄
ex elem̄to ſed pluribus paſci manifeſtū eſt. DIS. Cur dicis manifeſtū: cuius

ad ſenſum patet oppoſitũ in piſce: qui in ſolo viuit & nutritur elemen to aquę. MA. Quę apud nos eſt aqua/elementũ nõ eſt ſed mixtũ nã & in diſtillatione ab ea terreſtreitas facile ſeparatur: cui & unctuoſi tas q̃dam aerea admixta cõſpicit̃ & eidẽ ignis quiddã ineſſe haud am bigitur. pars autẽ aquea p̃dominat̃. Ideo ſcriptura ſacra piſces de aq̃ productos cõmemorat dicens, Producant aquę reptibile aĩæ viuẽtis.

ſti./ Salamandra quoq; & ſi in igne viuere poſſit: ut recitat Auguſtinus ci. de ciui. dei. ab igne tñ nõ paſcitur: ſed ut q̃buſdã viſum eſt de rore cœ s li aut imbre nutrit̃. Et ut Plini⁹ teſtat̃. li. x. ſpeculi naturalis. animal eſt lacertę figura: ignẽ tactũ ut glacies extinguit. De plãtis autẽ q̃ ſine p̃ia cẽte ſemine ex nuda terra pullulare cernim⁹ poſt haclatius pquirẽdũ.

De diſtinctione mixtorꝝ & mixtis primę & ſecundę compoſitionis. Capitulum. vi. MAG.

Tſi omniũ mixtorꝝ principia uniuerſalia & remotiora eadem e ſint: illis tñ alia & alia ꝓportione cõcurrẽtibus diuerſa mixta effi ciunt̃: quorꝝ etiã nõnulla/alijs mixtis pfectionibus cauſę ꝓ pinquores exiſtũt. Et ut clari⁹ q̃ dicẽda ſunt capias: mixtorꝝ diuerſitatẽ ſex generibꝫ ęnodabim⁹. primũ autẽ ea q̃ primę cõpoſitionis cẽſent̃. DI. Quę ſunt hęc? MA. Vapores & exalationes virtute ſolis & aliorꝝ aſtrorꝝ ex terra & aq̃ alijſue corpibus reſolutę/ quas tñ nõnullli Phõrꝝ quintũ elementũ/mediũ inter aerẽ & aquã opinati ſunt. In eo hęc duo differũt. nã vapor calidus eſt & humidus. ut eſt fum⁹ tpe plu uiali de mõtis vertice aſcẽdẽs. Exalatio autẽ calida eſt & ſicca: unctuo ſa tñ humiditate nõnunq; imbuta. ut eſt vent⁹ in ventre animalis ge/ neratus. Rurſus autẽ ſi iſta alterata fuerint multorꝝ & in aere & in ter ra apparentiũ cauſę erunt. DIS. Quot? MAG. Impreſſionum ignitarũ/aquoſarꝝ/& medio modo ſe habentiũ. Ignitarꝝ quidẽ ut ſũt ignis ppendicularis: cãdela accẽſa: lancea ardens: ſcintillę euolantes: aſub aſcẽdens: aſub deſcẽdẽs: capre ſaltãtes: ſtellę cadẽtes: ignis p̃cedens: draco volãs & q̃ ſunt huiuſcemodi naturę. Aquoſarꝝ autẽ ut ſũt grando/grã ulę/nix/pluuia/pruina/ros/fõtes/ & flumina. Medio

modo ſe habere videntur/ventus & terręmotus Hæc omnia (ſi vapores & exalationes gen⁹ primę cõpoſitionis conſtituunt) in genere ſecũdę compoſitionis locabimus. nam de horum ordine & generationis modo potius q̃ de eſſentiali diſtinctione tractabimus.

De materia efficiente & locis impreſſionum ignitarum. Capitulum. vij. DIS.

d Eignitis igit̃ primũ te abſoluas. MAG. Ignitarũ impreſſionum materia eſt exalatio. cauſa effectiua calor inflammans. locus autẽ regio aeris: quã tribus interſticijs diuiſam accepimus: quę ſunt ſupremũ/mediũ & infimũ. DIS. Supmũ q̃d dicis? MAG. Illam aeris partẽ quę igni eſt vicina & cõtigua: trãquilla: ab igne & ſtellis calida/pura/rara/ & lucida ad motũ ignis (unde & magis calefit) circũducta & hęc pars aeris ęſtus dici ſolet. ibi nec venti: nec pluuia. ut experientia docuit eos qui in altiſſimis montibus pulueri characteres inſcripſerũt: ac eoſdẽ reuoluto anno illeſos inuenerũt

iterſticia aeris tria

Supremũ

Medium

DIS. Mediũ aeris interſticiũ q̃d eſt? MA. Aeris pars a regione ignis ſemota: nec terrę ꝓxima frigida/tenebroſa/tempeſtuoſa/ac dęmonũ ſiue aeriũ poteſtatũ habitatio caliginoſa. uti libro ſeptimo dictum eſt. Eſt autẽ frigida: quia ab igne remota: & ſtellarum radij a ſuperficie terrę reflexi ad eã nõ pertingunt. hinc etiã obſcura eſt & turbida. DIS. Infimũ quod dicis? MAG. Aeris partẽ ſupficiei aq̃ & terrę contiguã: a radijs reflexis calidã & illuminatã. Hoc tñ diuerſis anni temporibus nõ eodẽ modo contingit. Nam ſol in ſignis ſeptẽtrionalibus terras noſtras directius reſpicit: radij ad angulos minores reflectuntur: hinc & calor fortificatur ut nõnunq̃ exalationes cõſumat. Sole autẽ meridionalia ſigna perluſtrãte oppoſitum accidit: & quãdoq̃ frigus conſtrictiuum fit q̃d terræ poros ne q̃d exalare poſſit conſtringit. In vere autẽ & autumno dum ſol equinoctio appropiat hæc temperate ſe habent. ideo tunc ignitę impreſſiones magis generari poſſunt modo quo ſequitur.

Infimũ

De generatione impreſſionum ignitarum. Capitulum octauum. MAG.

c Vm itaq̃ virtute ſolis & alioꝝ aſtroꝝ a terra alijſue terreſtribꝫ corporibus ęleuata fuerit exalatio: Si quidẽ in calore abũdauerit: ad ſupremũ uſq̃ aeris interſticium aſcendit. Huius (ſi in ſubtilitate ęqualis nõ fuerit) pars groſſa & multa inferius cõglobata ſubtilior autẽ in modũ candelę ęleuata conſiſtit: & accenſa ad inſtar ꝑpẽdiculi q̃ lapicidę utunt̃ apparet. & ignis ꝑpendicularis nominatur. Si vero pars groſſa pauca ſit: dicto modo impreſſio gñatur: quam lanceam ardentem/ob ſimilem figurã dicimus. Exalatio autem ad hanc aeris regionẽ ęleuata: ſi eque ſubtilis in omnibus partibus fuerit: ſed

Ignitę regionis ſuperioris impreſſiones.

rara pars poſt partē inflāmatur & ęuolat. ad modum ſcintil
larum a fornace ęuolantiū: unde & nomē accipiunt. Si ve
ro huiuſce exalatio multū cōpacta: & ęqualiť extenſa inflā/
matur: impreſſio fit quā candelam accenſam dicunt. nā & ſi
eiuſdem longitudinis ſit cuius & altitudinis: ob nimiā tamē
diſtantiam oblonga ad inſtar candelę apparet. Si autē talis
exalatio ob materię paucitatē ęqualiter extendi nō poſſit/ in
flāmata ſurſum tendit. & generali noīe aſubaſcendēs noīa/
tur. he ſunt q̄ in ſuꝑmo aeris interſticio imꝑſſiones generā
tur: mediū ꝑcurramus. Vnde ſi exalatio mediocriter calida
fuerit: mediā aeris regionē nō tranſgrediť: ſed in eadē ſubſi
ſtens ꝑ frigus circūſtans fortificatur: & accenſa fit impreſſio
quę aſubdeſcendens appellať. inflāmata em̄ deſcendere vi
detur: qm̄ a nube frigida deijciť. nōnunq̄ȝ etiā in deſcenſu a
nubibus frigidis extinguiť. qn̄qȝ donec unā ꝑtranſeat occul
tatur: rurſumqȝ apparet. Ad inferius aeris interſticiū deſcen
damus. Exalatio em̄ debiliter calida/ in aere qui circa terrā
eſt ſubſiſtit. quę ſi multa fuerit & diſperſa/ ꝑ frigus noctur/
nū circūſtans impellitur: & ſe fortificando inflāmať: & pars
inflāmata ſurſum ſalit. unde & capra ſaltans diciť. apparet
em̄ ac ſi ſtupa accenſa ꝑ cannā ſufflaretur. Si autē exalatio
hęc continua ſit & nō multa: accenſa ad inſtar ſtellę decidit &
quādoqȝ poſt ſe veſtigiū relinquit. Si vero multa ſit & bene
cōpacta accenſa in aere ſtat: & hoīem tranſeuntē: aeraqȝ im/
pellentē aut ſequitur aut p̄cedit. Hęc autē ignis fatuus diciť
& frequentius circa patibula: cęmiteria: aut cognas ubi viſco
ſitas multa eſt videť. Si vero exalatio multa fuerit & īęqua
lis in ſubtilitate: in utroqȝ extremo: quod ſubtilius eſt aſcen/
dit: groſſius autem in medio ſimilitudinē facit ventris: cuius
unū dictoꝝ extremoꝝ caput: aliud cauda iudicať. & ſi circa
unū extremoꝝ nubes frigida fuerit: ipſuȝ ex nubis humore
fumat: totaqȝ hęc īpreſſio dracovolans ignē aut fumū ſpirās
appellať. Per hæc ſi q̄ alię ignitæ in aere conſpiciant impſſio
nes facile diiudicari poſſunt: nec loca earundem ita determi/
naſſe volui: ut alibi generari nō poſſint. Ex his etiā q̄ in eo/
dem interſticio fieri habent quędā in ſuprema eius parte: q̄
dam in medie alię in inferiore generantur.

De materia efficiente loco & tempore impreſſionum aquoſarum. Ca. ix. DIS.

Citu digniſſima hęc ſunt: quibꝫ eoꝝ q̄ vulgo appa/
rent mirabilia rationes naturales aſſignare poſſum⁹
Ad aquoſas igiť ſermonē vertas. MA. Aquoſaꝝ

Impreſſionum materia eſt vapor. Cauſa effectiua remota calor ſolis & aſtrorũ. propinqua autem actio qualitatũ primarũ. Tempus eſt hyems ſi frigus conſtrictiuũ in ea non abundauerit. Locus eſt aeris interſticium medium & infimũ: ſimiliter & venter terrę/in quo cauernæ/& meatus varij ſunt: in quibus incluſi vapores fontium & fluminum cauſæ fiunt. ut infra declarabitur. nunc modũ generatiõis aquoſarum tangamus. DIS. Probe.



De Grandine. Capitulum decimum. MAG.

Impſſiõs aquoſę in ſpeciali

c Vm virtute ſolis & aſtrorum vapor ęleuatur/ſi calidior fuerit/ mediam regionẽ aeris aſcendit: nec penetrat: quẽ circumſtans frigus propter ſui raritatẽ penetrat; & calore expulſo: ptes ei⁹ in aquã vertere & inſpiſſare incipit. Frigus aũt quoniã magnũ eſt: partes iam in guttas verſas & fluẽtes cõgelat: & grandinẽ magnã vel paruam: ſecundũ frigoris & vaporis diuerſitatẽ generat. Nonnunq̃ etiã vapor in media aeris regione in guttulas conuertit. q̃ cadentes in infima regione per antipiſtiſim (eo ꝙ hæc regio calida ſit) cõgelant: tũc grando angularis & ex multis guttulis cõgelata cernit. imagines autẽ aut hominũ aut beſtiarũ in grandine ſi quãdo repiunt/ab influentijs ſtellaꝝ cauſatę ſunt. Pili autẽ in eo reperti: in vapore ęleuantur. Quæ aũt alti⁹ gñat angulos p cõfricationẽ in deſcẽſu amittit & rotũda cõſpicit. Figura tñ naturalis grandinis lẽticularis eſt: eo ꝙ frigus circũſtans magis ad latera vaporẽ contrahit q̃ ſurſum aut deorſum.

grãdo angularis

Figura grãdinis.

DIS. Cur hęc impſſio in vere frequẽtius quã alijs anni tẽporibus

generatur? MAG. quia ver calidum eſt & humidum: gñationi &
ęleuationi vaporis aptiſſimū. Eſtas aũt calida & ſicca: vaporē exiccat.
Hyems frigida: ſimiliter & autũnus multotiens ab inferioribus vapo
rem reſolui nō ſinunt. Eſt em̄ vapor materia grādinis multū calidus.
ideo rarus & a frigore circumſtante citius penetrabilis & cōuertibilis:
unde etiam fit ut aqua calida hyemis tempore/ frigori expoſita citius
congeletur q̃ frigida.

De Granulis & Niue. Capitulū undecimū. DIS.

Ranula aũt q̃ in martio & aprili ſępius cadunt unde gñantur?
g MAG. ex eadē materia ex qua generatur grando minus tm̄
calida/ in mediū aeris interſticiū ęleuata / in loco tm̄ baſſiori
q̃ ſit locus grādinis/per frigus in guttulas cōuerſa: quę ante earundē
caſum aut cōfluxū extrinſecus ad modū grandinis cōgelant: intrin
ſecus autē ꝓpter frigoris defectū molliores ad inſtar niuis ꝑmanent/
& temporib⁹ dictis in climatibus ſexto / ſeptimo & principio octaui
cadūt ꝓpter q̃litatū cōuenientiā. DIS. nix vero unde fit? MAG
ex vapore calido & humido virtute ſolis & aſtroꝝ ad infimā ꝑtem
medij interſtitij aeris ęleuato/ quē ꝓpter ſui raritatē/ circūſtans frig⁹
ingredit/ in aquā reſoluit/ & ſimul tempore ad modū lanę carptę cō
gelat. Accidit autē iſtud frequētius tēpore hyemali remiſſo frigore/
unde & tali aere eū humidū q̊d calidius eſt & viſcoſum non expellitur
ſed niui mollicię & ouibus alimentū pręſtat. Sepe etiā nix dum ꝑ infi
mam aeris regionē deſcendit a calore ibidē exñte in aquā reſoluit. un̄
q̊d in vallib⁹ pluuia/ ſuꝑ montiū iuga nix eodē tempore cernitur.



De Pluuia. Capitulum duodecimum. DIS.

Pluuia P Luuia autem quo modo generatur? MAG. Cum virtute ſolis & aſtrorum vapor calidus/humidus/fumoſus/& groſſus ad ſuprẽmã partem infimi aut inferiorẽ partem medij interſticij aeris ẽleuatur/a frigore circumſtante in nubẽ & nubes in aquam
Imber reſoluit/ & ob grauitatẽ cadit, Guttatim vero ad terram uſq; peruenit quę ſi cum impetu ceciderit imber dicitur. guttę autẽ maiores q̃ nonnunq; ſole lucente cadunt: baſſius in aere generantur. DIS. unde
Pluuia rubea. eſt quod aqua pluuialis nõnunq; rubea videt? MAG. ex aduſta & ſicca terreſtreitate: quę vaporibus tempore calidiore p̃miſcetur.

DIS. Sed vermes in imbre decidentes unde gñantur? MAG. nõnunq; minuti & imperfecti virtute ſolis in vaporib⁹ ẽleuant & in nube actione celeriore perficiunt/interdũ autem ex materia fẽcunda & gñationi vermiũ apta/ ẽleuata cum vapore in nube cooperãtibus lumine & calore cœleſti procreantur.

De Rore. Capitulum tredecimum. DIS.

Ros. R Oris generatio quę eſt? MAG. Ros generatur ex vapore debiliter calido/groſſo & humido non multũ a terra in infima aeris parte ẽleuato/per frigus nocturnũ cõdenſato/& in aquã reſoluto. uti in ſimili videre eſt in vapore de vaſe diſtillatiõis aſcendẽte/qui in alembico ſuppoſito in aquã ratione frigoris conuertit. Cadit autẽ frequentius circa crepuſculũ. tunc enim aeris infima regio eſt frigidior. DIS. unde eſt q nõnunq; (ut aiunt) oues irroratis herbis paſtę moriunt. MAG. Cum vapor de humido aereo quod viſco/

ſum eſt & dulce multum habuerit/in rorem reſolutus & herbis adhę rens/ adueniente ſolis calore decoquitur/ aquoſitas conſumitur/reli quũ ad modum farinę albæ aut zuccari in folijs relinquitur.& man/ na dici ſolet.per eaſdem etiam cauſas laudanũ in aere generatur.oues itaq; dulcedinis auidæ plus ꝙ naturæ conueniat commedunt. unde & fel in ipſis nimia cholera(cui⁹ ille ros fomẽtum eſt)repletur rũm pitur & effuſa cholera ĩteſtina rodit ea unde & ouis moritur/nõnunꝗ etiam ex tali rore epar opilatur & ſic mors ouibus accidit.horũ ex/ perientias ſe vidiſſe Alberthus magnus teſtatur.

oues & roris dulcedine moriuntur.

De Pruina. Capitulum decimũquartũ.

p

DIS. Ruinę generatio qualis eſt? MAG. Talis ferme qualis & roris. DIS. Fermecur addis? MAG. Nam ad generationẽ pruinæ requiritur frigus intenſius/ ꝙ ſit frigus in generati/ one roris ut vaporem calidum non modo in aquam reſoluat:ſed & reſolutum congelet. Huius generatio ad ſenſum patet tempore hye mis/veris/aut autumni circa pilos animalium:ex vapore calido/de ore aut corporibus eorundem exeunte. DIS. Apertiſſime & igni tas & aquoſas impreſſiones deſcripſiſti/ad reliqua pgamus. MAG Siſte pauliſper/nam nondum omnes quæ in ſuperioribus in aquo ſarum ordine numeratę ſunt tranſcurrimus. DIS. Quas non? MAG. Fontes & flumina. DIS. Verum quidem; ſed hæ me/ morię exciderant.

Pruina



De Fontium & fluminum origine & perpetuitate. Capitulũ.xv. MAG.

locus originis & æmanatõis fonus

V Enter terræ ut pręmiſimus/ concauitatibus & meatibus quaſi viſceribus plenus eſt / in quibus (quoniam vacui eſſe non poſſunt)vapores ſunt ęleuati a terra:qui cum in lateribus cauernarum in aquam reſoluũtur guttatim diſtillant/ riuulos efficiunt qui undiquaq; in loco baſſiore confluentes/tandem ærumpentes fontem faciunt. DIS. Decliuior itaq; eſt locus æmanationis q̃ originis. MAG. Etiam.naturaliter autem in valle oppoſita aſcendere poſſunt aq̃ fontales ad altitudinem loci gñationis. Altius autẽ ſi artis inſtrumento ſcanduntviolenter fit: ne in natura vacuum relinquatur.ex eadem quippe cauſa nonnunq̃ in iugo montis / fons ſcaturire cernitur:cuius aquę per cauernas quaſi per cannalia q̃ arte fiunt in ſublime feruntur. DIS.Sed unde eſt ꝙ quoſdam ſemp ęqua menſura manare/quoſdã vero hyeme creſcere: reliquos autẽ æſtate minui aut penitus deficere cõſpicimus? MAG.id ex diſpo

de ꝑpetuitate & d'fectu fõtiũ

ſitione montis ſeu loci originis & qualitatum mutationibus accidit. Montes equidem ſolidiores quorum cauernas aer exterior facile ingredi non poteſt perhenniores aquas æuomant / prioribus etenim vaporibus in aquã reſolutis: ne ſit vacuum mox reſoluuntur alij / quibus rurſum in aquã conuerſis ſemper alij ſuccedunt. Montes vero poroſi vapores non cõtinent.& aerem exteriorem (maxime aũt ęſtatis tempore)exiccatum recipiunt cum calore exiccante: ut nec vapores:nec frigus conuertens retineant. accedit ad hæc actio influentiæ exiccatiuæ: q̃ nunc in illo /poſthac in alio prędominatur loco/ex rotatione cęlorũ.unde etiam paludes in terram fertilem conuertunť. hyemis etiam tempore cũ pluuiæ multę ſunt accidentaliter hi fontes

fõtes fiũt frigidio/res in ęſtate & cali/diores in hyeme

augentur. DIS.Sed calor in hyeme & frigus in ęſtate fonti unde æueniunt:cum potius contrarium accidere deberet? MAG.Cauſa huius ex fortificatione frigoris cauernarum terræ accipitur.Hyemis equidem tempore cum per exterius frigus pori terræ conſtricti ſunt: exalationes calidæ exitum non inuenientes/clauſi reſiſtunt & vapo/res:ſimul & reſolutas aquas calefaciunt in quarũ ægreſſu & exalare videntur.In ęſtate vero pori aperiuntur & exalationes reſpirare po

unĩ fõtiuʒ diuerſitas

ſſunt.Frigus autem cauernarum propter exteriorem caliditatem per antipariſtaſim fortificatum fontales aquas infrigidat.Eadem cauſa etiam celaria æſtate frigeſcunt & hyeme calefiunt. DIS.Aſſentio, ſed dic quæſo unde thermis tanta caliditas & fontibus tanta diuerſi/tas in colore;ſapore:& varijs effectibus innaſcitur? MAG.Thermę calefiunt quia circa mineras ſulfureas & accenſas fluunt.Fontiũ autẽ diuerſitas eſt/ex varia primarum qualitatũ permixtione influẽtiarũ



concurſu: minerarum quoq; & terrarum per quas tranſeunt diuerſi/
tate. Eorum vero quæ mirabiliora videntur rationem particularē
e ci reddere difficillimum. Eſt enim ut recitat Aurelius Auguſtinus lib.
c.5 21. de ciuitate Dei fons apud Garamantes in die tam frigidus ut bi/
.7. bi non poſſit: in nocte autem tantę caliditatis ut tangi nequeat. Eſt &
alius in Epiro qui accenſam facem extinguit: extinctam autem accē
dit. horum ratio ut aiunt vis eſt naturæ: aut potius voluntas dei.
DIS. Hæc igitur tranſeamus. quos autem pro uſu noſtro meliores
eſtimas ędicito. MAG. Meliores ſunt (ut phiſici aſtruunt) leuiores Fōtes meliores
in pondere/puriores in ſubſtantia: nō ſtantes/ſed continuo ſuper lu
to puro ad orientē profluentes. DIS. Ecce in fontium naturas di
greſſi/cauſas fluminum tranſiuimus. MAG. Fluminum cauſe eę generatio fluminū.
dem ſunt q̃ & fontium. Flumen equidem fontium cōcurſus eſt. un/
de ex fontibus Ior & Dan q ſunt ad radices Libani: fluui⁹ Iordanis
e quibus & nomē habet efficitur Idem de fluminibus terrę noſtrę in
prompto eſt videre. DIS. probe. Sed q̊rſum flumina iugiter la/
bentia p̱ueniūt? MAG. Oīa liberioris aquę maris ſc3 ſinus intrant

ut ait Sapiens. DIS. Mare igitur ex his auctum terminos propri/
os tranſgredietur: contra id Pſalmigraphi. Terminum poſuiſti quē Pſal
non tranſgredientur neq̧ cõuertentur operire terram. & Dominus ad Iob
Iob. Quis concluſit oſtijs mare & infra. Circumdedi illud terminis
meis & poſui vectem & oſtia & dixi. uſq̧ huc venies & non procedes
amplius & hic confringes tumētes fluctus tuos. MAG. Propter
hęc quidā flumina aliqua ꝑ ocultos terrę meatus a mari exire/ rurſus
in alia parte illabi affirmāt. Nõnulli vero mare fluminibus auctū rur
ſus continuo Solis & aliorum aſtroꝝ feruore per eleuationem vapo
rum minui aſſerunt. & utrumq̧ ſuſtineri poteſt. Ait enim ſcriptura.
Omnia flumina intrant in mare: & mare nõ redundat. ad locum un Eccl
de exeunt flumina reuertuntur: ut iterum fluant. Quę autē pe[illegible]te ad
ducuntur ſcripturę: teſtantur diuini id eſſe operationis / non naturę:
quod maxime in eo apparet/ ꝙ fluctus undoſi maris tanq̧ montes
aquarum inſurgentes impetum ſuum ad littus illidunt & conſtitutos
terminos cuſtodiunt.



De maris ſalſedine/fluxu & refluxu. Capi tulum ſedecimum. DIS.

Via ad mare ſermo noſter defluxit: cauſas ſalſedinis/ quotidi
q ani fluxus & refluxus eiuſdem / ſi in prompto ſunt pandas.
MAG. Salſedinē maris ꝓuenire ex ꝑmixtione ſicci terreſtris
aduſti virtute ſolis ęleuati atq̧ vaporibꝰ humidis mari incidentibꝰ ꝑ
mixti: vulgatū eſt, ex ſimili equidē cauſa aqua ꝑ cineres colata amara

ſit. Accedit ad hoc ꝙ ardor ſolis dulciores leuioreſqꝫ aquas continuo
eleuat terreſtreitatibus relictis; hęc equidem ſeparata debite aquas
maris dulces relinquit. ſicut nouerũt qui ꝑ vas cereũ clauſum miſſum
in mari aquam dulcem per poros inſtillantẽ recipiunt. Flumina quo Mare ſit
qꝫ ſi quę de mari ęgrediuntur/per arenam & terrã colata/nõ amara dulce.
ſed dulcia ad nos perueniũt: & dulcia continuo reintrantia reſiſtunt/ne
mare ſemꝑ amarius & magis ſalſum fiat. Sunt tñ qui ipſum a primor
dio amarũ creatũ aſſerunt. DIS. De fluxu autem & refluxu maris
qui eodẽ die(ut aiunt) bis aut quater fieri ſolet: quid affers? MA.
Huius cauſa ad lunã humidoꝝ dominatricẽ referẽda eſt: ad ipſius eq Flux⁹ &
dem crementũ & decrementũ humores pene uniuerſoꝝ mutari certũ refluxus
eſt. unde luna ſub ſole currente(quod in nouilunio euenit)lumen utri maris.
uſqꝫ impeditũ aerẽ ſubtiliare nõ poteſt: qui ingroſſatus in aquã vertit
ſitqꝫ maris crementũ in ſubſtãtia. q̊d effluxus neceſſario cõmittatur.
Luna vero in oppoſito ſolis conſiſtẽte q̊d in plenilunio contingit totũ
lumẽ ſuũ inferioribus trãſmittit: nec ſolis lumẽ quo minus maria re/
ſpiciat ꝓhibet. Hinc aqua maris: q̃ ob ſui groſſiciẽ vapores cõtinet ra
refit/aſcẽdit & effluit ad inſtar lactis calefacti. Eſt autẽ hoc crementũ
non in ſubſtãtia ſed accidẽte ꝑ rarefactionẽ. In quartis autẽ interpoſi
tis nũc creſcit & nũc diminuit ex cauſis ſilibus. unde in prima quarta
lunationis decreſcit mare in ſubſtãtia. in ſecunda augmentat accidẽta
liter rarefactionis via. In tertia rarefactio decreſcit ꝓpter luminis de/
crementũ. in quarta q̃ iã ſoli appropinq̃t rurſus ſubſtãtia maris auget
per aeris inſpiſſationẽ. Quãtũ autẽ ad q̃rtas diei naturalis/mare lunę
motũ imitat. Dũ eñ luna ſuꝑ orizonta verſus cœli mediũ aſcẽdit: cre
ſcit & fluit mare. luna vero a medio cœli ad occaſum declinãte decre/
ſcit mare & refluit. Rurſus luna ab occaſu verſus angulũ noctis ꝓgre
diente/ mare creſcit & fluit. ipſa autẽ ab angulo noctis verſus orientẽ
aſcẽdente/decreſcit & refluit. DIS. Si fluxus maris motũ & lumen
lunæ imitat/maria ſupra orizontẽ a q̊ intumeſcũt & fluunt/ luna ſub
orizonte gradiente? MA. Sequunt motũ ipſius lunę concurrẽte lu
mine a ſtellis & parte cœli oppoſitis reflexo. ea autẽ ſupra orizonta mo
rãte idẽ fit lumine directo & modo fortiori. virtutes eñ reflexę debilio
res ſunt virtutib⁹ directis/qa ab origine ſunt magis elongatę. DI.
Ex hoc ergo ratio patet: cur nũc fluxus diurni/nocturnis ſunt fortio
res: nũc debiliores: & ecõtrario. MA. Non tñ ex iã dicto: huius cau
ſa ſumi põt cũ reflexum lunare lumẽ tãti vigoris non ſit: ſed ex p̃dictis
de cremẽto ſubſtãtiali & accidẽtali. Inſuꝑ & ex diſtãtia aut ꝓpinquita
te maiore. unde luna exiſtente in auge ecentrici & epicicli/fluxus de
biliores ſunt: eo ꝙ tunc maxime ſit ęlongata a terra. In oppoſitis ve/
ro partibus terrę maxime eſt ꝓpinqua: ideo tũc fluxus fiunt fortio/
res. Similiter ſi luna in circulo meridiano ipſi zenith fuerit magis pro
pinqua. Cooperantur ad hoc ſtellę fixę quibus luna coniungit ſimi/

liter & planetarũ concurſus & mora ſuper horizõta. Vnde ſi taliũ plu
res cauſæ coierint/ nõnunq̃ diluuiũ ꝑticulare efficiũt. Sic & nonnulli
diluuij generalis cauſas aſſignare conati/plurimoꝝ planetaꝝ concur
ſum in Cancro calculatiõibus ſe inueniſſe dixerũt:at vero illud ſine ra
tione/cũ huiuſcemõi cõſtellationẽ ducẽtis & amplius annis diluuiũ p̃
ceſſiſſe comptũ ſit. DIS. Vnde aũt eſt cũ dictę cauſę non tãtũ mare
ſed etiã cętera flumina reſpiciãt:ea tñ intumeſcere nõ faciunt? MA
p̃ter dictas cauſas accedit etiã aquaꝝ diſpoſitio: q̃ eſt ſpiſſitudo/ſalſe
do:& in uno loco ſtatus tẽpore longo. ꝑ ſpiſſitudinẽ aq̃ ſpiritus con
ceptos fortiter retinet & in ſpumam vertitur. a ſalſedine generalẽ ha/
bet calorem & a ſtatu in uno loco multoꝝ per ſolem recipit ſpirituũ
generationẽ. Hæc quia nõ in omnibus maribus ęque fortia ſunt/nec
in fluminibus dulcibus repiunt̃/ideo fluxus & refluxus in maribus
non eſt ęqualis:& in fluminibus aut nullus/aut ita modicus ut ꝑci/
pi facile nõ poſſit. Sic & mare mortuũ ꝓpter nimiam eius groſſiciem
a lunę influentijs moueri nõ poteſt. dicit Alberthus. Horizon autem
quia ubicũq; locoꝝ variat̃ acceſſus & receſſus in marib⁹ variari ne/
ceſſe eſt. Sunt aũt q motib⁹ oceani alias ab his q̃ poſitę ſunt rões af/
ferũt. aiunt em̃ in mari abyſſuz ꝓfundiſſimã: de q̃ rupti ſunt fontes
abyſſi &c. Iuxta quã & cauernę nõ ꝑuę:in quib⁹ de ſpiramĩe aquaꝝ
venti concipiunt̃. qui aquas maris ꝑ patentes terraꝝ cauernas in ab
yſſum attrahũt:& ea exundante rurſus magno impetu repellũt. Hos
aũt ventos:ſpũs procellarũ intelligũt/q ab influxu lunę/& ne vacuũ
ſit in natura frequẽtius mouent̃. alias cauſas breuitatis gratia tranſeo



De terrę motu. Capitulum. xvij. MAG.

X his etiam tremor terrę prouenit. Cū em̄ in viſceribus terrę va
e pores obſtructi exeūdi locū nō inueniūt: in die p radios ſolares
calefiūt & ſubtiliant̄: ruſus aūt p nocturnū frigus ingroſſant̄/
& utroq; mō moti exitū quęrētes latera terrę & cauernar̄ cōcutiunt/
nōnunq̄ etiā rumpūt: & terram tremere faciunt. ſępius aūt in noctę.
Quod ſi exitū nō inueniūt/nōnūq̄ terrā ad modū mōticuli aut collis colles fiūt
ęleuāt/quā ſi rumpūt cineres & lapides eijciūt. Foueas magnaſq; vo
ragines cauſāt/q̄ ſi circa flumīa ęueniūt: ipā ad diſtantiā aliquā tota ab
ſorbēt. Si aūt in alueo exierīt hi incluſi ſpūs aquā extra termīos ripar̄ diluuium
eiiciētes pticulare diluuiū efficiunt. DIS. Sane, ſed ob quā cauſam pticulare.
nōnunq̄ peſtis terręmotū cōmittat̄? MAG. Spūs hi incluſi ſi ve/ peſtis ſeq
nenoſi fuerint / exeūtes aerē corrūpūt & inficiūt: ex q̄ peſtilentiā pticu tur terræ
larē ſaltem in locis ubi hęc accidūt ſequi neceſſe eſt. DIS. Fortaſſe il motum
lius eccleſia meminit in bn̄dictiōe ſalis & aquę/cū dicit. nō ſit ibi ſpūs
peſtilēs & aura corrūpens. MA. nimir̄: cū & ptātes tenebrar̄ his
ſpiritibus multotiēs utantur: aut ut homines ledant in corpore: aut
ſenſus alienent & viſionibus decipiant. Ab his nōnunq̄ oculi & vul
tus eor̄ qui ſubterraneos ſpecus aut antra ingrediunt̄/immutantur
maxime autē eorū qui a demonibus reſponſa accipiunt/quæ in hu/
iuſcemodi antris dare ſolent. Sed hæc eo loco latius diſcutienda ſunt
quo necromanticorum figmenta confutabuntur.

De Ventis. Capitulum. xviij. DIS.

Vm & a talibus cauernis montiū venti egrediunt̄? MAG.
n nō omnino inficior. Vētus em̄ ut patebit exalatio eſt calida & Ventus
ſicca/quā etiā in viſceribus terrę gn̄ari certū eſt/q̄ egreſſa & late
raliter circa terrā mota vētus noīatur. DIS ad hoc fortaſſe alludere
videt̄, q̄ Virgi. Aeolū cuſpide laterib⁹ mōtis infixa ęducentē ventos
ſcribit. Et illud dauidicū. q pducit vētos de theſauris ſuis. Sed ędicito
cōem vētor̄ originē. MA. vētus ut p̄miſſum eſt Exalatio eſt cali/
da & ſicca lateraliter circa terrā mota. Cū em̄ calida ſit aeris regiones
trāſire nitit̄: frigus aūt medię regiōis obuians eā deijcit: q̄ (ratione ca
loris q fortius in ea ppter terreſtreitatē tenet̄) reaſcēdit: & ruſus a fri
gore cū impetu verſus terrā deijcit̄: ppter calorē aūt q̄ ſemp in altiora
tendit/ſir̄ & ppter aliar̄ exalationū occurſu; nō directe verſus faciē
terrę ſed lateralit̄ mouet̄ & vētus/ſpūs/ſeu flatus dicit̄. Dauidis aūt
dictū gloſa exponit de ocultis cauſis. DIS. Cur aūt hęc exalatio cū
calida ſit non ut hę e qbus ignitę fiunt impſſiōes accendit̄? MAG.
ppter unctuoſitatis carentiam de qua ſi quiddam habuerit nōnunq̄
accendit̄ & ventus fit quē græci τυφων α πο του τυφω id eſt incē Typho
do nominant. Hic fit dū exalatio terreſtris unctuoſitatis nō omnino
expers: in nube concluſa per foramē egreditur: & pars egreſſa a ter
ra reſiliens/rōne caloris reaſcendens/ p̄ti alteri deſcendēti circulariter

ſnuoluitur/arbores quādoq; ęradicat:tecta atq; edificia alta deijcit: & inflāmata ad inſtar rotæ ardentis apparet. Si vero exalatio tota ſit a nube egreſſa atq; frigore verſus terram proiecta accenditur: domos

Ethnephias aut villas cōſumit/& a vulgo diluuiū ignis:& ab alijs ethnephias dici ſolet. Cum autē duo venti oppoſiti ęque fortes cōcurrunt:aut unus a reſiſtente fortiter repercutitur / aut deſcendens de aere ſuperiore/

Turbo aliū a terra aſcendentem ventum obuium habuerit: per gyrum in/uoluuntur:pulueres folia / paleas & ſimilia a terra ęleuant.& turbo dicitur. DIS. Ventos oppoſitos quos dicis? MAG. Quorum origo eſt ab oppoſitis terrę partibus. Quattuor equidem ſunt venti principales a quattuor mundi plagis orientes: quorum quilibet duos habet collaterales: fiuntq; numero duodecim'. ut ſubiecta admonet deſcriptio. Hi omnes in origine calidi ſunt & ſicci:ſed a terris diuerſis per quas flare ſolent/diuerſas qualitates ſortiuntur: & in progreſſu ex permixtione exalationum quas reperiunt augentur. Flatus autē ipſorum nōnunq; ex defectu caloris intercipitur: calore autē vigorato

reſtauratur. Plũuię etiã calor adurens: aut frigus intenſum poros terrę conſtringens/ventos abſcindunt. ex his nãqꝫ exalatio & materia vẽti aut abſumitur: aut æleuari ꝓhibetur. Sed nec hoc quidẽ ſilentio tranſire fas eſt: ventos ſcilicet collaterales nauitis maria ſulcantibus multo plures eſſe cognitos: ſecundum quos vela regere nouerunt. Concurſu etiã marium nõ modo collaterales: ſed etiã principales oriri poſſunt. Nam duę reflectiones in occidentẽ: una in ſeptentrionẽ: alia in auſtrum zephyrum generant. duę in orientẽ ſe diuidẽtes/eurum procreant. Oriẽtalis autẽ & occidentalis in ſeptentrione concurrentes boream:/in auſtro vero auſtrum cauſant. Si orientalis vergens in auſtrum velocior ſit occidentali: fit ventꝰ medius inter zephyrum & boream. Si autem occidentalis velocior fuerit: fit ventus medius in boream & eurum. Pariformiter & in aliis eſt videre. Verumtamẽ nõ ſemꝑ ad nos deueniunt venti a quotidianis his fluctibus geniti. Interdum etiam cardinales nominibus collateralium: & collaterales nominibus cardinalium inſcriptos inuenies. ad reliqua tranſeamus.

venti maris;
alia gñatio vẽti



De tonitru & coruſcatione. Ca. xix. DIS.

Stadhuc quod circa naturas ventorum declarandnm cenſeo:
e MAG. Quod? DIS. An neſonus quem tonitrui dicunt: ex ventoꝝ aut potius nubium colliſione in ſuperioribus cauſetur. MAG. Vtrumqꝫ in ſcripturis nõ inferioris ordinis viri tradidere. Principalior tñ cauſa huiꝰ eſt ſciſſio nubis/facta hoc modo. Cum virtute ſolis & aliorum aſtroꝝ ęleuatur vapor: & in eo exalatio uſqꝫ ad

Cauſa tonitrui & coruſcationis

medium aeris interſticium/vapor exalationẽ circumdans/in nubem inſpiſſatur. huius frigus dum exalatio incluſa ſentit: ſe cõtrahit: forti ficat contra latera nubis impellitur: inflãmatur: & exitum nõ inueni ens/violenter nubem rumpit. Maxime autẽ dum hanc nubem alia ſu perior cõprimit & inferior fortius reſiſtit. tunc em̃ exalatio nondum inflammata nubem ſcindit: & in exitu ex vehementia motus incendi tur. Hunc ſonũ tonitru/& hanc incenſionẽ coruſcationẽ dicimus. Li/ cet autẽ ſimul fiant: aut coruſcatio poſt ſonũ (ſi exalatio nõ in nube ſed exeundo inflãmatur) prius tñ ignem q̃ȝ ſonũ percipimus ꝓpter viſus ſubtilitatẽ. Nonnunq̃ȝ ignẽ videmus & ſonũ nullum audimus: ut in ęſtate tp̃e ſerotino. Sonus em̃ niſi fortis fuerit anteq̃ȝ via multiplica/ tionis (de qua in muſicis) per aera ad aurem perueniat deficit: aut ꝓ

Viſus ve locior eſt auditu.

pter debilitatem auditum non mouet. Velocitatem viſus & tarditatẽ auditus ſenſibiliter experimur dum aliquem eminus ligna ſecantem cernimus. frequenter em̃ ſonum primi ictus tunc demum audimus dum ipſum ſecundario lignum ferire conſpicimus. Excalefacta autẽ exalatione nubem frangi & ex fractione huiuſcemodi ſonum cauſari argumenta prębent caſtanea aſſata; & veſica aere repleta & violen/ ter compreſſa.

De fulmine & eius effectibus. Ca. xx. DIS.

Fulmen

U Nde autẽ fit/aut quid eſt quod tonitru comitatur: & fulmẽ di ci ſolet? MAG. Fulmen nõnunq̃ȝ dicĩ exalatio ſulfurea ve nenoſa violẽter e nube depulſa: impetu ſuo & vi penetratiua &

ſubtilitate arbores ſcindens: animalia interficiens: metalla & cętera re/ſiſtentia demoliens atq; conſumens: quę ſi groſſior fuerit: reſiſtentia corpora adurit: conglobatior vero diſſipat. Quandoq; autē fulmen lapis eſt ex vapore & exalatione terreſtri & minerali in nube maxime viridi aut nigra/virute ignis & influentiarꝫ decoctus: qui rupta nube cū impetu deijcit muros findit edificia diſſipat & inflāmat. Vtrūq; tñ exalationē ſcȝ & lapidem ventꝰ ſubtilis antecedit: qui corpora mouet aut diuidit verſus q̄ fulmen venit. Quidā autē Phōrꝫ conſiderātes mirabilem fulminis operationē/ ipſum nō opus naturę: ſed ſummi dei effectū immediatū arbitrati ſunt. DIS. Hanc fulminis operationē patefacias. MA. Ex multis pauca adducā q̄ Auerrois Alberthus & cęteri phōrꝫ cōmemorant. Primo nāq; fulmē gladiū in vagina/aurū in burſa/& pedem in calceo demolitur: vagina burſa & calceo illeſis porosa equidem ſine reſiſtentia ingreditur: circa ſolida vero & reſiſtētia diutius moratur donec ea cōminuat & reſoluat. Sic & hominē aut animal aliud intrinſecus in fauillam & cinerē redigit: extrinſecꝰ autē illeſum & ſine macula relinquit. Retia etiā in aqua conſumit: quę extra aquam minime ledit. Venenoſitate etiā ſua unum interficit: & proxime ſtantē minime ledit. Sua ſubtilitate de pariete in parietē: de cubili in cubile: inferiore in ſuperius mirabili velocitate mouetur. Interdum vas cōminuit: vino aliq̄diu in pellicula quadam ex viſcoſitate vini ſubito extracta & indurata conſiſtente: ſed vinū hoc venenoſum redditur. Animalia autē venenoſa fulmine percuſſa omne venenū amittūt Nonnunq̄ arboris aut vitis medullam interimit/ſtipite ꝓpter poroſitatem illeſa. Ligna autē poros tortuoſos habentia a fulmine facile nō leduntꝰ. Aliqn̄ fulmē veſtē aut crines hominis adurit homine illeſo nam cum debilis virtutis fuerit in id quod aliquid humiditatis cōtinet ut corpus hominis agere nō poteſt: ſed ſicciora aggreditur. tale etiā ſi cutem hominis penetrauerit ipſum inflatum & colore immutatū exhibet. De reliquis ex iam dictis rationes & cauſas aſſignare non erit difficile cętera videamus. DIS. Quę? MAG. Galaxiam Iridē Halonem & Cometem.

effectꝰ fulminis mirabiles

De Galaxia. Capitulum. xxi. DIS.

g Alaxiam quid dicis? MAG. Circulum album in cœlo per pedes geminorꝫ & ſagittarij principium protenſum. DIS. Hic fortaſſe eſt quem libro ſeptimo cum de natura ſtellarum diſſereres circulum lacteum dicebas: non de natura elementari: ſed cœleſti ſiue ſtellari. MAG. Hic ipſe eſt. & a gręcis galaxeas a gala q̄d eſt lac. latine circulus lacteus dici ſolet. Sed de eo mētionē fecisse iam non memineram. Iridem videamus.

Galaxia

De Iride & Halone. Capitulum. xxij. DIS.

Iris. IRis quid eſt? MAG.arcus tricolor in nube rorida & con
caua ex reſplendentia ſolis oppoſiti apparens . Nubes equidē
rorida propter cōtinuitatem guttularꝫ ſatis terſa atqꝫ polita/ad
inſtar ſpeculi ſe habet: ſed propter paruitatem guttularꝫ nō figuraꝫ
ſolis ut eſt/ſed colores quoſdā ex reflectiōe radiorꝫ ſolariū repreſentat:
quemadmodū ex reſplendētia ſolaris luminis per vitrum aqua ple/
num in obiecto pariete videntur. DIS. Sed unde prouenit hęc co
Colores iridis lorum diuerſitas? MAG.Ex nubis diſpoſitione.Nam ubi nubes fu
erit dēſior fit reflectio fortior:& videtur color puniceus.album enim
viſum ꝑ nigrum/rubeum ſiue puniceū apparet. Vbi nubes rara/fit
reflectio debilis & videtur color viridis.Sed ubi rarior eſt nubes:fit re
flectio debilior/& videtur color alurgus ad inſtar lapidis lazuli.Color
vero glaucus ſiue ſanchos generatur ex iuxta poſitiōe viridis & puni
ci.Vnde & iride marceſcente puniceus in glaucū tranſit. Nonnunqꝫ
ex reſplendētia iridis in nube ſuperiore alia iris cernitur:quę eſt imago
ſiue idolum inferioris a ſole cauſati/propter quod in ea colores debili
ores & oppoſito modo ſituati apparent.qꝫqꝫ etiam talis iris etiā quā
Figura iridis doqꝫ a ſolis reſplendentia fiat. Figura autē arcualis iridi ex radiorum
incidētia prouenit . Et huius cauſa principalius conſiſtit in nube.ut di
cit propoſitio decimanona tertię partis perſpectiuę.unde radius ſolis
incidens per foramen rotundum/rotundus eſt.in berillo tamē hexa
gono obiecto iris non rotunda ſecūdum naturam radij/ſed hexago
na apparet:progreſſum tamē radiorū a ſpherali corpore ſolis/coope
Centrū iridis rari nō omnino abijciendum cenſeo. Eſt enim centrum iridis in eadē
linea cū centro aſtri.unde ſequitur ut iris ſemicirculo maior apparere
non poſſit: niſi forte quantū diſtantia oculi videntis a terra addit.&
tunc quidem ſemicircularis apparet cum centra amborū in horizonte
ſunt/unius in oriente & alterius in occidente.Quāto autē ſol ab hori
zonte plus diſtat tanto arcus iridis ſemicirculo minor apparebit.un
de ſole exiſtēte in meridie/minima iridis portio poſſet videri. DIS
Poſſet ne iris cauſari ex reſplendentia lunę? MAG.Poſſet. Sed in
coloribus longe debilior:propter lunaris luminis debilitatem & non
niſi luna plena :nocturno tempore & vapore ſiue nube rorida multū
Halo diſpoſita.Circulus autē circa lunam aut aliud aſtrum apparens:Ha
lo dici cōſueuit.Et fit cum vapor in raritate & denſitate medio cris/dy
ametraliter inter aſtrū & viſum noſtrū interponitur : ſuper quē lumē
aſtri incidens ipſum in medio diſiungit/in extremitatibꝰ autē radij re
frangunt̄ propter vaporis denſitatem:in quibus etiā colores(& ſi de
biles)videntur.Ex eadem cauſa colores varios in aere cernimꝰ:maxi
me autē puniceū circa ſolis ortum vel occaſum/ſimiliter virgas colo
ratas in nubibus diſcontinuis videmus. In nocte autem voragines
& hiatus in cœlo videre nos dicimus:cū eadem in vapore cuius me/
pſes ſoles dium denſius eſt:propter longiorē diſtantiam cōtingant. Soli autē


halo
Galaxia
Iris
Cometa

ſi nubes a latare obiectę fuerint ex reflectione plures ſoles quas pare
lios gręci dicunt: reprſentant. ſicut in ſpeculo aquę imerſo cum ſole
ſtella cernitur: q̃ non eſt niſi ſecundaria ſolis imago. DIS. Facile his
aſſentio. Sed de iride ambiguitatē imittit: quod nuper in Geñ. me le
giſſe recordor: poſt diluuiũ generale deum in ſignum fœderis quod
cum Noe pepigerat: hunc arcum in nubib⁹ ſe poſiturũ ſpopondiſſe.
Si igiť eo modo quo dictũ eſt cauſaretˀ / utiq; ante diluuiũ ſępius ap
Iris appa paruiſſet. MAG. apparuit utiq; ſed tunc ſignum fœderis nõ erat.
ruit ante Noe igitur in ſignũ fœderis ex inſtitutione hunc arcum acceperat. ut
diluuiũ quę ante hac pura res naturalis & nullius pacti ſignũ erat / tunc ſignũ
eſſe inciperet: & res naturalis in cauſis ſuis eſſe nõ deſineret. Quem
admodũ lapis quo agrorum limites diſtinguimus nõ tunc lapis eſſe
incipit / cũ in ſignũ diſtinctionis erigitur / ſed tunc ſignum eſſe cępit /
qui prius erat / ſed diſtinctionis ſignum non erat. DIS. Intelligo.
Sequitur autē ut iuxta p̃miſſorum ordinem nunc cometā deſcribas.

De Cometa & bellis: ſterilitate terrę: morte Principum / & cęteris malis apparitionem cometis conſequentibus. Capitulum. xxiij. MAG.

Cometa. Ometes eſt exalatio terreſtris: calida: & ſicca / pinguis & viſco
ſa: virtute aſtrorũ ad ſuprę mā aeris ptem ęleuata: & ibidē in
cenſa. Sunt tñ qui cometā exalationē dicunt ſubtilē non inflā
matam: ſed lucentē a lumine ſolis & aſtroꝝ in ipſa incorpato. Gene/
ratur hęc exalatio actione aſtroꝝ in viſceribus terrę. maxime dum
pori p frigus ſtringunť & egreditur cũ per calorē reſoluũtur. Nõ autē
tota ſimul ęleuať / ſed pars poſt ptem aſcendit / & nouę continue ge/
neranť: a quibus etiā cometes in ſupioribus nutritur diutius / & ipis
diuerſitas impeditis deſinit citius. Diuerſificanť autem in quantitate / figura / &
cometaꝝ colore / ſecundũ materię differentiā. unde ſi materia in medio bene
compacta / in extremitatibus vero circũquaq; rara fuerit: videť quaſi
aſtrum crinoſum. Si aũt materia ęqualiter ſpiſſa / ſed in longũ protē
ſa ſit. ut ſtella caudata apparet. Si autē cauda corpore rarior fuerit / cer
nitur ut ſtella barbata. Raritas etiā & denſitas materię colorē variant
Colores Secundũ aſtrologos autē Cometa de natura Saturni: cerulei aut plũ
cometaꝝ bei coloris eſt. quę autē de natura Iouis alba ad inſtar argenti lucidi
videtur: & quę de natura Martis rubea. quę de natura ſolis: ut aurum
argento mixtum apparet. quę de natura veneris / ſpiſſa ut nubes cer
nitur. Mercurius autē cometem ſuum ceruleum dæmonſtrat. Cauda
etiam & caput draconis & aliarũ conſtellationũ naturę mutationem
in his facere dicunť: ſed hęc ad pręſens cõmemoraſſe nõ probaſſe ſuf
ficiat. DIS. nõdum motũ & ſignificatiões cometaꝝ explanaſti.
motus co MAG. Cometes moueť ad motũ continẽtis aeris: per diem natu
metarum ralem circuendo terrā. Significatiões cometaꝝ ſunt varię. generalio

res autem ſterilitates/peſtilentię & ſeditiones. Sterilitas quidē maxi
me ubi ſiccitas & caliditas intenſe nocere poſſunt. hę em̄ cometam &
antecedunt & ſequunt̄. Priuatur etiā terra eo tempore cōmuniter omni
fœcundo humore. In terris aūt paludinoſis ſequit̄ quādoq̧ fertilitas.
Peſtilentię aūt ſequunt̄: nam cum ſubſtātia cometæ/ q̄ ſubtilis eſt &
bene digeſta / alię exalationes ſegregatæ tanq̄ impuriores & vene/
noſę eleuant̄. Vnde & tempore cometę ante aut poſt/ventus/terre/
motus/& ignitæ imprę︠ſſiōes plurimæ fiunt. ex his itaq̧ aer infectus
& cōtinuo inſpiratus/ vitalem ſpiritū debilitat/ & tandē extinguit: ra
tione etiam ſiccitatis homines incendit. Mortem autē Principū come
ta fortaſſe ex eo ſignificare dicitur: ꝙ Principes ut magis delicati vel
intemperati ab aere corrupto citius inficiunt̄. aut ꝙ mors Principis
unius pluſq̄ multoꝝ popularium diuulgatur. Seditiones autem co
metę forſitan ſignificant: ꝙ ab aere īmntato nō modo ſpiritus vita/
lis/ ſed & animalis īmutatur: ad cuius īmutationem ſenſationes quo
rum principium eſt variantur: fantaſia perturbatur: appetitus iraſcibi
lis & concupiſcibilis excitatur: ad cuius impetū nōnunq̄ ratio condeſ
cendit/& his motibus ſimilia diiudicat: & voluntas q̄uis de ſe libera
ſecundum dictamen rationis imperat. Sed vir ſapiens ut in libro ſep
timo cōcluſimus cum Ptholemęo/dominabitur aſtris. DIS. quin
imo & fatidicis aſtrologis.

ſignifica/ tiones co metarum
ſterilitas terrę
peſtilētiæ
mors prī cipum
Seditiōes



De mixtis tertiæ compoſitionis: quæ ſunt mineralia. Capitulnm.xxiiij. MAG.

Vę ſequunt̃ in ordine mixtoꝝ mineralia ſunt: videlicet lapi/des ſales: & metalla: q̃ ex vaporibus & exalationibus actione qualitatū primaꝝ & calore cœleſti in terrę viſceribus ꝓcreātur

Plinius ĩ ſpeculo naturali

unde Plinius. Fundus terrę p̄cioſiſſimus eſt. ibi em̃ oēs influentię cœ/leſtes confluunt & gēmas p̄cioſas cauſant. ratione huius calor maxi/mus circa centrum generatur ſcd̃m Ptholemeum & Calcidium. Hinc nōnulli ibi infernū eſſe argumentant̃. Nonnulli etiā terrā intrinſecus lapidem continuū: varijs tm̄ coloribus diſtinctum aſſeuerant. DI. Dictoꝝ generationes particularius tangas. MAG. Lapides ex va/pore & exalatione cum luto viſcoſo permixta/actione longa/diuerſo/rum coloꝝ & efficatię multiplicis ſcd̃m materię naturas ꝓducuntur.

Lapidoꝝ generatio terra non fit lapis aqua fit lapis

Pura autē terra lapis nō fit. vincens em̃ in eo ſiccitas/ipſam coagulari non permittit. Vnde niſi undequaq; irrigua eſſet aquis: ſicut corpus animalis ſanguine: partes eius nō cohererent. Aqua vero lapis fieri poteſt/ſi vel guttatim cadens congelatur frigore: aut coagulatur vir/tute minerali. Quod ingenium Raymundus lulii in lapidario lucu/lentiſſime proſecutus eſt. Interdum etiā ſpuma aquarum in lapidem vertitur. ligna quoq; in aqua/in lapides vertuntur. Arena item ex lu/to viſcoſo induratur.

Sales

DIS. Sales unde fiunt? MAG. Ex vapo/re exalationi forti actione in diuerſa ꝓportione admixto/diuerſi ſales generant̃: ut ſunt ſal harmoniacū/vitriolum/nitrum/ſimiliter & ſulfur argentum viuum: auri pingmentum: arſenicum & ſimilia. Quoꝝ q̃ facile ab igne fugiunt/ſpiritus dicunt̃. Humores pingues in terra pu/trefacti/bitumē efficiunt.

Spiritus bitumen arg. viuū

DIS. Metalla unde generantur? MA. Immediate ex argento viuo & ſulfure. Eſt quidē argentum viuum ſubſtantia aquea/mixta/terreo ſubtili/mixtione forti. Quod quidē prouenit ſi vapor ſubtilis exalationi purę/virtute caloris/proprie ſo/lis/per diutinas ſolutiones & coagulationes iungatur. Huius partē terreā quidam ſulfur argenti viui nominant: & eius ſeparatione mul/tum laborant. Claritatem habet ab aqua & aere incluſis: mobilitatem cōtinuam ab humiditate & pondere. ꝙ autē nō adhęret: habet ex ſicci/tate extrinſeca. Huius natura mirabilis multoꝝ ingenia in ſtuporem vertit. unde quidam ipſum calidum: quidam humidum: quidā ſiccū quidam frigidum a dominio eſſe voluerunt.

Sulfur

Sulfur autē eſt ex un/ctuoſo aereo terreſtri ſubtili & igneitate decocto. Ex his itaq; duobus ſcilicet argento viuo & ſulfure diuerſe coadunatis: & in mineris terræ decoctis: diuerſa generantur metalla. & ut quibuſdam placet: ſi in ter/ra manerent/ natura decoctionem argenti viui iteraret donec in ar/gentum ſtabiliretur: & ſulfur in aurum verteretur. Sunt autem me/talla.

Plumbū

Plumbum quidem ex argento viuo impuro / groſſo / &

ſ̨tulento & ſulfure impuro productum. Stannũ ex argento viuo Stannũ
puro & claro/& ſulfure immundo generat̃. Ferrum ex ſulfure ſpiſ Ferrum
ſo/impuro & adurente/cũ argento viuo modico & ĩmundo creatur.
Aurum ex arg.vi.puro & claro & ſulfure rubeo & mũdiſſimo nõ adu Aurum
rente actione ſolis efficitur. Cuprum vel æs ex arg.vi.non oĩno ĩ Cuprũ
mundo/& ſulfure rubeo & groſſo naſcit̃. Alchimiſtę arg.vi.mercuriũ
nominant:ꝙ omnibus metallis iungit̃:ſicut Mercurius in influẽtia ſe
cundum Aſtrologos cũ planetis omnibus copulat̃. Argentum ex Argẽtũ
arg.vi.mundo & albo/& ſulfure nõ adurẽte mũdo & albo ꝑcreatur.
Accidit autẽ metallis ductibilitas ex unctuoſitate/& liquefactibilitas
ex multa aquoſitate arg.viui. Vnde q̃ plus de argento viuo partici
pant/citius liquefiunt.ſicut plumbũ & ſtannum.per oppoſitum æs
& ferrum. DIS. Calibs vero unde generatur? MAG. Calibs Calibs
eſt ferrũ purgatum & depuratũ per ignitiões & extinctiões multas.
unde efficitur unctuoſitatis minoris/& facilius q̃ ferrũ frangit̃:nec
omnino in pondere ęquiparantur. Auricalchũ autẽ eſt cuprũ per tu auricalch/cum.
thiam coloratũ. Electri vero ſpecies tres inueniunt̃/una q̃ ex quodã
gumi arborũ indureſcit.quod & ſuccinũ dicunt. Alia ex partibus auri
tribus & una argenti conflatur. Tertia aũt naturalis eſt/& in mineris
reperitur:ſophiſticata ab auro vix diſcernitur:& inter alias virtutes
habet unde venenũ miro ſplendore prodat.hinc in precio eſt.

De metallorum tranſmutatione. Ca. xxv.

DIS. Eſtat de quo circa huius generis mixta te diſſerturũ auidius ex
r pecto. MAG. Quod eſt hoc? DIS. Metalloꝝ tranſmu
tatio de qua alchimiſtę ſe iactant. ſi ſit poſſibilis? MA. Eorũ
quorum materia eſt eadem / crebrã fieri tranſmutationẽ docuimus
Num terra in aquã / & aqua in aerẽ / aer in ignẽ / & hęc omnia in mi/
xti ſpeciẽ tranſmutant? Sic cinis / & arena obſcura / in luddiſſimi vitri
ſubſtantiã actione ignis vertuntur. DIS. Tranſmutantur ſi in p̃ia/
centẽ redacta fuerint materiã: aut ſaltẽ in eã / cuius forma / formę gene
randę nõ repugnat. MA. Quid igit̃ obſtat q̃ minus hac via metal
la in ſe tranſmutari poſſint cũ oĩm cõis ſit materia? Ad hoc eqdẽ mul
ti phõꝝ p calcinationes / ſublimationes / ſolutiones / & coagulationes
laborarũt: licet minus utiliter q̃ veracit̃. cũ artẽ / naturę actionẽ ſcđm
p̃ciſionẽ imitari / aut difficillimũ ſit / aut oĩno impoſſibile. Magis tñ ve
ritati appropinquãt: qui p principia naturę talem rẽ efficere ſtudent
q̃ ſine fumo fluat: ignẽ nõ fugiat: ſubſtantię metalli p minima mixta
totũ q̃d minus in minera decoctũ eſt / celerrima actione cõpleat. Hoc
iam cõplerũ / elixir / hoc ouũ & lapidẽ Phõꝝ: & in ſuis principijs acetũ
acerrimũ / lapidẽ nõ lapidẽ / mineralẽ / animalẽ / vegetabilẽ / ſanguinẽ
terrã oculoſam: urinã / & oĩm rerum nominibus nominãt. ut ſub me
taphoris & figuris fatuos & auaros a via veritatis ſecluderent: philo
ſophis vero & naturę principia ſecretius rimãtibus / ocultas naturę opa
tiones panderẽt. ars eqdẽ in ſe nulli⁹ laboris: ſed opus eſt mulierũ: &
auctores alchimię ut aiũt ludus pueroꝝ. Hui⁹ auctores p̃cipui fuere Hermes Geber Aui
cẽna: & hi q̃s turba phõꝝ cõmemorat. moderniores autẽ Raymũdus
lulij. Arnoldus de noua vilia. Alberthus magnus quoꝝ oĩm unus fi
nis: ſed ꝓcedendi modus diuerſus: oĩs tñ in limitibus naturę conclu
ſus: e quibus omnibus huiuſcemodi trãſmutatiõis poſſibilitas indu/
bitata cõcludit̃. Sed proculdubio ab his qui diuitibus & Principib⁹ ſe
iungunt & magna ꝓmittunt / nequaq̃ attingit̃. Nã ſi ſciẽtię hui⁹ ſecre
ta noſcerẽt: ſeſe utiq̃ occultarẽt: de theſauro tanto gratias deo agerẽt
a quibus pauperibus bene facerent: nec alioꝝ opibus indigerẽt. Ab illis autẽ
alchimi/ maxime cauendũ: qui aut receptas ꝓbatas / neſcio a quibus Magnati
ſtis cauẽ/ bus ſe habere gloriant̃: lunã figere: & ad gradus auri mediocris: aut
dum ſit. optimi tingere: mercuriũ coagulare: partẽ cũ pte: & varia augmenta
poſſe efficere mentiri nõ verent̃: a quibus nimirũ tot hoĩm millia decę
pti / & alieni auri cupidi: ꝓprij vero quod habuere in ſumptuoſis ex/
penſis largiores / omnino defecerunt: & quotidie deficiunt: nec alieno
periculo cautiores deſiſtunt. Quod cũ in magnũ reipublicę detrimẽ
tum vergat / nõ ab re eſt: ſi a magiſtratibus & cõmuni bono ꝓuiden/
tibus: a fatua eoꝝ p̃ſumptione coerceantur. videntur em̃ eſſe & de nu
mero illoꝝ: de quibus Paulus Apoſtolus ſcribit, Semper diſcentes 2
& nunq̃ ad ſcientiam veritatis peruenientes

De vegetabilibus. Capitulum.xxvi. MAG.

Variũ genus mixtorꝝ eſt vegetabiliũ: ut ſunt herbę: arbores. & cetera huiuſmodi. DIS. Horꝝ origenẽ pandas. MA. Si diuini philoſophi traditionẽ attẽdim⁹/ hæc a primordio ex terra iuſſu creatoris prodierunt cũ ait. Germinet terra herbã virentẽ & faciẽtẽ ſemẽ: & lignũ pomiferũ faciẽs fructũ iuxta genus ſuũ: cui⁹ ſemẽ in ſemetipſo ſit ſup terrã. Ecce creator oĩm vegetibilia ſit in eſſe ꝓdire iuſſit: & undeſe p multiplicationẽ indiuiduorꝝ in ſpecie conſeruarẽt: in ſemetipſis ſemẽ habere dedit. Et nõ modo vegetabilibus: ſed & cunctis animãtibus hoc fœcunditatis bñficiũ pſtitit. De hac re diuũ Auguſtinũ & theologũ & phm̃ excellentiſſimũ in de trini. li. 3. differentẽ audiamus. Omniũ qppe rerꝝ (inqt) q̃ corpaliter/ viſibiliterq; naſcunt̃: occulta quędã ſemina in iſtis corporeis mũdi hui⁹ elemẽtis latẽt. Alia ſunt em̃ hęc iã cõſpicua oculis noſtris ex fructibus & animãtibus. Alia vero illa occulta iſtorꝝ ſeminũ ſemina. Vnde iubente creatore. ꝓduxit aq̃ prima natatilia & volatilia. Terra autẽ prima ſui generis germina: & prima ſui generis aĩalia. Neq; em̃ tũc huiuſcemodi fœtus ita ꝓducti ſunt: ut in eis q̃ ꝓducta ſunt: vis illa cõſumpta ſit: ſed plerũq; deſunt cõgruę tpamentorꝝ occaſiones/ quibus erũpant & ſpecies ſuas peragãt Ecce em̃ breuiſſimus ſurculus ſemẽ eſt: nã cõuenienter mandatus terrę arborẽ facit. Huius autẽ ſurculi ſubtilius ſemen aliquod eiuſdẽ generis granũ eſt. & hucuſq; nobis viſibile. Iam vero huius etiã grani ſemẽ: q̃uis oculis videre nequeam⁹: ratione tamẽ cõijcere poſſumus quia niſi talis aliqua vis eſſet in elementis. nõ plerũq; naſcerent̃ ex terra quę ibi ſeminata nõ eſſent. Nec animalia tã multa/ nulla mariũ fęminarũq; cõmixtione p̃cedente: ſiue in terra: ſiue in aqua: q̃ tñ creſcũt & coeundo alia pariũt: cũ illa nullis coeuntibus parẽtibus orta ſint. Et certe apes ſemina filiorꝝ nõ coeundo concipiũt: ſed tanq̃ ſparſa per terras ore colligunt. Inuiſibiũ em̃ ſeminũ creator: ipſe creator eſt omniũ rerũ: qm̃ q̃cunq; naſcendo ad oculos noſtros exeũt/ ex occultis ſeminibus accipiũt ꝓgrediendi primordia: & incrementa debitę magnitudinis: diſtinctioneſq; formarũ ab originalibus tanq̃ regulis ſumunt Et infra. Iſta quippe originaliter ac primordialiter in q̃dã textura elementorꝝ cũcta iã creata ſũt: ſed acceptis opportunitatibꝫ ꝓdeũt. Nam ſicut matres grauidę ſunt fœtibus: ſic ipſe mũdus grauidus eſt cauſis naſcentiũ. Et ut teſtat̃ Ambro. in hexa. nequaq̃ fieri põt ut nõ/ aut ſeminibus utant̃ uniuerſa gignẽtia: aut habeãt aliqua q̃ videant̃ cũ virtute ſeminũ cõuenire. Et ut Aug⁹. ſup Geñ. li. 5. differit. arbor ex arbore p ſurculi plãtationẽ & ex ſemĩe arbor: & ſemẽ ex arbore: ſed ſemẽ ex ſemine nullo mõ niſi pri⁹ ĩteruenia t arbor naſcet̃. DI. Luculẽtiſſime doctor hic egregius: q̃ aĩo meo de his inſidebãt dubia diſſoluit. Mirari equidẽ ampli⁹ nequeo: cur ex terra pulueriſata/ cribrata: & oĩ humana

oĩm rerꝝ in elemẽ/ tis latent ſemina

induſtria ſemībus ęuacuata:ſponte pullulant plātę: & quidē in figu/ra virtute:colore:ſapore & ſpē diuerſę. Sic & de his q̄ in aq̄ ſupfi.ie vidētur oriri:quia elemēta(q̄ in ſupiorib us apud nos pura nō eſſe aiebas) ſemībus taliū ſunt impgnata. Sed congruę tpamētoꝝ occaſiones quibus ea erūpere dixit q̄ ſūt? MA. Has q̄litatū primaꝝ actiones & cœloꝝ influxus in ꝓportione naturę cōcurrētes ītelligo:& accidētes cauſas(ut ipſe doctor ait)ſcdm naturā forinſecus adhibitas. His eqdē ea q̄ ſecreto naturę ſinu abdita continent; & foris creant q̊dāmodo explicādo mēſuras & nūeros & pōdera:q̄ in occulto acceperūt ab illo q oīa in mēſura & numero & pōdere diſpoſuit. Idē ſed diffuſius li.6.ſup Geñ.ꝓſequit & oīa primit⁹ a deo creata fuiſſe: & per ſeculi tractum ex occulto in manifeſtum locis congruis exercenda teſtatur.

ibidē ubi ſupra.li.3 de trini.

De cremento & diſtinctione plantarum. Capitulum.xxvij. MAG.

Virtus nāq; & influxus cœleſtis ſupficiē terrę penetrās partes ſubtiliores:q̄bus dicta ſeminalis vis occulta ineſt:in fumum reſoluit:rurſuſq; cōdēſat: & in radicis ſpēs tranſfigurat. Hæc infixa terrę tanq̄ matri v̄tute caloris cōtranaturalis & ſupcęleſtis:humorē terrę circūiacētis alterat & q̊d naturę ſuę cōueniēs eſt attrahit:& in ſui & plāte ſubſtātiā cōuertit. Vnde plāta radice loco oris / q̄ nutrimētū accipit:& medulla ꝓ ſtomacho corde & epate utit: in q̄bus acceptū nutrimētum digerit:& digeſtū partib⁹ ſingulis p venulas ſubtiles trāſmittit. Stipitē ꝓ corpe medullā cōtinēte:corticē ꝓ cute ſtipitē ꝓtegēte

Folia aūt ad fructuū defenſionē/ & nodos loco neruorū mēbra colli gantiū accipit. Fructū vero in uſum viuētiū & ornatū uniuerſi. ſemen inſup pro ſpēi cōſeruatiōe gignit. Et in hęc q̄ʒ elemētorū ptes pporti onabiliter diſtribuit. Terreū nāq; q̄d multū eſt in ſtipitis & durarū ptiū ſubām tranſit. humidū aquoſū q̄d parū eſt in folia & corticē/ Aereum ſubtile q̄d eſt minus in florē. q̄d autē viſcoſū in fructū aſſumit. In eo aūt quod ſemētis vices agit/ igneū q̄d minimū eſt delitēſcit. Per terrā cohęret: p aquā ſe diffundit/ p aerē & ignē planta conſurgit. DIS. Plantas igit̄ q̄ttuor elemētis cōſtare aſſeris? MAG. Etiā. DIS. Cur igit̄ nō in aqua/ aere/ aut igne queadmodū in terra pullulāt aut nutriunt̄: cū & in his q̄ʒ ſingulis ſingula elemēta pmixta ſint. MA. Elemēta apud nos & fortaſſe in toto uniuerſo iam nō pura/ ſed ſibi in oībꝫ mixta. Ambro. affirmat. & in naturalibꝰ exercitato facile pbat̄ Plantas aūt nō in ſingulis oriri oībus manifeſtū. Huiꝰ aūt cauſam (qa quęris) ex ſupioribus accipe: cū terreū in oībus abundare/ cętera aūt in quātitate minore & a terra cohęrētiā plantis ineſſe oſtenſum eſt: hīc in terra figunt̄/ & ſufficiens nutrimentū inueniūt. In aqua aūt ad tem pus nutriri/ ſed figi non pn̄t (paucis demptis) in aere vero diutius/ aut nutriri/ aut figi pter ſui ſubtilitatē nequeūt. In igne ab exceſſiuo ca lore citius ęmarceſcūt. DIS. omnes itaq; plantas a dn̄o terreas aſ ſeueras. MAG. ita ſentio. DIS Vn̄ ergo quaſdā calidas & humi das multi ſcribūt: cū neutra harū q̄litatū terræ cōueniat? MAG. In plantis ſi ptes integrales conſideras / ipas terreas a dn̄o dephendes. Si aūt ptes vtuales & q̄litatū gradus attendis: quaſdam calidas & ſic/ cas: alias calidas & humidas: alias humidas & frigidas: nōnullas etiā frigidas & ſiccitas inuenies: & hoc vel in gradu primo/ ſecūdo/ tertio/ aut quarto / ſecundū q̄litatū intenſiōes & remiſſiōes. nam ſecunduꝫ has: ſir̄ & ptium elementaliū/ in pro portione multiplici/ variantur plantæ nō modo in virtutibus: verūetiā in fœcunditate: modo germi nandi & effigie. Creator equidē omniū (ut pmiſimus) vim hęc omnia cōtinentē ſic indidit: ut congruis tpamentorū occaſionibus q̄d in ſecre to naturæ ſinu abditū eſt/ in ppatulū pdire poſſit. Vn̄ quædā ſunt q̄ ex radice unicum ſtipitē habēt: ex quo rurſus rami: & ex his folia pul lulāt: & ſunt arbores. Quędā ex radice nō ſtipitē: ſed ramos: & ex his folia generant: & ſunt frutices. Quędā ex radice: nec ſtipite: nec ra/ mis medijs/ folia germināt & ſunt herbę. Ex oleribus autē ſunt quæ ex una radice ſtipites & ramos multos accipiunt. Et rurſus quædam fructificāt: quędā ſine fructu omni tempore manent. Fructiferę ſ;m digeſtiones ſemel tantū/ aut pluries in anno fructificāt. Fructū autem aut ſub folijs/ ſuper folia/ in medio: ſub cortice/ a ſtipite: aut a radice pducunt. Amplius quędā oleum ſtillāt. quędā folia nō habent: quę dam etiā floribus carent. Omnibus aūt ut ait Plinius ineſt ſexus di/ uerſitas. in eadem vero planta teſte Phō: uterq; ſexus non reperitur:

Varietas plantarū.

Ab auibus ſemen deuoratum & ęgeſtũ itegrum: ſi in rimã corticis ce
ciderit nonnunꝗ̃ pullulat. fitqꝫ ut in quercu: aliaue arbore/ ceruſus
aut alterius generis planta reperiatur. In his autẽ q̃ p ſurculi inſertionẽ
in alieno ſtipite creſcunt: natura ſtipitis in ſurculi naturam cõmutatur.
Sed his finẽ faciamus. Nam ut ait ſanctus Ambroſius in hexaemerõ A
li. 3. ca. 15: Inexplicabile eſt ſingularꝫ rerũ ꝓprietates exquirere: & vel
diuerſitates earꝫ manifeſta teſtificatione diſtinguere: vel latẽtes occul
taſqꝫ cauſas in deficientibus aperire documẽtis. Et rurſus. Quis autẽ
poſſit cõpręhendere varietatẽ/ſpeciẽ/ gratiãqꝫ pomorꝫ: ſingularum
quoqꝫ utilitatem arborꝫ/fructuum/ſuccorũqꝫ ꝓprietatem.

De Animalibus. Capitulum. xxviij. DIS.

D ſequentis igitur ordinis mixta deſcẽdas. MAG. Quæ ſe
a quuntur quinti generis mixta aĩalia ſunt irrationalia q̃ in prę
ſenti quadruplici ordine diſtinguimus. Sunt em̃ q̃dam ut ait G
ſcriptura volatilia/ q̃dam natatilia/q̃dam reptilia/& q̃dam greſſibilia
Quorꝫ exordia/ ꝓpagatiões/ & naturas in mediũ ferre: ingeniũ va
cillat/calamus tepet/& epitomatis breuitas nõ admittit. DI. Saltẽ
quę iam in prompto ſunt/verbis planis/ſuccinctaqꝫ oratione/in uni
uerſali patefacias. MA. Facile qdeꝫ tuis petitionibus acqeſcerẽ: ſed
ea breuitate quã expetis: & obſcurus fio: & ęmulis quibus me feriãt
iacula ad miniſtro. verũtñ nõ illis: ſed tibi optime indolis adoleſcenti
in hoc epitomate obſequi ſtatueram: ut petis p̃memorato ordine ſin
gula ſub breuitate tranſcurram. DIS. Probe.

De Volatilibus & generatione ouorum. Capitulum.xxix. MAG.

Olatilia aues ſunt/quę alis ſeipſas p aera quo tendunt mouēt
v Horꝫ primordiale exordiū ſimiliter a creatore eſt/qui diſtincta
elemēta ꝑ capacitate ſua/viuētibus decorauit.aera qdē vola
tilibus/aquā natatilibꝫ/terrā greſſibilibꝫ/& hęc utraq; reptilibꝫ. ignē
autē qui ꝑpter ſui debilitatē & ſiccitatē viuentibus habitaculum pſta
re non poteſt:a viuenti aīa nudum reliquit. DIS. Hęc legiſlatoris
hiſtoria pandit/naturalem volatilium generationē ędoceto. MA.
Volatilia quia ſe in numero conſeruare non poſſunt(quoniā corru/
ptibilia ſunt)ab auctore naturę dicēte. Creſcite & multiplicamini/ꝑpa
gationis vim acceperūt:qua ſe in ſpecie conſeruent. Fit autē hęc ꝑpa
gatio p ſeminis deciſionē.unde & in ipſis ſexuum diſcretio eſt:& nos
in ſequentibus maſculū gallū:& fęmellam gallinā appellabimus. His
equidem duobus coeuntibus:in matrice gallinę oua cōcipiunt:& ex
illis pulli naſcuntur.primu de ouis/demū de pullorum formatione
tractabimus. DIS. Oua unde/aut quomodo generantur? MA. De ouis
Ex ſpermate gallinę:cuius pars humidior ad extremitates ſe expan
dit & fit albumen:terreſtris vero ad centrum ſe contrahit & fit citrina:
& vittellus dici ſolet.& hęc duo ꝑpter naturæ diuerſitatem telis par/
uis ſeparant. In qbuſdam tn̄ ꝑpter caloris debilitatē:colores hi diſtin/
cti nō ſunt.ut in ouis piſcium. Ouum cōceptū/calore matricis cui col
ligatū eſt vegetatur:donec ad cōplementū ꝑueniat.exinde vinculo q̊
matrici iungit rupto:in lucē prodit eo ordine: ut pars acuta q̄ matrici
adhęrebat ultimo exeat:teſta in ventre mollis eſt:ne parturiēdo ledat.
mox autē ędita frigore dureſcit. Ouantibus nō eadē eſt natura: nam Ouantiū
quędam ſemel tm̄ in anno parturinnt.ut rapaces:q̄dam pluries ut co diuerſitas
lumbę:gallinę autē domeſticę multotiēs:& hę cito deficiūt:qm̄ cibus
in ſperma tranſit. DIS. Scite hęc dicta vident. Sed ad qd galli coi
tum neceſſariū arbitrare:cū ouum ex ſolo gallinę(ut ais)ſpermate for
metur. MA. Vt ſeminalem ſpiritū īmittat: quo ouū & ſuſtentatur
& fecunditatē accipit.unde gallina ſine gallo ouans:aut ex inani alte Fœcundi
rius gallinę cōcubitu:aut oſculo vel olfactu galli:vel flante zephyro: tas oui
oua quidē parit:ſed ſterilia q̄ oua venti appellantur:fit autē hoc ſępi/
pius.non em̄ gallina tm̄/ quantum gallus coitum appetit: ideo mul
tis gallinis gallus unus ſufficit.

De pullorum ex ouis generatione: formatione: & diuerſitate. Capitulum.xxx. MAG.

Va itaq; galli cōcubitu cōcepta a gallinis:nō nunq̄ a gallis in
o terdū alternatim ab utriſq; foueut. Albumen q̊d calidū eſt &
humidū:in quo & vis ſeminalis a gallo tranſfuſa latitat:calore

incubantis alteratur/& in triduo vel circa/guttula q̃dam ſagninea in
albumine/verſus oui acumẽ apparet:ex qua cor pulli formaẗ.Fitq;
circa idem/vena magna in umbilicos duos ramificata:quorꝫ alter ad
telam vitelli/alter ad eã q̃ pullus ꝯtinetur,ptẽdiẗ.ꝑ primũ pullo cibus
de vitello miniſtratur:reliquus ſecundinę deputaẗ. DIS. Subſtan/
tiam igitur pulli ex albumine: nutrimentum vero ex vitello aſſeris?
de nutri/ MAG.Sane.In argumentũ huius accedit/ ꝙ vitellus cõtinue mi
mẽto pul nuitur:& ſi q̃d reſiduum eſt naſcentem pullum in umbilico ſequiẗ:ut
li in ouo ſtatim natus cibũ habeat cõuenientẽ:in pfectis autẽ umbilicus iã nõ
apparet. DIS. Nondũ naſcentis conditionẽ:ſed exurgentiũ mem/
broꝝ formationẽ quęro. MA. In decẽ diebus oĩa mẽbra pulli ma
nifeſte apparẽt:& inter hęc caput maximũ. ſequẽtibꝯ decẽ fortificanẗ
& ordinatius diſtinguunẗ: & a ſpiritu vitali ſingula uiuificanẗ: ita ut
die viceſima pullus iam vociferare incipiat.Hęc autẽ eſt poſitio ipſiꝰ
in matrice:ut caput ſupra pedẽ dextrũ habeat: & ala dextra caput te
gat.Omnis tñ in pedes naſcitur ex acuta oui parte.Ex ouis autẽ oblõ
gis galli:ex rotũdioribus gallinę frequẽtius generãtur. DI.Sed
quid de ouis in q̃bus nõnunq; duo vitelli cõſpiciunẗ. MA.Hęc ex
duplici coitu:ꝑ aggregationẽ duoꝝ ſpermatũ cõcipiũtur. Et ſiquidẽ
ſit tela utrũq; diſtinguẽs/gemellos/ ſin autẽ pullũ mõſtruoſum ꝓcre
Vultur ant. Vultures autẽ ut refert ſanctꝰ Ambroſiꝰ in hexaemerõ.li.v.c.xx.
Phenix ſine cõcubitu cõcipiũt & generãt. Et de carnis p̃mortuę Phenicis hu/
more vermis exurgit & ꝓceſſu temporis in prioris ſpeciẽ reperatur.

De membrorum in pullis diuerſitate.
Capitulum.xxxi. DIS.

Nde quęſo tantã in organis & membris volatiliũ diuerſitatem
u natura ingeniauit? MA.De interioribus ſi q̃ris/ea ad opera
vegetatiuę neceſſaria ex his q̃ poſthac dicemus: cognoſces.
Exteriora vero ad alia opa.maxime autẽ ad ea quę p̃dę deputãtur ac
comodata ſunt. Vnde quibuſdã viſum acutiorẽ:aliȷs autẽ obtuſiorẽ
dedit.Acutum quidem rapacibus.ut a remotis p̃dam cognoſcãt cęte
ris vero q̃ circa terrã aut aquas verſantur obtuſiorẽ: quia alimento
ſunt ꝓpinqores.Palpebras habẽt membranulas nõ carneas:nec ocu
los niſi ꝑ inferiorẽ claudunt:ꝓpter duriciẽ coriȷ cõtinẽtis caput. Dẽ
tibus carent:& ꝓ his utuntur roſtris/quę rurſus in rapacibus acutio
ra ſunt & adunca:ut prędam capere: & captã facilius dilaniare poſ/
ſint: quoniam carnibus veſcuntur: ideo etiam ungues cæteris ha/
bent magis aduncos. In aquaticis roſtra ſunt lata: ut ipſis pro ha/
mo:& collo pro arundine hami/& pedibus latis(quorum & digiti
membranis ligantur) pro nauigio utantur: loco anteriorem pe/
dum alas habent.volando ſe cauda dirigunt. Pectus eſt acutum ut
volando paucum aeris moueat.& aerea citius diuidat. Carnoſum

tamen eſt / ne ex frequenti aeris inpulſione aut ledatur aut interiora infrigidant. Non mingunt quoniã par bibunt : & ſi quid ſuperflui ſeparatur in plumarũ ſubſtantiam vertitur. Cætera particularius inquirere nõ eſt pręſentis negocij. Sunt em̃ . ut ait Ambroſius auium genera diuerſa / quę memoria aut cognitione cõprehendere quis poſſit.

aues non minguns.

Dę aquatilibus. Capitulum. xxxij. MAG.

B aere itaq; in aquã delapſi / eam ſi poſſumus tranſnatabimus ſpacioſum & magnũ equidem eſt mare / & illic reptibilia quorum nõ eſt numerus : & aĩalia inquit propheta puſilla cum magnis. DIS. Et qui hęc viderũt? MAG. Qui deſcendũt mare in nauibus facientes operationẽ in aquis multis. ipi inquit viderunt opera domini & mirabilia eius in profundo. Plura equidẽ in mari quã in terris ſunt. ait Ambroſius in hexaemeron. Et ea quę in terris viuũt: ab his ſibi nomina vendicarũt / eo ꝙ prius in mari iſta cęperũt diuerſis quoq; fluminibus. Et ea quę timemus in terris: amamus in aquis. Etenim noxia in terris in aqua innoxia ſunt. Atq; ipſi angues ſine veneno. Leo terribilis in terris / dulcis in fluctibus. ſic videre eſt de cæteris. Verũtamẽ ut teſtatur Petrus lombardus oĩa creata ſunt innoxia. ſed ꝓpter peccatũ facta ſunt noxia. Nihil itaq; homĩ nocuiſſent ſi nõ peccaſſet. ſed hęc theologię reſ;uantes ad propoſitum reuertamur. DIS. videris aſtruere & aquatilia per creatiõem in eſſe prodijſſe. MAG. Moyſes hæc docuit. Dixit enim deus (ut ait) producant aquæ reptile animæ viuentis. Omne autem quod natat reptandi habet vel ſpeciẽ vel naturã, ut aſſerit Ambroſius. Et ne hæc in

a

ſeipſis deficerent/ipſis generationes fecundiratē creator cōicauit dicēs
Creſcite & multiplicamini & replere aquas. fit autē plerūq; hec gene
diſcretio ratio p ſeminis propagationem. Vnde & in aquatilibus ſeu piſcibus
ſexus ī pi ſexuū diſcretio eſt/& in pluribus corpis mole patet. Nam femine ma
ſcibus ribus & maiores ſunt & longiores/carne quoq; duriores reperiunť.

De pullificatione piſcium. Ca.xxxiij. MAG.

Vi ſexu diſcernuntur ventrum attritione coeunt: tanta autē ce
q leritate ut viſum fallant. ordinē tñ nature ſeruāt in ſexu & ge
nere ut nunq; piſcis cū alterius genere piſce cōmiſceať: dem/
murena pta murena: que ſibilo vipere ad littus æuocata cū ea coit. ut refert Am An
broſius in hexaemerō. Tempore itaq; coitus par cum pari ambulat: ubi
femella oua concipit in matrice: que tñ nō perficiuntur donec pariā ca.
tur. tunc em̄ mas ea ſubito ſequitur & ſemine ſuo aſpergit: aſperſa ab
aqua: ut a blanda nutrice fouenda ſuſcipiuntur: poſt diē albeſcūt/ de
hinc oculi apparere incipiunt & celeriter complentur. maxime autem
ſi multo ſemine pfuſa fuerint. Primū ex reſiduo oui humore/dehīc ex
aqua nutriuntur. Que autē maſculino ſpermate tacta nō fuerint ſte
rilia manent. Femella etiam maiorē partem ſuoꝝ ouorum/ partus
tempore deglutit/ quod fortaſſe ſagax natura prouidit/ ne tota unda
piſcibus impleatur: hinc etiam magni corporis piſces paucoꝝ filiorū
ſunt. DIS. Quid autem de his quibus non ineſt ſexus diuerſitas?
anguilla MAG. In omnibus utrūq; ſexū eſſe aſtruunt / ſola dempta anguil
la: que ſcopulis ſe atterit: eaq; ſtrigmenta virtute influentiarum viuifi/
cata in anguillarum ſpeciem tranſeunt. vel ut ait Philoſophus viſcoſi/
tatem per aures concipit: atq; fœtum generat. Quedam etiam e pi/ Ari
ſcium genere rore cœleſti (ut aiunt) concipiuntur/ſicut oſtree & que de a
in conchilibus degunt: & quidem ex limo & putredine erumpunt.
DIS. Facile his fidem habeo: cum ſermonē diui Auguſtini de mū
di fœcunditate mente reuoluo.

De diuerſitate membrorum in genere piſcium. Capitulum.xxxiiij. MAG.

Piſces cor Ec in hoc genere animantiū/natura in membroꝝ diſtinctione ibi.
p⁹ habēt n defecit. Vnde primū corpus oblongū edidit: quo aquas facili⁹
oblongū diuidāt/id quoq; corio leni aſpero ſquamoſo aut ſpinoſo texit
loco manuū pedūq; brancias & pinnulas quib⁹ ſe moueāt ordinauit
Cauda autē natādo oēs ſe regunt/hāc etiā cū dormiūt parūper mo/
uēt, aſſerit Plini⁹. Senſuū vias habēt occultas/ne q̄ ledanť pter oculos Plin
q duriores ſunt: nec colores medios diſcernere ,ppter viſus debilitatē ſpec
facile poſſunt: ob id & piſcatores eo coloꝝ gñe utunť ſepi⁹. Non ſpi/ natu
rant. Quod nobis eſt ſpiritus/ illis eſt aqua. Sicut nobis ſpiritus/ ita
illis aqua viuendi miniſtrat ſubſtantiam. brancias habent/quas nūc
plicant & colligunt; nunc explicant atq; aperiunt. In hanc ergo col/

ſi. lectionem & apertionem dum ſuſcipitur aqua/ & tranſmittitur ac pe/
ra netrat/reſpirationis munus implet/pulmone itaq; carent. humorem
ſanguini ꝓportionatũ poſſident: linguã habent ſed nõ undiq̃q; diſcre
tam a palato. Dentes ſunt ipſis ex utraq; mandibula acuti & ꝓminen
tes. ut cibum in ore tenere: diuidere & deglutire citius poſſint: ne humi
ditate aquę effluat. DIS. Si aqua nutriuntur ut p̃miſſum eſt/denti
bus non indigent. MAG. Aqua quidem nutriuntur: ſed non pura De nutri/
ſed ea quę viſcoſitatibus terrenis impinguata eſt. ut eſt pluuialis & p mento pi
ſtercorꝝ loca tranſiẽs. Nec illa ſolum/verũetiã vermibus/herbis/ſter ſcium.
coribus/carne/pane. & generalit̃ ſemꝑ minor eſt eſca maioris: ita ut
tempore pullificationis etiã nonnulli pullos deuorẽt. Habitatio eorꝝ habitatio
8. confuſa non eſt: ſed ut ait Ambroſius. Hoc genus piſcium in illo ſinu pullorũ
maris alitur/illud in alio: & quod hic abundat/ alibi deeſt. Fouẽdi ta
men partus neceſſitate quidẽ loca mutant. Hęc de aquatilibus cõmu
nibus accipienda arbitror: nõ de ſingulis monſtris marinis. Nunc ſti
lus undarum procellis madidus terras reuiſet: & alis excuſſis: reptilia
greſſibiliaue peruolet.



De reptilibus & greſſibilibus. & quare deus tam diuerſas rerũ ſpecies condidit. q̃ etiã nobis nociuę & inutiles videntur. Capitulum. xxxv.

DIS. Eptilia quæ dicis. MAG. Quę corꝑis cõtractioni & extẽ
ſioni innituntur: quibus ſe in anterius mouent. parte equidem
anteriore ſe extendunt: qua ſi aliqd ſolidi apprehẽdũt: reliquũ

Serpētia corporis poſt ſe trahunt. Et hęc rurſus trifarie partiuntur. Sunt enim
quę ſquamis pro unguibus/& coſtis crurium loco utuntur. & ſerpē
trahentia tia dici poſſunt. ut colubri. Et ſunt quę ore ſolidum compręhēdentes
ſe trahunt: quę trahentia dici ſolent. ut vermes. Et ſunt quę ꝗuis pedi
bus moueantur: magnam tamen corporis partem terrę applicant/&
Reptilia communi nomine reptilia appellantur: ſicut lacertę/ ſtelliones/ & plu
res vermiū ſpecies. Quę vero pedibus gradiunt̃ duobus: pluribusue
ſemper tamen ęqualibus: & reliqua corporis parte terrę nō innituntur
greſſibilia ſunt. Et hęc omnia conditor rerum ab initio verbo ſuo in
eſſe prodire iuſſit dicens. Producat terra animā viuentē in genere ſuo iu
menta & reptilia & beſtias terrę ſcd̄m ſpecies ſuas. DIS. Quid crea/
tor ſignificare voluit tanta animalium diuerſitate/cum multa ſint hu
mano generi nō modo inutilia: verumetiā nociua? MA. Noli po
nere os tuum in cœlum: aut in altum extollere cornu tuū & loqui ad
uerſus deum iniquitatē. Sed pone ori tuo cuſtodiā: & oſtiū circūſtā/
tię labijs tuis: & ꝓhibe linguā tuā a malo: & labia tua ne loquant̃ do
lum. nō em̄ potuerunt a deo bono niſi bona fieri. ut & Plato affirmat Plat
& Auguſtinus in Enchyridion ca. xi. cōprobat. Naturę igit̃ oēs: qm̄ thin
naturaꝝ prorſus oīm ſumme cōditor bonus eſt: bonę ſunt. Et inde Aug
ciuitate dei li. xi. Nullā oīno naturā malā aſtruit: ſed a terrenis uſq; ad ciui.
cęleſtia īquit: & a viſibilibus uſq; ad inuiſibilia ſunt alia bona alijs alia ca. x
meliora: ad hoc inęqualia ut eſſent oīa q̃ artificis ſapiētia metiēda ſūt & li.
Faciunt em̄ oīa ad decorē uniuerſi queādmodum multę reꝝ ſpecies iden
diuerſis coloribus a pictore in eodē pariete effigiatę. Et ſicut in ſpecie ſupr
viſibili hominis: ſi unum radat̃ ſupcilium/ꝙ ꝓpemodum nihil cor/ Am
pori: & ꝙ multum detrahit̃ pulchritudini. unde & Ambroſiꝰ in hexa hexa
emeron. Singula eoꝝ q̃ generant̃ e terris ſpecialē quandā rationē ha li.3.c
bent: quæ ꝓ virili portione cōplent uniuerſę plenitudinē creaturę. alia
ergo eſui: alia alio naſcunt̃ uſui. nihil vacat: nihil inane germinat terra
quod tibi putas inutile/alijs utile eſt: immo ipſi tibi frequēter alio eſt
uſu utile. Quod eſcam nō adiuuat/medicinā ſuggerit: & ſępe eadem
quę tibi noxia ſunt/auibus aut veris innoxium miniſtrant pabulum
Et rurſus. Laudant etiā dracones dn̄m: quia natura eoꝝ & ſpecies cū
videtur/ nō minimū vel decoris offendit: vel ineſſe rationis oſtendit.
Non igitur oportet res inſipienter vituperare. inquit Auguſtinꝰ. Sed Aug
utilitatē rerum diligenter inquirere: & ubi ingenium noſtrum vel in ſupra
firmitas deficit/ita credere oculta ſicut erant q̃dam q̃ vix potuimus
inuenire: quia & ipſa utilitatis occultatio aut humilitatis exercitatio eſt idē ſ
aut ęlationis attritio. Et q̃ noxia putas/homini quadruplici ratione cō Gen
ueniunt. ut ait idem ſup Geneſim. Aut em̄ pœnaliter ledunt: aut ſalu lrām
briter exercent: aut utiliter ꝓbant: aut ignoranter docēt. unde diuus
Hieronimꝰ ſup Pſalmo. 91. ſup illo. ꝙ magnificata ſunt opera tua dn̄e
Marcioni & Manicheo hereticis quęrentibus. Si deus oīa in utilitatē

hominum fecit. quid culicē: cinicē: ac pulicē neceſſe facere fuit? Reſpōdet dicēs. ut oſtenderet tibi fragilitas tua qui cognitionē tuā in celum ponis: reſpice morderis a culice & cōtremuiſti: qd in cœlum erigeris q a culice vulneraris? Sed longius euagantē calamum ad ꝓpoſitam methadum reuocemus. DIS. Opereꝑciū eſt ne quā cepimus de rerum origine diſceptationē deſcendente ſole truncatam relinquamus.

De multiplicatione animaliū diuerſis modis per multa ſancti Auguſtini dicta. Capi. xxxvi. MAG.

q Vi & reptilia & greſſibilia condidit: ipſis specierꝫ cōſeruationē ꝑ ſeminis ꝓpagationē conceſſit dicēs. Creſcite & multiplicamini & replete terrā. Eſt itaqꝫ & talibus ſexuum differētia: quibus coeuntibus ex ſemine in matrice fœmelle fetus formatꝛ: Salamādra dempta: quā ſexus diuerſitatē inſ̄iā aiunt. Lacertulos quoqꝫ & Cocodrillos Tortucā & Cameleonē inter quadrupedia ouare: nature inq̄ſitores aſſeuerāt. DIS. Num & ex reptilibus q̄dā ſine ſeminis ꝓpagatione/ex putredinibus quibuſdā exoriri cōſpicimus? MA. Etiā fili. Sunt em̄ (ut ait diuus Aug⁹ in de ciui. dei. li. 15. ca. ultimo. & de trini. li. 3. ca. 8. & ſuꝑ Geñ. ad litterā. li. 6. & 5. & in. 3. de trini. ca. 9.) q̄ de quibuſqꝫ reb⁹ ſine cōcubitu ita naſcuntꝛ: ut poſtea concūbāt & generēt. ſicut muſce. Alia v̄o i quibus nihil ſit maris & fœmine ſicut apes: q̄ ſemina filiorꝫ inq̄t nō coeūdo cōcipiunt: ſed tanq̄ ſparſa ꝑ terras ore colligunt. Omnia em̄ q̄ ſequētib⁹ erāt euoluēda tꝑibus: primit⁹ deus ſiꝰ creauit cū faceret mundū. Sed quō? In ſemine inq̄t oīa ꝓducta ſūt primitus nō mole magnitudinis: ſed in potētia cauſali: & rurſus. Multi homines nouerūt ex quibus herbis aut carnib⁹: aut q̄rumcūqꝫ rerꝫ quibuſlibet ſuccis & humoribus: vel ita poſitis: vel ita obrutis: vel ita cōtritis vel ita cōmixtis/q̄ aīalia naſci ſoleāt. Et horꝫ q̄ ex corruptis aīaliū corporibus naſcuntꝛ: in primordio nō niſi materialiter: q̄ v̄o ex terra: aq̄s vel eis q̄ terra germināte orta ſunt. Magiſter in ſen. li. 2. diſ. 15. tota create nō negat. DI. Nunq̄d v̄o q̄ ꝑ ſeminis ꝓpagationē & rerꝫ putrefactionē naſcuntꝛ: eiuſdē ſpeciei cenſenda ſunt? MAG. Sunt utiqꝫ nam q̄ ex putredine oriuntur/poſtea concūbunt. ut viſu₃ eſt. Quod vero Auerrois Auicenne. impingit: oīa nata ꝑ ꝓpagationē etiā naſci poſſe ꝑ putrefactionē: nō niſi ī imꝑfectis accipiendum eſt. hoīem eq̄dem ex putredine naſci quis ſanæ mentis aſſeruit?

De modo propagationis animaliū/& formatione corporis humani: ac de natura ſeminis ſiue ſpermatis. Capitulum. xxxvij. DIS.

m Odu₃ itaqꝫ ordinē ac tēpus cōceptionis: formationis ac partus ſingulorꝫ diſcurras. MA. Rem petis fili quā nō tēpus nobis conceſſu₃/nō ingenium/nec cōpendij hui⁹ breuitas admittit:

de his autẽ uniuerſaliora intelliges:ſi ad humani corporis conſtitutio
nem ſtilo habenas laxabimus. DIS. Si itaq; iuxta Comici verbũ
non poteſt fieri quod volo/velim ergo ꝙd fieri poſſit. MAG. Ho/
mini perfectum cõpoſitionis gradum qui eſt ſextus attribuũt:cum ſit
quodãmodo finis omniũ/& aníantiũ pfectiſſimũ. huius corpus ſa/
tor mundi in principio de limo terrę formauit ait ſcriptura:& eidẽ ſpira
culũ vitę inſufflans/adiutorium ex coſta una fœcit:& ipſis cõiunctis
creata ſubiecit: & gignendi virtutem cõmuni verbo indidit: dicens.
Creſcite &c.ſcilicet per ſeminis propagationẽ.Nam maſculũ & fœmi
nam creauit eos:qui ſi tempore/modo/loco & ordine naturali con/
cumbant:cœlorũ influxu cõcurrente ſibi ſimile procreant.Homo eñ
inquit Phũs & Sol generant hominẽ. DIS.Ne nominũ obſcuritas
Semen intelligendi ſemitã precludat:ſeminis ratiõem afferas. MA. Semẽ
quod & ſperma dicunt eſt pars utilis ultimi alimẽti poſt tertiã digeſti
onẽ deciſa:& p cõſeruanda ſpecie in vaſibus ſeminalib⁹ (ꝗ ſũt teſtes)
conſeruata. Hoc nõnulli ab epate:alij a cerebro:alij vero ab omnibus
membris deriuari cõtendunt: quoꝝ ſententię cõtrariæ non ſunt/ſi ſe
men ab epate principaliter/a cerebro pro parte maiore/ & ab oĩbus
membris originaliter deſcendere intelligimus. Manifeſtũ tamen in
ſuꝑflua eius ęmiſſiõe corpus totum debilitari/ac tandẽ ęmori:quod
heu multis euenit:qui facti ſunt ſicut equus & mulus quibus non eſt
intellectus. Cum eñ ſit ex ſubſtantia alimenti ultimi utilis & vitali ꝑ
fuſa ſpiritu:in eius inordinata deiectiõe alimentũ membris & vita cor
pori ſubtrahitur. Multũ itaq; coeuntes citius deficiunt & moriuntur
ut patet in paſſeribus. Eunuchi vero teſte Galieno diutius viuere poſ
ſunt. Sed de hac re poſt hęc ſi placuerit:medicorũ libros diligentius ꝑ
ſpicias:nunc quod cępimus ſub breuitate percurramus.

De formatione corporis humani in utero materno. Capitulũ. xxxviij. MAG.

ſEminibus itaq; viri & mulieris deciſis/& in matrice fœmellę re
formatio corporis humani ceptis/ uniunt̃ unitiua virtute & actiõe qualitatũ alterant̃.& vt
phiſici dicunt:diuus quoq; Auguſtin⁹ li.83.q.q.56.teſtat̃:in
primis ſex diebus totũ quaſi lactis aut ſpumę formã accipit.ſequẽti
bus tribus eſt inceptio lineaꝝ & punctoꝝ veſiculaꝝ.poſt hęc dieb⁹
ſex penetrat in toto ſanguinitas. Sequẽtibus duodecim ſolidatur in
carnẽ & extendit̃ humiditas nuche.Deinde poſt dies nouẽ ſeparatur
caput ab humeris & extremitates a lateribus & ventre:& uſq; ad ꝑ
fecta mẽbroꝝ lineamenta format̃: ut ꝗttuor ſequẽtibus diebus ſin/
gula diſcerni poſſint.Primũ tamẽ membra principalia formantur ꝗ
ſunt cor/epar/ cerebrũ & ſeruiẽtia.ut umbilicus:ſtomachus:teſticu/
li:dehinc his propinꝗ.ultimo manus pedes & reliꝗ.Conſtat eñ hu
manũ corpus multis diuerſiſq; mẽbris videlicet venis:neruis:arterijs


pulmo
cor
epar
ſtomachꝰ
ſplen.
ren.
ren.
Veſi=
ca

laceꝛtis/muſculis/oſſibus/cartilaginibus /adipibus/ carne. cute in/
ſuper & q̃ttuor humoribus:q̃ ſunt Sanguis:Flegma:Cholera & Me
lancholia. Ex his autẽ cętera q̃ ſunt cor:epar:cũ alijs in humana effi
gie cõſpectis:conſtant quarꝫ creationes ꝑ virtutes quas quidã digeſti
uã/formatiuã/aſſimilatiuã & cõcauatiuã nominãt: ſpeciali⁹ diſtin/
guere epitomatis breuitas faſtidit. Verũtñ hoc ſilẽtio trãſire nõ licet
ꝙ organiſatiõis motus ſil'r & partus tẽpora variant / ſi eſt calor for
tior & cõplexio melior. Vñ corp⁹ viri citi⁹ formaṫ corpe mulieris. Sed
rurſus ĩ utroqꝫ eſt diuerſitas. Nã maſculi corpus ad minimũ in.35.die
bus formaṫ. & in tali motus vitalis incipit die ſeptuageſimo : partus
vero in menſe ſeptimo expleṫ. Si vero corpus q̃drageſima die forma
tum ſit: motus eſt die octuageſimo & partus in menſe octauo : & illi
frequẽtius moriunṫ. Quod ſi corpus in.45.cõpleatur die: mot⁹ erit
die nonageſimo/& ꝑtus menſe nono. Corpus aũt fœmellę nunq̃ añ
q̃drageſimũ diem/ſed cõmuniter q̃drageſimo quinto cõpletur: & in
tali motus die nonageſimo/& ꝑtus menſe nono ſeqtur: qui eſt cõmu
nior & partui cõuenientior. Vñ in.2.Macha.c.7.legimus matrẽ ſeptẽ M:
fratrũ uni dixiſſe. Fili mi miſerere mei q̃ te in utero.9.mẽſibus portaui.
ſic Sapiens ait decẽ menſiũ tꝑe coagulatus ſum in ſanguĩe.ſapiẽ.c.7
Si aũt corpus.50.die ꝑfectũ ſit motus in cẽteſima/& ꝑtus menſe deci
mo ſequiṫ. Natũ tñ fœmelle corpus citius q̃ꝫ maſculi cremẽtũ ꝑfectũ
attingit. Patet itaqꝫ iuxta Macro.doctrinã de ſomno Scipiõis quõ dies Ma
qui ſunt ab hora conceptionis uſqꝫ ad diem motus triplicati/natiuita
tis menſem indicant: menſi cuilibet.30.dies tribuendo. habent enim Ar
omnia aĩalia certũ pariendi tempus ſcribit Ariſto, homine dempto, dea

Tꝑus formationis fętus motus & ꝑto

De nutrimento fœtus in utero materno. De Secũdina & venenoſitate ſanguinis mẽſtrui mulieris. Capitulum.xxxix.

DIS. Fœtus in utero unde cremẽtũ ſumit? MAG. In muliere gra
uida cõceptu/menſtrua cõſueta fluere deſinũt: & in tres parti
untur ꝑtes quarꝫ una ad mamillas tranſit: in quibus in lacteã
ſubſtantiã decoquiṫ. Secũda in epate matris ꝑfecte digeriṫ. Tertia q̃
ſuꝑfluitas eſt ſtat donec hora veniat ut expellaṫ. De prima infans na
tus paſcitur/de ſecũda in utero fœtus a die motus cibari incipit & au
getur/nõ tamẽ eam ꝑ os/ſed ꝑ venas q̃ in umbilico ſunt quib⁹ & ma
tri iunctus eſt: ſumit. Cũ aũt hic ſanguis mẽſtrualis optime ſit digeſt⁹
ſuꝑfluitates nullas/niſi urinales paucas in alendo fœtum relinquit: q̃
inter pelliculas circa ſecundinã recipiunṫ: & in natiuitate ſimul expel
luntur. DIS. Secundinã quid dicis? MAG. Folliculũ in quo fœ
tus cõtinetur & ſequẽdo cũ eo naſcitur/unde & nomẽ ſortitur, hic per
cotilidones matrici alligaṫ. Eſt & alius pãniculus cui nomẽ biles: qui
dimidiam ꝑtem fœtus circũdans/recipit aquoſitatẽ urinalẽ ex vena

ſecundina

Biles

umblicali. Eſt & tertius pānicululus quē abgas nominā̄t: qui totum fę tum circū̄dat. Neceſſarius eſt autē hic folliculus p̄ter alia: ut fœtū a no ciuis cuſtodiat: maxime vero a ſanguine menſtruo indigeſto: q ſi nu dum fœtū attingeret: ſtatim necaret. cū & mulieres menſtruoſę ſolo viſu ſpeculū nouū macula rubea depingā̄t: & tenerum infantē inficere poſſint. unde & nō̄nunq̄ guttulę q̄dā ex eo infantē cō̄tingētes / macu las rubeas in ipſo cauſant: quas nec etiā p cutis excoriationē deleri cō̄ tingit. Hic ſanguis in viris ꝓpter calorē fortiorē ſupflua digerentē nō̄ eſt: & ſi quod reſidui eſt in pilos tranſit. Abgas

De Gemellis / monſtris / & abortiuis fœ- tibus. Capiulum. xl. DIS.

Vce clarius q̄ volui tradidiſti. Sed reſtat ut cauſas diuerſitatis
I ſexuū / gemellorꝝ / monſtrorꝝ / & abortiuorꝝ ędoceas. MA.
Audiſti ſeminū cō̄ceptionē eſſe in matrice. hęc autē (ut aiunt) ſeptem diuiſa eſt interſticījs: quorꝝ tria ad dexterā / tria ad ſiniſtrā / & unū in medio collocatur. dextera autē ſiniſtris calidiora ſunt: ſimiliter & ſemen teſticuli dextri / ſemē teſticuli ſiniſtri in calore ſuperat. Si itaq; ſemen teſticuli dextri in unā ex cellulis dextrę partis ceciderit mas / ſi autē ſemen teſticuli ſiniſtri in unā de cellulis ſiniſtrę partis recipiatur fęmella generatur. Si vero ſemē teſticuli dextri in partē ſiniſtrā cecide rit: virago concipitur: & cū ſemē teſticuli ſiniſtri in partē dextrā tranſ fertur: vir effœminatus naſcetur. In mediū vero interſticiū cū ſemen recipitur: fœtus ex utroq; genere ꝑmixtus naſcetur: quē hermaphro ditū dicimus. Si autē ſemen ſit multū / & in duas cellulas diuiditur ge melli naſcuntur qui tn̄ quandoq; ſed raro / duplici coitu cō̄cipiuntur Similiter ſi ſemen plus debito aut deficiat: aut abundat: aut indebito ordine cō̄cipiatur: aut diuerſę ſpecies cō̄miſceantur. vel etiam ſi coitus ſup coitum fęcū̄dum iteratur / fętus mō̄ſtruoſus naſcetur. Fetus autē nō̄nunq̄ ex inordinato motu / ſaltu / cibo / potu / vehemēti terrore ma tris: alījs quoq; pluribus cauſis ante aut poſt completā organiſationē interficitur: qui eiectus a matre aborſus ſiue abortiuus dicitur. Lepro

fęmella
virago
effęmiat⁹
herma/
phrodit⁹
gemelli
monſtrū
abortiu⁹
Leproſi

ny. ſi vero & elephantici (ut ait Hieronymus ſup Ezechielem) tunc naſcū
ch. tur: cū vir cum muliere tempore menſtruorꝝ cō̄miſcetur cauſas alias ſi q̄ ſunt non excludit. DIS. Eſt & aliud cuius cauſaꝫ pandas quæſo unde ſcilicet infans nonnunq̄ plus uni parentū q̄ alteri: interdū vero nulli aſſimilatur in effigie? MA. Huius rei cauſam non oēs eandem aſſerunt. Sed ſi rē ꝑpenſius conſiderabimus: aſſimilationis cauſas / vir tutem generantis calorem / fortitudinē / & imaginationē inueniemus
o. Quarum ultima / patriarcha Iacob in diſcolorandis ouibus nō imꝓ uide p varietatē virgarum uſus eſt. Inhæſerat em̄ (ut ait Auguſtinus) animæ illorꝝ diſcolor fantaſia ex contuitu variarum virgarū p oculos impręſſa: quę nō potuit niſi corpus quod ſic affecto ſpiritu aīabat /

ex compaſſione cõmixtionis afficere/ unde teneris fœtuũ primordijs colore tenus aſpergeretur. Sic repertę ſunt mulieres q̃ æthiopes ni/gerrimos perent/cum uterq; parens candidior eſſet. quia tales imagi nes in cubilibus depictas coitus hora cõtemplabantur. Quod autẽ de virtute generantis/calore/& fortitudine ſeminũ dictum eſt: nõ mo do de matre/ſed etiam de patre intelligi debet. Mulier equidem non modo paſſiue (ut quibuſdam viſum eſt) verũetiam actiue ad prolis generationẽ concurrit. teſte Ariſto. li. de animalibus. Attamẽ ſemen viri actiuitatis maioris reperitur. in eo nanq; igneitas & aeritas. in ſe/mine vero mulieris aqueitas & terreſtreitas vincũt/ unde ſperma viri ſe habet ad ſperma mulieris ut coagulũ ad lac. ob id dictum eſt Sperma viri qualitati/& ſperma mulieris quantitati infantis congruit. Hęc autem miſſa facientes: in partu huic libro finem imponamus.

De Partu infantis. Capitulum. xli. MAG.

C Vm itaq; infans tempus ſuum in utero materno expleuerit nu mero ſupradicto: natura inſtigante fortitudine ſua neruos qui bus matri alligatus eſt embrio rumpit / via qua conceptus eſt ſuper caput/ manibus ſuper coxas extenſis/ mundum ęrumno ſum ingreditur. Interdum vero nõ ſine periculo in latus/ aut pedibus aliqui naſcuntur/& tales niſi ſagax obſtetrix verterit cõmuniter peri clitãtur. DIS. Qua de re infans mox natus doloris & fletus vocẽ emittit? MMG. quia frigus inconſuetũ ſentit. & crudas tenerrimę carni admouere manus abhorret/ quemadmodũ caro ſauciata. unde in aqua calida poſitus cõpeſcitur. Aut quia quid malorũ ĩgreſſus ſit prophetat quodãmodo. unde & marem A/ fœmellam vero E/ vagi re dicunt: quaſi ꝓthoplaſtos noſtros Adam & Euam inculpantes: qui & ſibi & nobis iuſticiam originalẽ ammittentes has miſerias me ruere. Solus autem Zoroaſtes (ut refert Auguſtinus) natus riſit. nec ei boni monſtruoſus riſus ille portendit: nam magicarũ artium per/ hibetur fuiſſe inuentor: q̃ quidem illi nec ad pręſentis vitæ vanam fœ licitatem contra ſuos inimicos prodeſſe potuerunt. A Nino quippe rege Aſſyriorum cum eſſet ipſe Bactrianorum rex bello ſuperatus eſt. Hactenus de origine rerum naturalium/ & modo naſcendi ho/minum in hanc vallem lachrymarum.

Zoraſtes ſolus na/tus riſit.

Ar

Sap

Au ci. 21.



De ſex ętatibus quibus tota vita homi nis metitur. Capitulum. xlij. MAG.

q

Vid autem poſt hæc circa naturam hominis agatur / pacientię exemplar Iob clara voce depromſit in hæc verba. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſerijs: qui quaſi flos egreditur & cōteritur / & fugit velut umbra / & nunq; in eodem ſtatu permanet. Variatur equidem per ſex ętatis gradus qui ut ſcribit Iſidorus in ethimologijs: ſunt infantia ab ortu infantis uſq; in ſeptennium. Hinc puericia uſq; in annum quartumdecimum. Abhinc adoleſcentia generationi apta uſq; ad annū vicęſimūoctauū ab eo iuuentus omniū ętatum firmiſſima uſq; in annum quinquageſimum. Grauitas q̄ eſt declinatio a iuuentute in ſenectutem anno ſeptuageſimoſecundo finitur. poſt has quantumcūq; vitę eſt ſenectuti deputatur. Hinc & regius propheta. dies annorum noſtrorum ſeptua/ginta annis: Si autem in potentatibus octoginta anni: amplius eorū labor & dolor. Hæc de hominis ortu: ſcire perutile / ignorare vero turpe: quis eſt qui ignoret? Cæterum ſi quid aliud te moueat / alio volumine cōmodius pertractabimus. Nunc iuxta illud Ambroſianum Artus ſolutos: nocturna quies laboris reddat uſui / menteſq; feſſas alleuet. vale. DIS. & tu ſemper bene valeas.

Etates hominis ſex

Finis libri noni.

Liber decimus de Anima & potentijs eiuſdem Tractatus primus. De opinionibus phõꝝ circa naturam animę. Capitulum primum.

DIS. Salue preceptor colendiſſime. MAG. Et tu ſemꝑ ſaluus
ſis fili. Vnde eſt ꝙ ꝑter ſolitũ ante Solis ortũ greſſu celeri ad
uenis? Sane ne oĩa q̃ heſterno veſperi de humani corporis
generatiõe diſſeruimus intelligis? DIS. Sane oĩa: ut vide
re videor. Vnum eſt aũt me iudice ſcitu digniſſimũ: de cuius natura
plurima cõiectans: totam pene noctẽ inſomnẽ duxi: formidãs vehe
mentius/ne fortaſſe id ſilẽtio tranſire decreueris. Eſt aũt (ne lõgiori/
bus ambagib⁹ utar) q̃d viuẽtibus vitã & motũ ꝑſtat. MAG. non
ab re hoc ſcitu digniſſimũ iudicas: de q̃ ferme totius mũdi ſapiẽtes re
troactis ſęculis dubij/diuerſa poſteris reliquere opiniõis ſuę monimẽ
ta. nõ q̄a tale aliq̄d eſſe dubitarẽt. Quãdoquidẽ (ut ait diu⁹ Auguſti
nus li. x. de Trini.) etiã ſi q̄s dubitat/viuit ſi dubitat/unde dubitet me
minit: ſi dubitat/ dubitare ſe intelligit. Sed quę eius natura ſubſtãtia
ue ſit in dubiũ verſum eſt. Vnde q̄dam (inquit Auguſtinus) id cor/ Opĩones
poris animã exiſtimabãt/ q̃d amplius valeret in corpore ut Empedo de Anĩa
cles & Ericates opinati ſunt. Alij ſanguinẽ: alij cerebrum: alij cor eã in genere
eſſe putauerũt: alij ex minutiſſimis indiuiduiſq; corpuſculis: q̃s atho quid ſit
mos dicunt: cõcurrẽtibus in ſe atq; cohęrẽtibus eã confici crediderunt
Alij aerem: alij ignem ſubſtantiã eius eſſe dixerũt. alij eam nullã eſſe
ſubſtantiã: quia niſi corpus/ nullam ſubſtantiã poterant cogitare &
eam corpus eſſe non inueniebant: ſed ipam tempꝑationẽ corporis no
ſtri vel cõpagem primordioꝝ quibus iſta caro tanquã cõnectit̃ eſſe
opinati ſunt. eoq; omnes eam mortalẽ eſſe ſenſerũt. quia ſiue corpus
eſſet / ſiue aliqua compoſitio corporis / non poſſet utiq; ĩmortaliter
permanere. Qui vero eius ſubſtantiã vitam quandã nequaquã cor
poreã ſed vitã omne viuũ corpus animantẽ ac viuificantẽ eſſe repꝑie/
rũt: cõſequenter & ĩmortalem (q̄a vita carere vita nõ poteſt) ut quiq;
potuit ꝓbare conati ſunt. DIS. Quæ huius dubietatis cauſa tam
ingens: ut tot ęleuata ſapientum ingenia attonita redderet? MAG
hęc nimirũ. quoniã cum omnis noſtra cognitio a ſenſibilibus ortum
habeat. ſpirituales autẽ ſubſtantiæ/de quaꝝ numero eſt ea quę viuẽ
tibus vitã & motũ largitur/ ſenſibus non ꝑcipiuntur: facile non erat
niſi ex opꝑatiõibus ad ſubſtãtię illius cognitionẽ dęuenire. unde & ex
his pene omnes poſitionis ſuæ argumenta ſenſere. Qui enim eam Opĩonũ
principalẽ aliquã corporis ꝑticulam dixerũt/ inde moti ſunt: ꝙ ab ea diuerſitas
principalius motũ aut ſenſum originari credebãt. Qui vero eam ſan
guinẽ/humorẽ/aerẽ/vaporẽ/ ignem: aut aliud huiuſmodi corporũ
putauere: cõſiderabant: quia ſine calido & humido vita eſſe nõ poteſt
Qui aũt ipam ex elemẽtis omnibus aut numeris cõpaginatã tradi/

dere ea ad vim intellectualem. cuius eſt omnia diſcrete cognoſcere referebant. Quorꝫ ſingillatim deducēdi argumēta hic locus nō eſt: ne epitoma opus in īmenſum accreſcat: breuibus autē & planis ſermo/nibus ipſam ad mentē peripateticorꝫ quorꝫ principatū Ariſtotel' tenet deſcribā: dehinc vero quid religio noſtra ex his: pręſertim autē de intellectiua recipiat: quidue reſpuat cōmemorabimꝰ. DIS. Optime.

De quidditate animę: gradibus viuendi/ & tribus animarum generibus. Capitulum. ij. MAG.

Riſtoteles p̃memoratas de natura aīę poſitiones li. 1. quē de
a anima inſcribit ęnumerans/eas tanq̄ a veritatis tramite dęuiantes abijcit: & conſequenter opinionē ſuā hac definitione ex/plicans ait. Anima eſt actus primus ſubſtantialis corporis: phiſici or/

Anima

ganici: vitam habētis in potētia. Anima inquit (actus eſt) id eſt for/ma: quia actuat & informat corpus. adiūgit autē (primꝰ) a quo actꝰ ſecundarij qui ſunt operationes vitales: ut ſentire videre & ſimiles īmediate p̄cedunt. Subſtantiales vero adiecit: ne animā formā accidentalem crederemus. ut ſunt ſcientia & albedo: ſed ſubſtantiā p ſe ſubſiſtētem: ex qua & corpore cui iuncta eſt unum p ſe ens conſtituitur. un/de ſequitur (corporis) non autē artificialis ut eſt ſtatua. ſed quod ſubiungitur (phiſici) id eſt naturalis in quo cū diuerſas habeat exercere vitę operationes: partium in ſitu & figura diſcretionē expoſtulat. hinc additur (organici.) Huiuſcemodi vero corpus a natura (ut heſterna luce in calce li. noni docuimus) formatū in potentia eſt: ut vitā id eſt animam recipiat. adiunctum eſt ergo (vitam habentis in potentia.) Quod nonnulli ita intelligunt: ut corpus organicum informatū vi/ta prima/ quę eſt anima/ in potentia ſit ad vitam ſecundam id eſt vitales operationes ſcd̄m diuerſos viuendi gradus: qui ſunt vegetare: ſen/

Gradus viuendi
alia anię definitio

tire/ mouere ſcd̄m locū & intelligere. hos in alia animę definitione ex/plicans ait. Anima eſt principiū quo viuimus/ ſentimus/ mouemur ſcd̄m locum/ & intelligimus primū. DIS. Et hanc expoſitionē planiorem reddas. MAG. Plana eſſe videtur ex dictis: ni forte hoc te moueat quia nō omne animatum ſentit: moueť ſcd̄m locum aut in/telligit. DIS. Hoc ipſum eſt quod dubietatis ſcrupulum iniecit. viuunt em̄ (ut aiebas) plantę: nō autē ſentiunt nec progrediuntur lo/caliter.

ſi plantæ ſentiant

MAG. Num ſentire videntur frigora & calores intenſos a quibus etiam ſe contrahunt/ debilitantur/ marceſcuntꝫ & niſi horū exceſſus temperamentū acceperint totam plantæ harmoniā corrumpunt. quo facto animā eius deficere/ ipſamq; plantam ęmoriri neceſſe eſt. DIS. Ita eſſe experientia teſtatur. MAG. Non ergo ſupe/riorum p̄fectiones omnimodo ab inferioribus negandę ſunt. Sicut em̄ inferiorum perfectiones in ſuperioribus inueniuntur: gradu ta/men excellentiore: ſic & ſuperiorꝫ in inferioribus gradu cernunť ob/

ſcuriore.in qua re/mira totius uninerſi partiū harmonia attendit/ &
gratiſſimę ſpeculationi materia copioſe miniſtrat:ſed nunc ad incepta
redeundū eſt. DIS.Non itaq; plantas eo modo quo animalia ſen/
tire aſtruis. MAG.probe.Nec philoſophi oēm animā corpus ſuū
omnibus viuendi gradibus viuificare intelligūt.vegetatiua nāq; viui
ficādo vegetat.Senſitiua viuificādo & vegetat & ſentire dat: cui ut in
plurimū ſcđm locū mouere cōiungit.Intellectiua autē oīm harū pfe/
ctiones in ſe cōplicans:corpus q̊d informat:viuificādo vegetat:ſenſi
bile reddit:localiter mouet & intelligit. DIS. Tria itaq; animarū ge nera diſtinguis vegetatiuū ſcʒ & ſenſitiuū/& intellectiuum. MAG. Recte.verūtñ nō omnia ſimul diſcutienda ſuſcipiamus: ne ordine rerū pretermiſſo ſingulorū naturas nō explicare: ſed implicare magis vi/
deamur. DIS.Singillatim igitur hæc percurramus: primum autē
vegetatiuam animarum infimam aggrediamur.

Animarū genera tria ſunt

De Anima vegetatiua & potentijs eiuſdem de nu-tritiua & digeſtionibus. Capitulum.iij. MAG.

Nima vegetatiua vis quędā eſt in viuentibus: conuertens ali
a mentum in ſubſtantiā aliti:ut ipſum in eſſe conſeruet:ad quā/
titatem debitam ꝑuehat:& ſimile in ſpecie generare tribuat. In
hac deſcriptione tres vegetatiuę potētię exprimunt:quę ſunt nutriti/
ua/augmētatiua/ & generatiua:quarū & actus & obiecta differunt.
Nutritiua (cuius ſunt tres actus apponere/unire/aſſimilare:cui & alię
quattuor potētię miniſtrant ſcđm Auicenā) p attractiuā vi caloris &
ſiccitatis/alimentū naturę aliti couenies potētia hoc aliqd attrahit.Per
retentiuā vi ſiccitatis & frigoris attractū donec alteret & digerat reti/
net.Per digeſtiuā vi caloris & humiditatis retentū alterat & digerit.Per
expulſiuā vero vi frigoris & humiditatis digeſtū impurū a puro ſegre
gatū expellit.unde viuens ſumptū alimentum dentibus in ore cōterit
contritū ſtomacho infundit qui miſſum decoquēs/decoctum magno
cuidā inteſtino q̊d duodenū vocant tranſmittit:id rurſus ab illo p in/
teſtinū ieiunū/ cui coniungunt ſubtiles q̄dā venæ quas miſaraycas
dicunt/ad epar uſq; ꝑuenit ſuꝑfluum p longationē egerit.In epate ſe
cunda celebrata digeſtione/humores quattuor ſegregant.Quod eīn
calidum & ſiccum eſt cholerę rubeę deſeruiēs partim ad ciſtā vellis:
id eſt cholerę:& q̊d frigidū & ſiccū melācholię aptū partim ad ſplenē.
Quod autē frigidū & humidū flegmati cōgruum parti ad pulmonē
(ut nōnullis placet) trāſmittit.Quod ꝟo calidum & humidū in epa
te in ſanguinē mutat.Suꝑfluū hui⁹ digeſtionis p venā kilyn q̄ ſpinæ
adiacet ad renes deſcendit/per quos colatū ad veſicam:& inde p vir/
gam eijcitur. Sanguis in epate generatus per venas maiores ad mi
nores uſq; ad capillares ad ſingula membra diffunditur in quibus ul
tra digeſtus & in humiditates ſecundas conuerſus ea nutrit.hui⁹ tertię

Anīa vegetatiua

Potentię aīę vegetatiuę nutritiua

Digeſtio prima

Digeſtio ſecunda

Digeſtio tertia.

digeſtionis ſuꝑfluitas: partim ꝑ ſudores ęmittitur/ partim ꝑ epar ad
vias urinę reuertitur: & membroꝝ diſpoſitionē phiſici per tres inter
capedines quas in urinali vaſe conſiderāt ſuo modo denūciat. Verūtñ
quod de humoꝝ ſegregatione dictū eſt: nō ſcdm ꝓciſionē accipiendū
puto, ut nihil cholerę melācholię aut flegmatis ſanguini admixtū re/
maneat. nā dictos humores īeſſe ſanguini extracto ꝑ venas experiētia
docet. ex corruptiōe etiā eorundē in venis ægritudines & febres diuer
ſas phiſici teſtanť. Vñ in generatiōe humoꝝ naturaliū cuiuſlibet pars
cū ſanguine vadit ad abilitādū ſanguinē/ad nutriēdū mēbra talis de/
noīationis cui⁹ humor: ſed quidē ſuꝑior ad mēbra vadit gratia neceſ
ſitatis & unitatis. ut Auicēna ca. de humoribus. Patet itaq; nutritiuā
in ſingulis membris operari q̄ꝺdiu alitum viuit: ſed diuerſe. nam dū
Corporis augmen/tatio. fortis eſt in principio/plus de alimento cōuertit in aliti ſubſtantiam
q̄ꝺ calor abſumpſit. & tunc quidē augmentatio fit. Poſthac non plus
ſed tantum quantū deperditū eſt reſtaurat. & eſt ſtatus. Deinde debi
Status diminutō lior effecta: nec deperditū quidē reſtaurare poteſt fitq; aliti corporis
diminutio. Demū ea totaliter deficiente ipſum viuens quoq; interire
Viuens mox na/tū mori incipit. neceſſe eſt. hęc cauſa deſtinctionis ętatū. Et ſi rem ꝓpenſius conſide/
remus viuens mori incipit. ex quo eſſe accepit. Humidum nanq; ra
dicale membris radicalibus inbibitū in quo vita vehitur/ reſtaurari
nō poteſt: ſed per appoſitionē humidi nutrimentalis impediri ne citi⁹
conſumať. unde queādmodū in lychino olei pars inbibita continua
actione caloris diminuiť: ſed ne ſubito tota cōſumať ꝑ infuſionē olei
quod ignis in pabulum attrahit impediť. Sic & in viuente eſſe natu/
rales docuere. Paulatim igiť humido radicali deficiente viuens mor
ti appropiat: donec toto abſumpto vita ut ignis lucernę extinguatur
licet hoc humidū ꝑ viam ſuffocationis factū extraneū/ mortē cauſet
ſed hæc accidentalis ſuperior naturalis.

De Augmentatiua potentia: & q̄ꝺ cuiuſlibet rei certus eſt terminus augmēti: decrementi: & durationis. Capitulum quartum. MAG.

Potentię augmen/tatiuę. Incorpo/ratiua aſſimila/tiua Vnitiua

a Vgmentatiua quod purum eſt ultimę digeſtionis & potentia
quantū in aliti ſubſtantiā vertit. Subſunt autē eidem potentię
tres. Quarū prima incorporatiua q̄ alimentū in longū latum
& ꝓfundum extendens: quod cuiq; membroꝝ deeſt diſtribuit: quod
plus eſt aufert/& alteri addit. unde quorūdā viuentiū aliqua mēbra
in principio magna ſunt: & paulopoſt minora fiūt. Secunda aſſimila
tiua eſt ſingulis membris aſſimilans. Tertia unitiua/ quæ aſſimilatū
partibus aliti unit. ut carnem carni/os oſſi. & ſic de alijs. Calor equi/
dem naturalis continuo agens in corpus viuentis/nōnullas partes cō
ſumit: & ſub effeta cute poros vaporibus impletos relinquit: hos vir
tus unitiua expulſis vaporibus/alimento aſſimilato obſtruit: quod ſi

augmēta tio natura ꝗ̄ quomo do fiat

tantum ſit alimentum partes poroſas extendit/partem etiam extre/
mitatibus adgenerat. Operatur autem augmētatiua non vi caloris
ignei:cuius eſt digerere/eutrogenia diſiungere & homogenia aggre
gare:ſed vi caloris viuificatiui hoc eſt naturalis:cui aſſimilatur calor
ſolis:& vi caloris alteratiui diſponentis alimentū ad formam carnis/
medullę:oſſis &c.Et hic eſt calor animalis.Per frigus autem mēbra
coagulat.Per ſiccum continuat & cōſolidat.Per humidū retinet & ter/
minat.Eſt autem huius potentię oꝑatio a principio viuētis:donec cer/
tam & ſuę ſpeciei cōuenientē quantitatē attingat.Omniū em̄ a natu/
ra conſtantiū certus eſt terminus augmēti & decremēti & durationis
periodus.Ignis autē crementū &ſi per appoſitionē cōbuſtibilis in in
finitū poſſe ꝓgredi videatur:natura tñ hanc appōem non admittit. Si
em̄ omnia eſſent aut ignis/aer/aqua aut terra:ſubmotus eſſet decor
uniuerſi:quē in proportiōe quadā harmoniaca ꝑtium/& in quātitate
& in qualitate cōſiſtere ex dictis manifeſtū eſt.Non ſolum autē in ele
mentis/ſed etiam in his quę ex elementis conflata ſunt corporibus.

ignis non nutritur

Quod ſi ænucleatius rem perpendimus:ignem nec nutriri proprie
nec augeri inuenimus. non em̄ idem ignis numero cōburens & ex
combuſtibili genitus/ſed priore corrupto alius ſuccedit.

De Generatiua potentia. Quoꝝ ſit generare ſibi ſi mile:& omnia creata/creatoris exēplata ſunt in perfectione diuerſa. Capitulum.v. MAG.

generatiā ſeminatiā īmutatiā plaſma tiua.

(g)Eneratiua alimentū depuratū & in potentia animatū/per ſe/
minatiuā in ſemen deſcindit.in quo ſunt omnia totius mēbra
nō quidē corporis mole/ſed vi cauſali.Per īmutatiuā ſemen
deciſum in ſanguinē/ſanguinem in carneam & embrionis ſubſtan/
tiam tranſmutat.ꝑ plaſmatiuā autē(alias informatiuā)ſingulas ꝑtes
ſuis figuris & formis diſcriminat. ꝑ calidum quippe & humidū mol
lia creat.ut ſunt caro/adipes & medullę.ꝑ calidū & ſiccum cōpoſitio
ra.ut cor in animalibus:& radices in plantis. ꝑ frigidū & humidū ex
teriora.ut pilos & folia.ꝑ frigidū & ſiccum ſolidiora.ut oſſa & cortices
cœloꝝ accidētibus influētijs plaſmat. Tempus inceptionis & deſiti/
onis operationū huius potentię libro pręcedēti expoſitū eſt.Neceſſa
ria eſt autem hęc potentia viuētibus: ut indiuiduū quod ſe in nume
ro cōſeruare nō poteſt/in ſpecie ſaluetur. Hoc em̄ omniū viuentiū
naturaliſſimū operum Philoſophi acclamant.Omnia nempe creata
Creatoris quædam exemplata ſunt:in quibus potentia/ſapientia/&
bonitas eius ut per ſpeculum & ęnigma contēplatur/in alijs quidem
clarius.ut in Intelligentijs & hominibus: in alijs minus.ut in cęteris
animantibus.In quibuſdam vero obſcurius.ſicut in inanimatis.De
us enim(inquit Aurelius Auguſtinus li.xij.de ciui.dei)ſumma eſſen
tia eſt;& alijs eſſe dedit;ſed nō ſummū/his amplius/alijs minus atqꝫ

Gradꝰ rerū ænūerantur.

naturas eſſentiarum gradibus ordinauit. Vnde in ordine uniuerſi vir/
tus virtutum in intellectibili: hęc in intelligentiali/ quæ rurſus in ratio
nali. Hæc in imaginatiua/ quę rurſus in ſenſitiua. hęc in vegetatiua/ q̄
rurſus in minerali. Hęc in elemētatiua: q̄ demum in chaos cōfuſo oc/
cultatata conſpicit̄. tali nimiꝝ ordine per aſcenſum/ inuiſibilia dei per
ea q̄ facta ſunt intellecta conſpiciunt̄. Quid enim (inqt idem li. xi. de
tri) non pro ſuo genere/ ac pro ſuo modo habet ſimilitudinē dei? Sed
hic cibus ſolidus eſt grandiū: non lac paruuloꝝ. Vnde digreſſi ſumꝰ
reuertamur. Vnumquodqꝫ igitur creatoꝝ nititur ſe aſſimilare ſuo cre
atori modo perfectiore. generaliter autem in eo quod eſt ſemper eſſe
Omne enim quod eſt (inquit Auguſtīus de Ciuitate. dei libro xi) na
turaliter deſiderat ſuum eſſe conſeruare: ita ut miſerrimi nolint interiri
ſed potius miſeriā eorum auferri. In viuentibus autē cum viuere ſit
eſſe/ animata pro modulo capacitatis ſuę naturę ſemper viuere/ ſaltē
in ſubſequentibus generationibus contendunt. Hanc non minimam
parentū ad prolem amoris cauſam ſcriptura ſæpius cōmemorat. ve/
rumtamē poſteritatis conſeruatio per generatiōes/ nec omnibus ani
mantibus: ſed perfectis tantū: nō orbatis: nec ſpontaneā generationē
habentibus perfecte competit. Tenes ne fili quę modo digeſta ſunt?
DIS. Teneo. apertiſſime enim ſingula proſecutus & nulla penitus
circuitione uſus es: ut quęſtionū ſtimulis te excitatū iri ſuperuacane/
um quidē/ indefeſſa autē aure cuncta potius auſcultanda exiſtimarē.
MAG. Sēſitiuā igit̄ ſi placet ſib̄i ꝑcurramꝰ cōpendio DIS. placꝫ.

Libri decimi Tractatus Secūdus incipit. De Anima ſenſitiua & obiecto eius. quę ſenſibilia propria: cōmunia: per ſe: & per accidēs/ ſi ſubſtantia ſentiri poſſit. a quo fiat ſenſatio. de ſenſu actiuo & paſſiuo. Capitulum primum. MAG.

Anima ſē Enſitiua anima ea eſt quę foris & intus/ rerum corporalium
ſitiua ſ formas corporeas pręſentium & abſentiū percipit. In hac de/
ſcriptiōe: & obiectum & potentię ſenſitiuæ animę innuuntur.
de illo autem prius: de his vero poſterius dicendū. DIS. Obiectū
ergo ſenſitiuę quod dicis? MAG. Rem corporalē per ſpeciem ſenſi
bilem. Senſibile autē eſt: quod natum eſt ſenſu percipi. & bifarie di/
Senſibile uiditur. Quoddam em̄ per ſe: quoddā ꝑ accidens ſentitur. Per ſe qui
per ſe. dem ſenſibile ſentitur: quod per propriā ſpeciem ſenſum īmutat: vel
per accn̄s unum tantū/ & eſt ſenſibile propriū. ut color viſum. ſonus auditum.
propriuꝫ vel plures ut numerus: motus: magnitudo/ figura/ & tempus. Mag
nitudinem em̄ nō modo vidēus: ſed & tangimus. ſic figura & reliqua
ſenſibilia a pluribus ſenſibus percipiuntur propter ſenſum cōmunem cui par
cōmunia ticulares ſenſus participant. ideo ſenſibilia cōmunia dicūtur. nec tamē

ſunt ita ſenſibilia per ſe ut ſine alio ſenſum ĩmutare poſſint:ſed cũ ſen/
ſibili per ſe mouent ſenſum. magnitudo eñ ſine colore nõ uidetur:nec
ſine qualitate tangibili tactu ꝑcipitur. aereꝫ nãqꝫ magnum non vide
mus: nec orbeꝫ cœleſtem (ut aiunt) tangere poſſumus:eo ꝙ aer co
loris / & orbis cœleſtis peregrinis expers ſit impreſſionibus/ tamen
per propriam ſpeciem ĩmutat. ut tenet Truſꝫ.2.teg. Senſibile per ac/
cidens vero eſt: quod non per propriã:ſed alienam ſpeciem ſentitur
ut campana per ſpeciem ſoni auditur/ & lapis in ſpecie coloris oculo
cernitur. Hoc autem ex eo eſſe dinoſcitur ꝙ ſubſtantię per proprias Subſtan/
ſpecies ſenſum ĩmutare neutiqꝫ poſſunt. cuius quidem manifeſtiſſi/ tia ꝑ pro/
mum indicium eſt: ꝙ pręſentiã ſubſtantię panis ante conſecrationẽ/ priã ſpeci
& eius abſentiam facta conſecratiõe ſenſu nõ ꝑcipimus. Sunt aũt qui em noſcũ
ſubſtantiaꝝ ſpecies cũ accidentalib⁹ multiplicari/ & intellectui tanqꝫ tur
potentię ꝓportionatę præſentari opinãt. DIS. obiectũ ne an ſen
ſus ſenſationẽ cauſat? MAG. neutrum ut cauſa totalis: utrũqꝫ vero a quo cau
ut cauſa ꝑtialis cõcurrit. unde Auguſtinus de tri. li. xi. ait. a viſibili & ſetur ſen/
vidente gignĩ viſio/ & hoc quidem effectiue. Inſtrumẽtaliter eñ vi ſatio
demus oculo & formaliter viſione/ pariformiter & in alijs ſenſibus
diſtĩguendũ eſt. DI. actiua igiĩ potẽtia ſenſus eſt? MAG. actiua Senſus ac
quideꝫ. quia cuꝫ obiecto ſenſatiõem efficit. Eſt & ſenſus potẽtia paſſi tiuus
ua. ut ait Ariſtoteles. vel quia in potentia eſt ad actum primũ qui eſt paſſiuus.
eſſe: & in eũ a generante reducĩ. vel quia in actu primo eſt/ & in po
tentia ad actum ſecundũ qui eſt ſentire/ in quẽ ꝑ obiectũ reducĩ. Sen
tire equidẽ dicitur/ eo ꝙ ſenſationẽ recipiat. ſiue autẽ ſenſationẽ recipi
at/ ſiue ab obiecto ĩmutetur/ ſemp patitur. Immutari eñ quoddam
pati eſt. Quod ſi a ſenſibili proportionato fiat/ ſaluatiua eſt paſſio &
iocunda/ ſi autẽ a ſenſibili excellẽti fiat/ paſſio eſt corruptiua & dolo
roſa. nam excellens ſenſibile/ ſenſum corrumpit. id eſt nõ facit diſtin
ctam & determinatã ſenſationem. DIS. una ne res eſt ſenſus acti
uus & paſſiuus? MAG. una: nomina autem diuerſa.

Quę res ſit ſpecies ſenſibilis: unde cauſata ad quid neceſſaria/ & ſi accidens ſine ſubiecto poſſit ſubſiſtere. & ꝙ ad ſenſationem neceſſarium ſit medium proportionate ęlongatum Capitulum ſecundum. DIS.

Enſibiliũ rõnes ex dictis manifeſte videnĩ: ſpẽꝝ aũt ſenſibiliũ
naturas lati⁹ deducẽdas arbitror. MA. Spẽs ſenſibilis/ qlitas Species
eſt tertię ſpẽi. Et eſt idolũ ſiue imago eius qđ ſentitur. etiam in ſenſibilis.
tentio dici ſolet nõ qa in ipam ſenſus ut in obiectũ tendat: ſed qa eſt id
per qđ ſenſ⁹ formaliter in obiectũ tẽdit: cui⁹ ipa eſt ꝓpria imago ſiu
ſimĩtudo. Vñ ſenſibile qđ ꝓpter ſui materialitatẽ in ſenſu ꝑ eſſentiã reci

non poteſt:ſui imaginẽ a ſenſu receptibilẽ ꝓducit:ꝑ quã diſcerni poſſit. Quẽadmodum ſi me petro carcere recluſo manifeſtare voluero fores carceris totus penetrare nõ valens/ſaltẽ imaginẽ meã in charta effigiatam mitto/quã ſi forte ꝑ rimulã receptã cõſpexerit:q̃lis ego ſum ſtatim agnoſcit. & quanto hęc imago mihi ſimilior/tanto petrus de pſona mea certior fit:ſic ſuo mõ de ſenſibili & eiꝰ ſpecie accipiendũ eſt. intelligis ne? DIS. Sane. ſed cum ſpecies ſenſibilis accidẽs ſit(qa qualitas)quõ de obiecto & ſenſum uſq; deueniat nõ dum manifeſtũ eſt. accidens em̃ ſubiectum ſuum deſerere:& in aliud trãſmigrare via nature impoſſibile eſſe:a te ſępius audiui:dico autẽ via naturæ: dubiũ nanq; nõ eſt/deũ accidentia abſoluta a ſubiectis poſſe ſepare:& in eſſe cõſeruare. ut credimus circa altaris ſacra myſteria. MAG. Forti argumẽto oppugnas:erroneę tñ inniteris imaginationi. Opinaris em̃ unã & eandẽ ſpeciẽ numero ab obiecto ꝓductã ꝑ mediũ uſq; ad ſenſum peruenire:ſicut nauis de ripa ad ripã ꝑ aquã defluit. DIS. Aliter tu ne ſentis? MA. longe aliter. Aut em̃ obiectum cõtinuo aliã & aliam ſpeciem ꝑ medium uſq; ad ſenſum multiplicat:aut in eodem inſtanti totã ſpeciẽ in toto medio inter ipſum & ſenſuȝ cauſat:ſi ſufficiat virtus eius. Ad ſenſationẽ itaq; neceſſarium eſt mediũ ut ꝑ ipſum ſpecies multiplicetur. Senſibile em̃ poſitũ ſupra ſenſum ſenſationẽ nõ facit. hoc quidẽ manifeſtũ in viſu. nõ em̃ videt᷑ niſi res quãta & ſub pyramide quanta/quę mediũ neceſſario requirit ne baſis & conus pyramidis coincidãt. In aliȷs autẽ ſenſibile poſitũ ſupra ſenſum facit ſenſationẽ realeȝ. ut cultellus neruũ inſcindens dolorẽ cauſat. Intẽtionalis vero ĩmutatio ꝑ ſpeciẽ ſine medio nõ fit. Neceſſaria eſt etiã debita inter obiectũ & ſenſum diſtantia:ꝑ quã virtus obiecti ſpeciẽ multiplicare poſſit. unde remotiora ſentire nõ poſſumus.

Si ſpecierum multiplicatio per mediũ ſit inſtantanea aut ſucceſſiua. Capitulum. iiȷ. DIS.

N Ec dũ oẽm de hac re tuliſti dubietatẽ. MAG. Nec id ꝑtendebã:ſed dic quid te moueat. DIS. Iſtantanea ne/an ſucceſſiua eſt haꝝ ſpecierũ ꝑ mediũ multiplicatio? MAG. Inſtantaneã ait Ariſto. contra Empedoclẽ/luminis eſſe multiplicationẽ ab oriente in occidentẽ. Sunt tñ q̱ nec totã ſpeciẽ ab obiectu ꝓduci cõtendunt:ſed ſpeciẽ in parte ꝓpinq̃ mediȷ ꝓductã/ rurſus aliã in ſequẽti mediȷ parte ꝓducere aſtruunt:& hanc rurſus aliã & aliam donec aut ad ſenſum deuentum ſit:aut ultimo producta ſpecies:propter ſui imperfectionẽ & debilitatẽ aliã ꝓducere nõ poſſit. ſemꝑ em̃ aiunt poſterior erit debilior. Hi ſpecieꝝ multiplicationẽ ſucceſſiuã: & in tꝑe fieri neceſſario fatent᷑:tp̃s autẽ illud ꝓpter ſui breuitatẽ impceptibile: & ſic inſtans dici poſſe dicunt. nõ em̃ mediȷ diuerſitas tarditatẽ efficit. eodẽ em̃ tꝑe aer denſus & ſubtilis illuminant᷑. Hęc tñ in ꝓgreſſu ſpecieꝝ dẽ

Ar
de

ſitatẽ faciũt. In occurſu nãq; medij dẽſioris aut ſubtilioris ſpẽs aut reflectunt̃ aut refrãgunt̃ q̊d q̃lit̃ aut qñ fiat facile erit eo loco q̊ de viſu loq ceperim⁹ demõſtrare. DI. Hi ergo Ariſto. inſtãs ꝓ tpe ĩ pceptibili accepiſſe arbitrãt̃? MA. Ita aiũt. cõtrariũ tñ ipſe aſtruit dicẽs ꝓpter tã tã diſtantiã poſſe ſentiri ſi ſucceſſiua eſſet luminis multiplicatio. Poſſet tñ ꝓ hac opinione dici Ariſto. cõditionalit̃ locutũ eſſe ad ſenſũ: Si lumẽ in inſtanti medio apto ꝓ luminis receptiõe applicitũ fuerit: ipm in inſtanti illuminabit. Et hoc q̱dẽ cerrũ eſt ex hoc: q̊d Aug⁹. de tri. li. vi. affirmat dicẽs. Splendor qui gignit̃ ab igne atq; diffunditur: coæuus eſt illi: & eſſet coęternus ſi eſſet ignis ęternus. Verũtñ radiũ a luce totũ & nõ partẽ genitã alterã gigni perſpectiua docet li. primo dicens. Quẽlibet punctũ luminoſi: aut illuminati: obiectũ ſibi mediũ totũ illuſtrare: ſpherice q̱dẽ/ſi a nulla parte opacũ habeat: aut hemiſpherice ſi ex una parte opacũ obſtat. unde & conſequẽter ſubiungit. oẽm punctum luminoſi hemiſpherialit̃ ſup mediũ radiare. Pars itaq; luminis a luce genita/ſi cõſequẽter aliã de ſe gigneret: nõ mõ indirectũ radiũ cõtinuare: ſed & orbicularit̃ aut hemiſpherialit̃ ſe diffunderet. & ſic obiectum luminoſum ęque in ſpeculo lateraliter & directe oppoſito reluceret: cui⁹ cõtrariũ experientia approbat. Inſtantaneã eſſe igit̃ toti⁹ ſpeciei p medij multiplicationẽ probabilius habetur.

Quomodo ſpecies cõtrarioꝶ diſtinctim ſimul p mediũ multiplicantur & in ſenſu recipiuntur. Quid umbra quid tenebra: & q̃ accidentia ſolo numero diuerſa in eodem ſubiecto eſſe poſſint. Capitulum. iiij. DIS.

Eſtat aliud q̊d ſpecieꝶ multiplicationem p mediũ oppugnat: multa nãq; ſunt ſenſibilia cõtraria q̃ ſimul a ſenſu pcipiuntur: quoꝶ ſi ſpecies (ut aſtruis) p mediũ ad ſenſum uſq; pueniunt contraria ſimul eſſe neceſſe eſt. Hoc autẽ nõ poſſe fieri ratio cõtrariorũ approbat. MA. Non eſt idẽ de ſenſibilibus & ſpeciebꝫ eorũdẽ. Species em̃ cũ habeãt eſſe ſpiritalius & a materia depuratũ: nec cõtrariant̃ nec cõmiſcent̃: ſed impmixte p idẽ mediũ ſimul multiplicant̃: ſilr & in eodẽ ſenſus organo ſimul recipiunt̃. alias albũ & nigrũ viſui ſimul p̃ſentata diſtinctim videri nõ poſſent: cui⁹ oppoſitũ experientia indicat. Vnde ꝓpõ. 7. primę partis pſpectiue dicit. Radios viſibiliũ impmixte mediũ illuſtrare. hoc autẽ facile tali experimẽto cognoſces. Sint plures candelę ardẽtes in eodẽ cubili q̊d illuminãt: quaꝶ ſi ſucceſſiue altera poſt alterã auferat̃/illuminatio continuo minuet̃: eo q̊ q̃libet candelaꝶ ablata lumẽ ſuũ tollat & a ꝓductione ipſi⁹ ĩ tali medio deſinat. Rurſus videm⁹ plures candelas circa idẽ opacũ cõſiſtentes diuerſas relinquere umbras: etiã ſimul ex eadẽ parte: ſi altera in lumine ſit vigoroſior. Vmbrã autem eſſe lumẽ diminutũ ꝓpõ. 25. primę partis p/

Species ſẽſibiles nõ cõtrariã/tur nec p miſcentur

Vmbra eſt lumẽ diminutũ

lumeñ primariū ſecūdariū Vmbra Tenebra

ſpectiue docet. Sicut em̄ lumē primariū eſt: quod a luce per radiū di/
rectū/reflexū/aut refractum gignitur: ſic quod a tali lumine naſcitur
umbra ſiue lumē ſecundariū dicitur: illud autē nō in rectū: ſed lateralit̄
diffunditur. DIS. Aliud igitur noīe umbrę: & aliud noīe tenebrę
ſignificari intelligis? MA. aliud qdē. Vmbra equidē res eſt: quia de
riuatio lucis ſecundarię. Tenebra autē oīmoda lucis priuatio eſt: & nō
aliqua res eſt. ut li. 8. c. de priuatione oſtēdimus: & fortaſſe apud nos
reperibilis nō eſt. Vmbrę autē variationē in quātitate ratione luminis
& opaci libro. 7. c. de eclipſibus ęnodauimus. DIS. memini. Verū
tamē plures ſpecies ſimul eſſe in eodē medio/dictum Ariſtotelis. v. li
bro metaphiſicę refutare videtur quo ait: duo accidentia ſolo nume/
ro differentia in eodem ſubiecto eſſe nō poſſe: lumina autē duo in eo
dem medio: ſolo numero differre quis dubitabit? MAG. Dictum
Ariſtotelis intelligendū eſt de accidentibus realibus/ abſolutis/ ędu
ctis de potentia materię: per motum naturalem. Species autē ſenſibi
les cum ſint accidentia intentionalia ſimul eſſe poſſunt. Similiter duę
in eodem patre paternitates quia ſunt ralationes: ſic & plures ſpecies
memoratorꝝ ſolo numero diuerſę ſimul in organo memorię reſeruā
tur: quia de potentia materię minime ęducuntur. Lumina quoq; di/
uerſarum candelarū: quę & ſi de potentia materię educta ſint: nō tm̄ p̄
motum: quia in inſtanti: ideo ſimul eſſe poſſunt. DI. Sane. Sed un
de eſt q̄ ſenſus harꝝ ſpecierū in medio diſcretionē nō attingit: ſed plu/
res unā iudicat? MAG. Quia numerus nō niſi varietate dep̄hendit̄
quę ſine materia nō eſt. Species igit̄ a materia plus depuratæ minus
diſcernunt̄. Hęc autē de obiecto: nunc ſenſitiuā ipſam percurramus.

ibidē poſit 25. Ariſto li. me

Plura acci dentia ſo/ lo nume/ ro diuerſa poſſūt eſſe in eodem

De potentijs animę ſenſitiuę in genere. Ca. vi. MAG

h Vius animę duo potentiarꝝ genera ſunt: unū appręhenſiuum
alterum ſc̄dm locum motiuū. De illo prius: de hoc autē poſte
rius tractandum eſt. DIS.App̄henſiuā quā dicis. MAG.
Per quā animal obiectū p̄ ſpeciē apprehendit. Et hęc rurſus bipertita
eſt. Quędā nempe ſenſibile nō niſi actu p̄ſens apprehendit/hęc in ex
terioribus corporis partibus ſituat̄. Alia vero etiam abſentia cogno/
ſcit: & in cerebri vētriculis habitat. Prima rurſus in quinq; potentias
particulares (quas ſenſus exteriores dicunt) diſtinguitur quę ſunt: vi
ſus/ auditus/ olfactus/ guſtus /: & tactus, qui & ſi eiuſdem naturę &
eſſentię ſint cū anima: ſeparantur tm̄ & diſcernuntur organis/ obiectis
medijs: & modo appręhendendi: quę omnia de ſingulis per ordinē
ędocenda ſunt.

Ponā aīę ſenſitiuę app̄henſi ua Exterior,

De viſu & excellentia eius. Capitulū. vii. MAG

p Rimū autē de viſu exordiamur/qui cū ſenſuum ſit ſubtilior: &
agilior/plures rerꝝ nobis differētias dęmonſtrat: ꝓpter quod
& ipſum p̄ cęteris diligimus; & p̄ defenſiōe ipſius oēs alios ex

Ariſto 1. met

ꝰ. de ponimus:nimirũ qui ſenſus corporis (ut ait Augꝰ li.xi. de trini.) ma
i.11. xime excellit. DIS. Quid eſt viſus? MAG. Eſt potẽtia ſenſitiuę Viſus
apphenſiua viſibilis in oculo/mediante dyaphono. Obiectũ nãq; vi/
ſus eſt viſibile: organũ oculus: & mediũ dyaphonum. DIS. Hęceo
quo iam cõmemorata ſunt ordine explanes neceſſe eſt.

De obiecto viſus/& de luce quę res ſit: ſi videri poſ ſit. Quid lumen. & quomodo ſine obiecto opa/co videri nequeat. Capitulum.viii. MAG

Biectum viſus viſibile quidem eſt. viſibiliũ autẽ aliud lux: ali/ Obiectũ
o ud lumen: aliud color: & ſi quę ſint alia in ratione dictorum vi viſus
dentur. DIS. Quid eſt lux? MAG. Eſt qualitas in cor/ Lux
pore lucido nata moueri ad motum eius in quo eſt: in ſuo eſſe nõ de
pendens ab aliquo extrinſeco. Accepit autẽ eſſe a creatore in prima re
i. rum productione dicente. Fiat lux & facta eſt lux. Hęc quippe ante lu
minarium productionem ſolis vices agebat per triduum: in cuius na
yſiꝰ turam (ut quibuſdam viſum eſt) quarta die tranſiit. Nam & Dionyſi
us de diuinis nominibus. c.iiii. hanc lucem: vel lucẽ vel ſubſtantiã ſo
lis fuiſſe diſſerit: ſed adhuc nõ plene formatam. Eſt autẽ lux in ſole tan
q̃ p ſe lucido. In aliis autẽ pticipatiue/& omniũ viſibiliũ ipoſtaſis eſt.
ea ppter claritas eiꝰ uti eſt videri nequit. potentiã eñ viſiuã longe añ
cellit. Manifeſtat autem ſe in viſibilibus/in uno quidẽ clarius: in altero
vero obſcurius: ſcdm quod a diuerſis diuerſe participatᷣ. Nullum eñ
oĩno corpus lucis expers eſt. Hac manifeſtatione ſe magis inuiſibilẽ
probat. cum eñ omniũ viſibilium claritatẽ in ſe cõplicet: in nullo uti
eſt explicatione perfecta repręſentatur: quolibet equidem dato: ali/
ud ſemper clarius eſſe poteſt. qui ergo intelligit ipſam perfecte in vi/
ſibilibus videri non poſſe/verius eam videt. Tantę autem nobilitatis
ꝰ. li. eſt: ut etiam corporalia/quanto plus lucis participant/tanto pfectio/
libe/ ra & nobiliora cenſentur: ſicut videri eſt gradatim in elementis. a nõ
bitrio nullis etiam nõ minimę auctoritatis an ne ſubſtantia/accidens ne po/
uper tius ęſtimanda ſit in dubium verſum eſt. Vnde & Auguſtinus li. de
.ad libero arbitrio. ait lucem in corporibus primum tenere locum. Simi/
li.7 liter & ſuper Geñ. ad litteram lucem corpus nominat. Rerum na/
. turalium indagatores non ſenſu tardi ipſam nec corpus nec corpo/
oteꝭ ris formam ſubſtantialem multis argumentis aſtruunt: ſed ad mentẽ
ſu & Ariſtotelis li. de ſenſu & ſenſato eam qualitatem corporis lucidi dicũt
to uti pręmiſſa indicat definitio. Sic & Auicẽ. vi. naturalium lucem qua/
6.na litatem: quę eſt pfectio tranſlucentis: ſcdm ꝙ tranſlucens eſt: deſcri/
ium pſit. & Damaſcenus libro ſecundo. Lux eſt qualitas accidentalis ſolis Da...
leme Auguſtinum autem & cęteros qui lucem corporis nomine appellãt
. al/ non ipſam qualitatem: ſed corpus aliquod multę lucis intellexiſſe affi
eſti. mant. DIS. Lumen attamen quę res eſt? MAG. Lucis imago &

primaria eius deriuatio/nunq̃ enim inquit Ptholemeus lumẽ adue Pt
nit abſq; corpore luminis cauſatiuo. Hic & Auguſtinus. lumẽ habet us
ꝑmanentiã ꝑ continuã ſolis influentiã. Sicut aũt lux in lumine/tanq̃ Ai
in ꝓpria ſpecie cernitur/ſic lumẽ in umbra(quã ſecundariã lucis deri
uationẽ ſupius diximus)videtur. unde quemadmodũ colorꝝ ſpecies
primarię: in occurſu opaci/de ſe ſecundarias ſpecies gignunt: ꝑ quas
videnť q̃ in medio videri non poterãt. Sic lumẽ ſpẽs primaria lucis/in
medio eſt inuiſibilis: in occurſu aũt opaci de ſe ſpẽm gignit: ꝑ quã cer
nitur. Primũ patet de ſpecie coloris vitri rubei mľtiplicata cũ radio pe/
netrãte vitꝝ uſq; ad obiectũ parietẽ/ in quo videť. Secundũ patet in
fulgore emiſſo ab oculo moto in tenebris qui in obiecta uuea tunica
opaca videť. Siľr radius ſolis ꝑ foramẽ tenebroſum carcerẽ ingre
diens/ab homine incluſo videť minime/ſi in oppoſita ꝑte alterꝝ fora
mẽ repeтiat ꝑ quod tranſire poſſit: quod ſi obſtruať iam radius ꝑ ſecũ
dariã ſpẽm in obiecto opaco videť. Patet itaq; ſi aeris regio in infini/
tum ꝓtenderetur ſine obſtaculo corporis opaci/ etiam ſole in medio
cœli exiſtente nihil in aere videretur. DIS. lumen ergo qualitatem
a luce genitam intelligo ſed ſubiectũ eius quod dicis? MAG. Cor
pus/manifeſtius autem dyaphonum ſiue trãſparens. unde & Auicẽ/ Au
Lumen na lumen eſt qualitas quã corpus nõ tranſlucens a lucido mutuat. Ar
& Ariſtoteles. lumen eſt actus dyaphoni inquantũ dyaphonũ id eſt
lumen forma eſt corporis tranſparentis/ſecundũ q̃ actu tranſparẽs
eſt. Aqua enim aer/berillus/vitꝝ/& cętera huiuſcemodi naturę/fi/
unt actu tranſparentia a lumine ipſa illuminãte/in cuius abſentia per
ſpicua potius q̃ dyaphona dicenda ſunt.

De Colore & ſpeciebus eiuſdẽ/de generatione co/ lorum tam extremorũ quã mediorꝝ ſecundũ diuer ſas phõrꝝ opiniones. Capitulum. viij. MAG.

l Vx quę ꝑſpicua reddit dyaphona/ facit & ꝑſpicua & opaca
colorata. Huius aũt intellectus ex coloris definitiõe & gñatiõe
Color planior fiet. DIS. Quid eſt color? MAG. Eſt extremitas
corporis ꝑſpicui/in corpore termĩato/id eſt color eſt qualitas in extre
mitate corporis terminati ſiue opaci: quę ꝑſpicuũ tangit. Nõ ergo in
nuit definitio colorẽ eſſe extremitatem ꝑſpicui per inherentiã: ſed con
tingentiam qualitatiuã. DIS. nunquid nõ color etiam ꝓfunditati
opaci ineſt? MAG. ineſt. diuiſa em̃ maſſa auri/color flauus nõ mõ
in ſupficie exteriore; ſed etiã in interiore conſpiciť. Definitio autẽ colo
rem explicat ſcḋm eſſe formale quo viſibilis eſt in lumine. Vnde lumẽ
extremitatẽ dyaphoni illuminans: colorẽ exiſtentem in extremitate
opaci contigui/actuat & viſibilem reddit. Cum enim hęc pars illumi
nata eſt/color videť: etiã ſi mediũ/aut locus oculi illuminatꝰ nõ fuerit.
Si autem locus coloris illuminatus non ſit/etiam cęteris illuminatis Ar

videri nequit. Hinc philoſophus ait. Lumen facit quodãmodo poten
tia colores actu colores: quia facit eos actu viſibiles qui in tenebris:
aut ꝓfundo opaci erant potentia viſibiles. Per ſe autem color dicitur
viſibilis: quia in ſeipſo habet cauſam eſſe viſibilis. DIS. Colorẽ ita/
ꝙ nõ a luce in eſſe reali & materiali ꝓduci: ſed exiſtentem & viſibilem
in potentia remota a lumine reduci & fieri viſibilem in potentia pro/
pinqua aſtruis? MAG. Communior hoc philoſophoꝝ affirmat
ſententia. DIS. Eſſentia autẽ coloris unde cauſatur? MAG. Nec
de hac re concors omniũ reperitur opinio. Quidam eñ lucem co/
loris & omnium viſibilium ipoſtaſim eſſe ſentiũt: nec colorem aliud
q̄ diuerſam lucis terminationem in dyaphono aut opaco credunt
ſicut videre eſt de coloribus iridis. halo: & pennarũ in collo pauonis
aut columbȩ. Alij autem colorem generari aiunt ex multiformi ad/
mixtione opaci cum dyaphono/ cuius per ſe actus eſt lumen produ
ctum a luce tanq̄ prima colorum ipoſtaſi: lucis autẽ concurſum ne
ceſſarium ex eo arguunt ꝙ in eclipſi ſolis omnes colores ſolita priuã
tur venuſtate. Nonnulli vero colores iridis & halo reales eſſe negant
nec permixtione coporum colorem fieri poſſe ex eius ſimplicitate
arguunt: ſed ipſum qualitatem ſimplicẽ ex actione qualitatũ primaꝝ
in corporibus derelinqui aſſeuerant. Videmus eñ ex actione calidi in
humidum nigredinẽ: & rurſus ex actione calidi in ſiccum albedinem
generari. Primũ planum eſt in carbone generato ex ligno humido.
Secundũ patet in cinere genito ex carbone ſicco ꝓuſto. Huius autẽ
cauſa eſſe videt̃: quia calidũ in humido partes aqueas terrȩ cõmixtas
exhalat in fumũ nigrũ: & aereas & claras cõſumit: groſſum autẽ ter
reſtre nigrum relinquit. cuius ſi rurſus groſſiciẽ cõſumpſerit: ſubſtã/
tiam albã relinquit. Suo modo in alijs qualitatibꝫ imaginãdũ: ſcd̃m
magis & minus in diuerſis materiebus. Sed nec iſta quibuſdã ſuffice
re vident̃: niſi lux ut radicalis coloꝝ cauſa cõcurrat. Frigidũ equidẽ
q̊d nec humidũ aqueũ: nec aereũ conſumit: ſed utrũq; cũ terreſtri con
ſtringens & condenſans: nõ nigrũ ſed ut in plurimũ albũ colorẽ relin
quit. Eſt eñ frigiditas mater albedinis: ſicut calor nigredinis. patet in
niue: criſtallo: berillo: marmore albo & ſĩbus. Et unde hoc? niſi quia
hȩc corpora ꝑſpicua: ſi condenſant̃ lucẽ receptã fortius tenẽt. in opa
cis autẽ maiorẽ denſitatẽ nigredo/ raritatẽ vero albedo cõſequit̃ cæ
teris paribus. DIS. Ad genecationẽ igit̃ coloꝝ: qualitatũ prima/
rum actionem: & lucis diuerſam in alteratis terminationẽ concurcere
ꝓbabile videtur: & hoc quidẽ in extremis. medij autẽ ex diuerſa ex/
tremorum permixtione fortaſſe fieri habent. MAG. Nequaq̄ cum Colores
ſint qualitates ȩque ſimplices ſicut extremi. Extremorum tamen na medij.
turã participare dicuntur: quia ex diuerſo cauſarum extremoꝝ concur
ſu generari habẽt. Et in generatione rubei/ cauſȩ extremoꝝ eq̄ cõcur
runt: ideo hic color locũ medij verius obtinet. nõnunq̄ etiã ex ſup/

ꝝnatatione peruij colorati/ſuper coloratum terminatū;medij colores
videntur.ut eſt color apparens ex ſupereminētia unguinis ſuper ſan
guinem digitorum.hac via plerumq; pictores varias colorū ſpecies ef
fingunt.Inſup & colores diuerſificari apud viſum ſ;m diuerſitatem lu
ciū ſuper eos orientiū ꝓpō.xij.primæ partis pſpectiuæ cōis affirmat.
DIS.num autē colorꝝ ſpecies certo numero deſignant? MAG.
Colorꝝ ſpecies Certo.Septē em̄ ſunt ſc; Albus/flauus/croceus/Rubeus/purpureus
viridis/niger/ad quos ceteri reduci habent ſ;m nature pticipatiōem
Hactenus aūt de obiecto viſus:nūc organū pquiramꝰ. DIS.Sane

De organo viſus & natura oculi/qui ex ſeptem tu nicis & q̄ttuor humoribus integrat̄.C.ix. MAG.

ORganum viſus oculū cōmunis ſententia affirmat.Hūc ex pel
liculis ſiue tunicis quattuor & humoribus tribus integrari cō
pertū eſt.Prima tunicarū conſolidatiua dicitur ſiue coniuncti/
Oculus ua:quia totam oculi ſubſtantiā continet:ideo fortis eſt & pinguis:ne
humores quoquo modo congelari/aut effluere poſſint.Huius partē
poſteriorē ſcliroticam dicunt.Hec tunica & ſi alba ſit: dyaphona tn̄
non eſt.ideo in ante foramen habet ne ingreſſum ſpecierum prohibe
at:ſimiliter & in parte poſteriore/qua ad neruū obticum pertingūt.
Hanc ſequit̄ Cornea/cornu albo & ſubtili ſimillima;clara/lucida/du
ra/ſolida:ex multis fruſtulis cōpoſita:cuius etiā ſunt q̄ttuor pellicule
ſubtiles;& eſt dyaphona/ut ſpeciebus ſit puia.Huius ptem poſterio/
rem nōnulli ceruſinā dicunt alij durā.Poſt eam eſt uuea; qa nigra ut
uua:ut in ea claritas glacialis aliq̊ modo obſcuret̄ & in ea ſpēs reſplen
deāt:ſicut ſubijcit̄ plumbū vitro in cōſtitutiōe ſpeculi.In antea lenis:
intrinſecus villoſa.Hec ſil'r in antea foramē habet ut ſit ſpeciebꝰ puia
Huius extremā ptem ſecundinā appellāt.Quarta ſubtiliſſima eſt ſi/
milis reti aranee.Hinc aranea dicit̄ & poſterior pars retina.retinet em̄
humorē ſecundū ſubtiliſſimū quē glacialē vel cryſtalloidē ꝓpter lim
piditatē appellāt.in eo ſituantur ſpēs viſibiliū:qui ut in eo figi poſſint
aliqualiter ſpiſſus eſt.Poſt hunc eſt humor tertius in textura venarꝝ
quē vitreū dicunt:claritatē habet qua cū cryſtallino cōuenit:ruborem
aūt/ex ſanguine venarꝝ oculū tangentiū:quē & ipſe digerit: & dige/
ſtum cryſtalloidi ꝓ nutrimēto mittit.Primus aūt humorꝝ albugine
us eſt:albugini oui nō oīno diſſimilis.Hic interpoſitus aranee cōtinet
cryſtalloidē ipm a duricie cornee & villoſitate uuee cuſtodit:& ſuo hu
more/ne ſiccitate telæ circūdantis exiccari poſſit/pſeruat:tranſitus fo
ramen uuee corneam contingit.Omnes humores & tunicas in par
te anteriore concentricas quidam aiunt:dempta conſolidatiua & hu/
more vitreo:ne propter fractiones multiplices generetur confuſio.
Alij tamen uueam & corneā ecentricas opinantur:& albugineū cor
nee concentricū deſcribunt.Glacialis autem portio eſt ſphere maioris


palpebra


Coniunctiua
sexta
nervus obticus
humor vitreus

& vitreus ſpherę minoris. omniū autē horum cauſas/inſuper & ęcētricitatis rationes exquirere/non tam neceſſarium quam laborioſum videtur. DIS. Ad reliqua igitur ſermonē vertamus. MAG. oculos rurſus duo nerui cōplectunt:p quos ſpiritus viſiuus diffundit:& ſpecies viſibilium deferuntur. Sunt hi nerui rami unius nerui a ſenſu cōmuni pgredientis: q circa oculos fit bifidus:& ptes ad inſtar fiſtularū ampliantur: ramus dexter oculū dextrum/& ſiniſter ſiniſtrū oculum complectitur. Locus autē bifurcationis neruus obticus dici ſolet:in quo & viſio cōpletur. Hinc eſt ꝙ res duobus oculis cōſpecta/nō duę ſed una videtur. Hęc de organo. reſtat ut medium tranſcurramus.

De medio videndi & noctulucis/unde lumen habeant. & quare in die non videntur in lumīe proprio. Ca.x. DIS

medium viſus — Medium videndi quod eſt? MAG. Corpus perſpicuum & peruium/& ſaltem in ultima parte qua colori coniunctum eſt actu dyaphonum. Neceſſe eſt enim colorem a lumine excitari:ut viſum moueat:propter materialitatem nanq̧ ſuam/ viſui ſe minime ingerere poteſt. gignit ergo de ſe ſpecies a materia depuratas: quas in lumine & imagine lucis tanquam in principio ſuo/oculo immittit. Ea tamē viſibilia/ quę noctuluca dicunt: cum intrinſecū & cōnatū lumē habeant: etiā in nocturnis tenebris videri poſſunt:ut ſunt Noctuluca — quędā ligna putrida/vermiculi:ſquamę piſcium & ſiſia. DIS. unde hęc corpora ingenitū lumē habent? MAG. Ab igne. omne equidem mixtum elemētis conſtat:eo modo quo precedēti libro expoſitū eſt. In vermiculis igitur quibuſdam quoniā ſine ſanguine ſunt & frigidi:igneæ ptes circa digeſtionis locum concurrūt/& ibi lucēt. Sic & piſcibus q frigidi ſunt & in frigido degunt elemēto/ natura ſquamas prouidet multū duras & terreſtres/ptes igneas conſeruātes,p fortificatiōe caloris naturalis. In lignis autē putridis/ignis cū humido aereo ad extremitates colligit. Siſiter & in ceteris hęc nō ſine cauſa ordinata ſunt/quarū tamē pauciſſimas a Phōrū turba ęnodatas inuenies. Hic ignis aūt eſt vel cū q̄litate priore q̄ eſt lux/vł poſteriore q̄ eſt caliditas nō exñte: aut adurens nō eſt:ſed naturę mixti cōueniēs. DIS. qd ſubeſt cauſę edicito ꝙ hęc corpa nō in die in lumine ſuo cōgenito vident? MAG. Quia in die a lumine ſolis q̄d maius eſt illuſtrant. a q̄ etiā lumē cōnatū tanq̧ minꝰ & debiliꝰ obfuſcat. Ob quā cām etiā ſtellas ī die ñ niſi ab acutiſſimo viſu: & ī puteo aliq̄ poſſe ↄſpici diximꝰ

De Qualificatione medij ut videatur res ſub debita quantitate. Quid radius viſualis/directus/reflexus:& refractus. Et ꝙ perfecte rotundum proprie ſit inuiſibile. Capitulum undecimū. MAG

Portet autē medium videndi: pro certificatiōe quā titatis viſibilis; per totum eſſe uniforme: & viſibile ꝓ portionabiliter ęlongatum. Nulla em̄ quantitas rei īmoderatę diſtantis: eſt oculo certificabilis. dicit propoſitio 75. primæ partis ꝑſpectiuæ. Vnde ſtellas vix in oui quantitate iudicamus: quę terra longe maiores ſunt. Et ſolus radius perpendicularis porrigitur directe alterius dyaphoneitatis medio occurrēte. dicit ꝓpoſitio primę tertię partis. hic radius reflectitur per eandem lineam opaco obſtante. Oīs autem radius oblique incidens: medio alterius dyaphoneitatis occurrente: aut frangitur aut reflectitur. DIS. Contine pauliſper calami habenas: donec quid radius perpendicularis & obliquus: quid inſuper inter refrangi & reflecti interſit planius innoteſcat. MAG. Radium viſualem ſpeciem rei viſibilis dicimus. non ut lineam aut ſuperficiem mathematicam ꝓfundo carentem: ſed corporalem & pyramidalē: cuius baſis in re viſa & conus in oculo vidente eſt. Totū aūt luminoſu3 pyramidē ſui luminis in quolibet puncto medij terminat. ideoq; & oculus in quacunq; parte medij exiſtat/luminoſum videre poteſt: ſed diuerſe. Nā quanto pyramis breuior tanto fortior: & angulū coni habet maiorē: ideo rem rep̄ſentat maiorē. Ex his facile concludit̄ perfectā rotunditatē eſſe inuiſibilē. cum em̄ ſuperficies ęque a centro diſtat/extremitas eius in puncto indiuiſibili terminat̄: itaq; baſim pyramidis fundari nequit. Hinc & Mercurius Triſmegiſtus mundū ex ſe inuiſibilē dixit; quia rotundus eſt. ꝙ autē ſol & aſtra rotunda videmus: ex eo eſt. quia multum diſtant & pyramis iā non in puncto ſupremo/ſed linea arcuali ſumitur. hæc autem remotiori maior & propinquiori minor apparet. Nec talia corpora ſpherica ſed plana videntur. Si quando autem aliquid rotunditatis hac re conſpiciuntur/perfecta tamen rotunditas videri nequit. unde oculus ſuperficiē ſpherę in puncto contingens nihil eius videret: ſi etiā defectus medij non obſtaret. Hæc in perſpectiuis latius indagari poſſunt. Radius directus ſiue ꝑpendicularis eſt ex cuius incidentia ſuper ſuꝑficiem ex utraq; parte relinquūtur anguli recti & ęquales. Per oppoſitū dinoſcit̄ radius obliquus. Radius autē reflecti dicit̄: qui in occurſu opaci ꝑ eandē/aut aliā lineā verſus ſuum originē proijcitur. ſicut pila in parietē proiecta reſilit. Sed in hoc eſt differentia. nam eadē pila numero ꝑ motū localē reſilit: non autē idē radius reflectitur: ſed alius a principali obiecto luminoſo generat̄ ſi ultra diſtantiā qua opacū occurrit agere ſufficiat. Radius







vero refrangitͬ qui in occurſu medij alteri⁹ dyaphoneitatis non in directū multiplicatͬ: ſed verſus perpendicularē a puncto incidentię & fractionis ęrigibilem accedit: aut a perpendiculari huiuſmodi recedit. Hoc autē quomodo aut quādo fiat ſequentibus concluſionibus manifeſtabitur.

Cur res quādoq̧ videtur maior vel minor remotior vel propior q̄ in veritate eſt. Capitulum. xij. MAG.



Concluſio prima. Radius perpendicularis in ſupficie media diuerſarū dyaphoneitatū coniungente nō frāgitͬ. quia nō eſſet ratio quare magis ad unā partē q̄ aliā declinaret. in occurſu tn̄ opaci in ſe vel ad latus reflectitͬ Hęc concluſio patet ex ꝓpoſitionibus. 14. primę & prima tertię partis ꝑſpectiuę cōis. ut ſit ſupficies media inter aerem & aquam a b. & radius perpendiculariter incidens c.d.



Concluſio ſecunda. Radius oblique incidens in occurſu medij denſioris ad perpendicularem frangitur. patet p ꝓpoſitionē. 15. prime partis. ut ſit ſupficies incidentię media inter aerem & aquā a b. & radius oblique incidens d c. veniens a corpore luminoſo d per aerem in aquam/ frangitur in ſupficie media a b. in puncto c. verſus perpendicularē c f & cadit in g. qui ſi medium eſſet uniforme procederet in h.

Concluſio tertia. Radius oblique incidens/ veniens a medio denſiore in rarius a ꝑpendiculari diuertit. Patet p. 16. primę partis. ut ſit ſupficies media inter aquā & aerē a b. radi⁹ incidens d e. veniens a corꝑe luminoſo d exiſtēte in aq̄ medio denſiore: in aerē mediū rarius in puncto e ſupficiei a b frangitͬ: & a ꝑpendiculari q̄ eſt e f. recedit: caditq̧ in g. qui ſi mediū eſſet uniforme ꝓcederet in l. Harꝫ autē duarꝫ cōcluſionū cauſa eſt: reſiſtentię & actionis diuerſitas. Vnde radi⁹ veniens de medio rariore in denſius/ penetrando fortius agat neceſſe eſt. Ideo ad ꝑdendicularē tanq̧ origini ſuo propinquiorem declinat. Ecōtrario autem qui venit de denſiore in rarius/ fortificatione non eget: a perpendiculari ęuagatur.



Concluſio quarta. Locus imaginis rei viſæ eſt/ ubi pyramis ſub q̄ res videtͬ: cū perpendiculari (a re viſa verſus ſupficiem medij rem viſam continētis ærigibili) coniungitͬ. Ideo rem viſam p radios fractos/ extra locum ſuum neceſſe eſt apparere. & ſic denariū exiſtentē in fundo vaſis/ ſuperfuſa aqua ab oculo poſſe conſpici: qui ab eodem ſine aqua neq̧ videri. Exemplum concluſionis & primi correlarij. Sit d c. ſuperficies aquę continens rem viſam b, & perpendicularis

erecta b d.& oculus existens in aere o radius veniens a viſi
bili b verſus oculũ:frangit in puncto c/a ꝑpendiculari c f &
cadit in o:quę ſi mediũ eſſet uniforme/ꝓcederet in g.Pyra/
mis itaqꝫ ſub q̃ videt res b.cõiungit lineę ꝑpendiculari b d.
in puncto l.in eodẽ oculus o iudicat eſſe b. Patet & ſecundũ
cortelariũ:ꝙ oculus o videt b:in aqua ꝑ radiũ refractũ : q̊d
videre nõ poſſet ꝑ radiũ directũ b o.qui ꝓpter latus c k.vaſis
b d c k ad oculũ tranſire nequit.Patet itaqꝫ rẽ exiſtentẽ in me
dio denſiori ab oculo exiſtẽte in rariori/videri ꝓpinquiorẽ:
& ſic maiorẽ q̃ꝫ ſit:quia videt ſub pyramide breuiore & angu
lo maiore.Exemplũ eſt b.res viſa ab oculo o in figura p̃ce/
denti. Res autẽ exiſtens in medio rariori/ oculo exiſtente in
denſiore:videt remotior:& ſic minor q̃ꝫ ſit:qa videt ſub py
ramide longiori & angulo minore.ut viſibile f exiſtẽs in aere
viſum ab oculo e.exiſtente in aqua videt in puncto m . Eſt
eñ radius incidens f c.qui in ſupficie media inter aquam &
aerẽ a b.in pũcto c.frãgitur ad ꝑpendicularẽ c d.& cadit in e.
qui ſi mediũ eſſet uniforme ꝓtenderetur in h. Pyramis autẽ
ſub qua videtur viſibile f.coniungitur ꝑpendiculari ęrecte
ab f verſus ſupficiẽ a b in puncto m. Hinc facile cõcluditur
quare baculus partẽ habẽs in aqua & partẽ extra aquã fra/
ctus apparet/.oculus eñ exiſtens extra aquã eã partẽ quæ
eſt extra aquã in loco ſuo videt:illã vero q̃ in aqua eſt/ in lo
co ꝓpinquiori q̃ꝫ ſit/iudicat:ideo hę partes directe cõtinua/
tę videri nequeũt. Verũtñ omnes hi radij refracti aut refle/
xi:directis ſunt debiliores:quia a fonte & origine ſuo magis
ęlongati:& ex obliquitate debilitati. rectitudo eñ luci con/
nata eſt.Hinc etiã ꝑ hos res videntur debiliore modo. Vnde
& apl's Iacobus ait. Vir q cõtemplatur faciẽ ſuã in ſpecu/
lo/& ſe auertens/ſtatim qualis fuerit obliuiſcitur.videt enim
homo faciem ſuam per radium a ſpeculo reflexum.



De natura ac diuerſitate ſpeculorum:quæ in cocleari polito oſtendi poſſunt. De ſtella quæ videtur cum ſole in ſpeculo immerſo aquæ.& ꝙ idolum rei viſæ / nec eſt in profunditate ſpeculi/ nec in aere propinquo. ſed in ſuperficie ſpeculi. Ca.xiij. DIS.

E natura ſpeculorum perpauca ſaltem in hac di
greſſione in medium ferre:/ haud graueris præ/
ceptor amantiſſime. MAGIS. Ad ſpeculi in/

ægritatem requirit̃ continuitas & leuitas intenſa: ſuperficies regulãris
Inſuper & eiuſdẽ neceſſaria eſt perfecta politura. patet in marmore &
calibe pluribuſq; alijs lapidibus & metallis politis. Dyaphoneitas au
tem ſi ſpeculari corpori acciderit/neceſſario opaco aliquo ſubducitur
ſuperficie eius terminante. ob id dyaphonis ut ſunt vitra: plumbum
ſupponitur. ut radij ꝑtrãſire prohibiti/ad videntẽ reflectantur. Quod
autẽ plumbũ vitro/hoc aquę eſt fundus terrę. radios em̃ aquã intra
re manifeſte probat: ꝙ oculus exiſtens in aqua ſolẽ videre poteſt dire
cte. Radios autem nonnullos a ſuperficie aquę reflecti/ex eo dedu/
citur: ꝙ in ea tanq̃ ſpeculo & ſolẽ & cętera obiecta oculus exiſtens in
aere contemplatur: & ſi aqua fundum nõ haberet: nihilominus in ſup
ficie radios aliquos reflecteret. omnis em̃ ſuperficies media inter duo
corpora diuerſaꝝ dyaphoneitatũ rationẽ ſpecularem participat. Sũt

ſpeculoꝝ genera

autem ſpecula varia: quędã nãq; ſunt uniformia & plana: in quibus
res videri poteſt uti eſt: maxime autẽ aqua quieta. Hin Vergilius, nu
per me in littore vidi Placidum dũ ſtaret mare &c. Sanguis hominẽ
oſtẽdit nigrum & pallidũ: oleũ iuuenilem & amabilẽ: gladius latum
aut oblongũ: hęc autẽ potius difformiũ ſpeculoꝝ naturã participant
Sunt autẽ iſta aut cõcaua aut cõuexa. Concaua rem maiorẽ/cõuexa
minorẽ rep̃ſentant & latam quidẽ ſi ſint ſpherica/oblongã vero ſi fue
rint pyrãidalia aut colũnaria. Omnia hęc in coclearí polito cõtinent̃.
in manubrij quidẽ baſi planũ/ĩ columna manubrij colũnare vel py
ramidale. ſinus autẽ ab intra cõcauum/exterius vero conuexũ oſtẽ
dit. Accedit autẽ imagini rei viſę multiplex variatio ſcd̃m diuerſum &
obiecti & ſpeculi ſitum. Vnde in ſpeculo multę cõcauitatis pars infe
rior apparet ſuperior & econtrario: eo ꝙ una pars ſpeciem ſupra aliã
proijciat. Speculũ in una parte cõcauũ: & altera planũ/duas repreſen
tare poteſt facies. in collo quidẽ cõiunctas: ſi ſit planũ inferius. aut in
vertice colligatas: ſi planũ ſuperius ſituetur. Sic & in ſpeculo ĩmerſo
aquę & ſoli obiecto ſtella videtur/quę ſtella nõ eſt: ſed ſecundariũ ſolis
idolum ex diuerſitate ſup̃ficierũ ſpeculi & aquę reſplendẽs. In alijs tñ
lucidis hoc fieri nequit ꝓpter radij debilitatẽ. Hæc autem ęnucleatius
in perſpectiuis perquirenda ſunt: ad reliqua properemus. DIS. Re/
ſtat quod fortius angit: an idolum obiecti in aere ꝓpinquo: aut pro/
funditati ſpeculi ſit ĩmerſum nec ne? MAG. Neutrũ affirmo: ip̃m
equidem in aere ſpeculo cõtiguo nõ eſſe: hoc maxime approbare vi/
detur: ꝙ tali aeris parte continue agitata & variata: idolum rei viſæ
immobile perſiſtit. ut fortiſſimo ſubtiliq; ante ſpeculum vento ſpiran
te. quod utiq; neutiq; fieret: ſi idolum hic aer contineret. Motis em̃ no
bis inquit Ariſtoteles mouẽtur & ea q̃ in nobis ſunt. Rurſus autẽ ido
lum ꝓfunditati ſpeculi ĩmerſum nõ eſſe. ꝓpõ. 19. 2. partis perſpecti/
uę adiuncto cõmento late oſtendit. ꝙ autem idolum qñq; ꝓfundius
immerſum videtur/ex diſtãtia obiecti eſt ad cuius ſitũ & motũ/idolũ

variatur:& nõ ad motũ ſpeculi. Mirabile tamẽ quoddã in ſpeculis re
periri eſt/q̊d etiã Auguſtinus ad nebridiũ occultũ eſſe dixit. ꝙuis ſpe
cula ingẽtia ſint/nõ reddũt maiores imagĩes ꝙ ſunt corpa:etiã breui
ſſima obiecta. in puis aũt ſpeculis ſicut in pupillis oculoꝝ/& ſi mag/
na facies ſeſe opponat breuiſſima tamẽ imago pro modo ſpeculi for
mat̃: Hic aliqd laret. Probabilius itaq; videt̃ idolũ rei viſę in ſupficie
ſpeculi recipi:nõ quidẽ ſupficietenus/ ſed in puncto ſaltẽ naturali. Hu
ius aũt certiſſimũ argumentũ eſt: ꝙ nõ maius in maiore/ nec minus
in minore apparet ſupficie. Silr ſi ſpeculũ frangitur: in qualibet parte
totũ videtur:& cœli medietas in paruo ſpeculo cernit̃: quę utiq; nulla
tenus fierẽt ſi dimenſio longitudinis & latitudinis attenderet̃. nec ido
lum dimẽſiones habet: ſed eſt dimẽſionũ ſpẽs. ſicut forma lapidis ex
iſtentis in anima indiuiſibili. Hoc aũt neceſſariũ eſſe dinoſcitur ut ſpẽs
in oculo diſtinctim per partes locari / & rem ut eſt in ſuis lineamẽtis
repręſentare poſſint. Nec idem idolum eſt quod videtur: ſed ſemper
aliud & aliud ad pręſentiam obiecti generatur. Hoc autẽ ex eo appa/
ret: ꝙ ad ſitum & motũ obiecti: variatur ſitus & motus idoli / nõ eiuſ
dem ut diximus in numero/ſed ſimilis per continuatã generationẽ in
ſpecie. Poſſibilitas autẽ dictorum facile apparebit: ſi viſionẽ ſub angu
lo pyramidis cuius baſis eſt in re viſa fieri conſiderãus. Hinc propo
ſitio. 15. ſecundæ partis perſpectiuę aſſerit: a ſupficie ſpeculi infinitas
fieri completas reflectiones formę rei viſibilis. Hæc omnia ex perſpe
ctiua Guictilonis Alacen: Acchonis & alioꝝ: inſuper & libro de Spe
culis latius demonſtrari habent. ad pręſens autẽ cõmuniora prælib a
ſſe ſufficiat. ad methodũ noſtram/unde longius digreſſi ſumus iam
tandem reuertamur. DIS. optime. Verumtamẽ quod paulo antę
hac/de viſionis modo cõmemorabas/indiſcuſſum haud ꝑtermittas.

De modo videndi. ſi fiat extra mittendo vel intus ſuſcipiendo. & quõ omĩs ſenſatio fit via aſſimila/ tionis. unde ſpũs ſenſitiui oĩno a ſenſibilibus ſunt depurati. Capitulum. xiiij. MAG.

VIſionẽ fieri p ęgreſſum ſpũs viſibilis/ ab oculo ad rem viſam
nõ contemnẽdę auctoritatis viri tradidere. & Ariſtoteles cãm Ariſtotel'
aſſignans cur oculi ꝓfundi/aut in puteo exñtes clarius videt̃:
idem ſentire videt̃: cũ ait id ob hoc fieri: ꝙ radij exeũtes minus diſper
guntur. Hunc ſpiritu ʒ immaterialem & agillimu ʒ dicunt: ut in momẽ/
to ad remotiſſima etiã viſibilia egredi & regredi poſſit. Sunt tñ qui ſpe
cies viſibiliũ & egredientẽ ſpiritũ in medio cõcurrere imaginant̃. Hãc
poſitionẽ de egreſſu ſpiritus/fortaſſe nõ omnino eſſet difficile ſaluare
a multis tamẽ tanq̃ phĩę & perſpectiuę diſſona exploditur. Ea ꝓpter Modus
& nos cõmuniorẽ ſententiam amplectentes; dicamus viſionem fieri videndi

per receptionē ſpecierꝫ viſibilinm in oculo:per modū pyramidis: cuius baſis in rę viſa & conus in oculo eſt. Spiritus autē viſiuus lucidus & clarus/a cerebro per neruos (de quibus ſupra) ad oculos uſqꝫ deſcendens:& a ſpeciebus īmutatus/ſenſatione confuſa regreditur: ad cuius regreſſum excitata anima/ & cernens dyaphoni ſui puriſſimi & penitus incolorati ſuperficiem/in ſimilitudinem tingi ſe conuertit ad obiectum:unde ſplendor venit & ipſum diſcreta ſenſatione percipit.

de viſione exteriore vide .c.2. li.11.d' tri. Auguſti.

Fit autē hoc aſſimilationis via. Sicut enim cera flexibilis/ artificis ingenio configuratur rei artifici præſentialiter appoſitæ: ut puta faciei humanę leonis vel aſini: nec artifex hanc cōfigurationē facere poſſet:ſi animā non haberet. Si igitur cera eſſet animata: mens intus exiſtens/cōfiguraret cerā omni figurę ſibi pręſentatę. Sic ſpiritus viſiuus animatus/ anima ſenſitiua: per animā configurat̄ ſpeciei viſibili: quā offendit in oculo. patet igitur diſcretā viſionē ſine attentiōe rationis fieri nō poſſe:quādoquidē multos prętereūtes (quorꝫ ſpecies in oculos recipimus)minime agnoſcimus:dum attenti aliȷs/nō aduertimus. pariformiter de auditu/olfactu/guſtu/& tactu intelligendum eſt. Nā ſicut ſpiritus in oculo cōfiguratur ſpeciebus colorꝫ:ita in aure aſſimilatur ſpeciebus ſonorū in naribus ſpeciebus odorum: in lingua ſpeciebus saporꝫ: & in toto corpe ſpeciebus tangibiliū. Operepreciū eſt igitur huiuſcemodi ſpiritus a ſenſibilibꝰ omnino eſſe depuratos: ne intus exiſtens extranea ꝓhibeat. unde ſi ſpiritus viſiuus colore pticiparet/nō indifferēter omnē colorē/ſed eum tantū quo tinctus eſſet/ pciperet. quēadmodū videns ꝑ vitrū rubeum oīa viſa rubea exiſtimat. Spēs em̄ mutuo ſe tingunt ait ꝑſpō. prima:ſecūdę pſpectiuę. Hactenꝰ d' viſu:nūc auditū pcurrāꝰ. DI. id ꝓmiſſorꝫ ordo expoſtulat

ꝙ viſus & auditus ſint ſenſus diſciplinę: auditus definitur/organum & medium audiendi declarantur. Capitulum. quindecimum. MAG.

VErum quidem/nam in ordine ſenſuum / Auditū ſecundum obtinere locum Philoſophi tradidere:quia pręter viſum ſentit remotius & ad diſciplinam magis eſt neceſſarius. quę enim a

Auditus.

cunabulis diſcimus/aut viſu/aut auditu percipimus. Eſt autē Auditus potentia ſenſitiuę appręhēſiua ſoni in aure mediante aere vel aqua DIS. In hac deſcriptione ſimiliter obiectū/organum/ & medium auditus ęnumeraſſe videris. Sonum em̄ obiectum/aurem organū/ aerem vel aquā medium auditus accipio. MAG. Sane accipis:& eo quidem facilius quo hæc ſępius audiſti. DIS. Verū. nam in principio logices & in Muſicæ theorematibus de ſono haud obſcure diſſertum eſſe memini. Hic tamē & organū & medium latius veniunt explicanda.

Auris.

MAG. Auris (in qua organū auditus) ſubſtantia eſt cartilaginoſa:ut fortitudine ſua ſit ſemꝑ patula. Tortuoſa vero & anfracti

bus ornata: ne extrinſeca & auditui inimica/ipſum quoquo modo ꝑ
ſubitum ingreſſum ledere poſſint. In profundo auris os quoddam
eſt poroſum/ſiccum & durū: in quo rurſus pellicula quędā (quā alij
meringam/alij timpanū auris vocant) aere cōnaturali repleta conti/
netur: ſpeciebus ſoni prorſus vacua: ut omni ſono aſſimilari poſſit/
medium audiendi aerem vel aquā eſſe ex eo manifeſtū eſt. ꝙ auris
ſana in utroq; conſtituta ſonum percipit. audiunt eñ in aere aues/&
in aqua piſces. Vnde etiā circa aquas ſilentiū facimus/ſi quando prē Piſces au
dere piſces attemptamus. DIS. Quis his contradicere poſſet? ſed diunt.
modum audiendi dilucida.

De modo audiendi. & quare dormientes patenti/bus auribus non audiunt. Inſuper qualiter orbicularis multiplicatio ſoni a Boetio declaratur. & ꝙ idē ſonus per diuerſas ſpecies a pluribus auditur. de ſono echo & quomodo per murū audire poſſumus. Inſuper qualiter ſonus acutus ſtuporem dentibus ingerat. Capitulum ſedecimum. MAG.

Cerebro neruus quidam protenditur: & paululum progreſſus modꝰ au
a bifurcatur: cuius rami ſinguli ad ſingulas aures deſcendunt/ diend.
ſpiritu; auditiuum ad timpanum uſq; deferentes/qui a ſpecie
bus ſoni aerem incluſum pulſantis immutatur. & his configuratus
regreditur: ad cuius regreſſum excitata anima/ipſum imutatum cer
nens: ad obiectum unde ſpecies multiplicantur ſe conuertit/ipſumq;
diſcrete percipit. Egreſſum autem ſpiritus ſenſibilis ad organum eſſe
neceſſarium: ex hoc facile patet. ꝙ in ſomno ſonus in aure receptus
multociens minime auditur. nerui equidem vaporibus opilati/ſpiri
tum audibilem exire prohibent. fortior autem ſonus meatus aperit
& cauſato calore vapores reſoluit. hinc ſpiritus audibilis exiens dicto
modo imutatur. Multiplicationē vero ſpeciei ſonorę ab obiecto ver
is.1 ſus aurem: Boetius vir utiq; doctrina & æloquio clariſſimus in pri/
ę.14 mo Muſicę per ſimile manifeſtat dicens. Cū in paludibus vel quietis
aquis iactū eminus mergitur ſaxū: prius in paruiſſimū orbem unda;
colligit: deinde maioribꝰ orbibus undarū globos ſpargit: atq; eouſq;
dum fatigatus motus ab æliciendis fluctibus cōquieſcat. ſemperq;
poſterior & maior undula pulſu debiliore diffunditur: ꝙ ſi quid ſit
quod creſcentes undas poſſit offendere/ſtatim ille motus reuertitur:
& quaſi ad centrum unde profectus fuerat retondatur. Ita igitur cū
aer pulſus fecerit ſonū/pellit alium proximū: & quodamodo fluctū
aeris ciet: itaq; diffunditur: & omnium circumſtantium ſimul ferit
auditum. Atq; illi eſt obſcurior vox/q longius ſteterit: quoniam ad eū
debilior pulſi aeris unda peruenit. DIS. Vnus itaq; ſonus numero

ab omnibus circumſtantibus percipitur? MAG. Idem & unus ꝑ diuerſas tñ ſpecies.ſicutidem color a pluribus ſimul uidetur.Formato em̄ ſono:aliꝫ eius ſpecies multiplicantur verſus aurē meā qui ſum ad dexteram:aliꝫ verſus tuam qui es ad ſiniſtram:ſimiliter aliꝫ ab ante & retro:ſurſum & deorſum in modum ſpherꝫ:ſicut globus ignitꝰ orbiculariter de ſe diffundit radios:&.in quolibet puncto medij pyramidem ſub qua videri poteſt terminat. DIS. Intelligo.Sed unde eſt/ꝙ ſiluas muros quoq; nobis vocantibus reclamare audimus?

MAG.Audiſti ſonū & eius ſpecies in occurſu obſtaculi reflecti: & ad locum unde ꝓfecti fuerant quaſi ad centrū retondari.ſi igitur reflectio ſit fortis/ad aures noſtras uſq; perueniunt.Sic eundē ſonū quē ore ęmiſimus/reflexe percipimus:modo tñ debiliore:quia virtutes reflexę directis ſunt debiliores. Hic ſonus reflexus a gręcis ηχω latine

Echo vero echo ꝓferri ſolet.Attamen nō ita ſonū reflecti accipiendū eſt:ut omnino nulla eius ſpecies murū aut obſtacula pęnetret.experientia nāq; teſtaẗ/per murū parietē:aut ſimilia auditionē fieri:&ſi nōnunq; confuſam.in penetratione nempe figura confunditur/ſubſtantia re/manente.hinc ſępius ſonū audimus:ſed an ne vox & qualis ſit:nō ꝑ/cipimus.Sic coloꝝ nōnullas ſpecies opaca penetrare dicūt quę a viſu acutiſſimo/& linceis oculis appręhendi poſſunt. DIS.Subeſt queſtiuncula: cuius ſolutio tractatū de auditu claudat. Eſt autē:qua via ſonus acutus dentibus ſtuporem ingerere poſſit? MAG.Neruus

unde ſtu/por dētiū ſenſitiuus in mandibula ſingulis dentibus ramuſculis colligatur.hinc neruus audibilis coniungitur:quē quidā acutiores ſoni penetrantes ramuſculos nerui ſenſibilis pulſant & obſtupeſcere faciunt. DIS. Optime.nunc olfactum videamus.

Quid olfactus.quid odor. quomodo generetur: & quæ odoris ſpecies.de organo olfactus.Et quare homo nō niſi excellentia olfacit:& quę animalia in ſingulis ſenſibus homini preſtant.. Capitulum.xvij. MAG.

Olfactus O Lfactus eſt potentia ſenſitiuę apphenſiua odoris ꝑ nares:mediāte aere vł aq̃.Obiectū em̄ olfactꝰ eſt odor.organū in naſo. mediū autē aer vel aq̃. DI.Odor quid eſt? MA.Eſt paſſio

Odor ſicci digeſti in humido: alteratiua olfactus de potentia in actū. unde cū ſiccitas terreſtreitati coniuncta vi caloris in humido digeritur/generatur qualitas quā odorē dicimus.Patet in pomis:in quibus ſicci/tas terreſtris in humido/calore ſolis digeriẗ donec odoriferꝝ fiat po/mū. DIS.Principia igiturodoꝝ ſunt ſiccitas in humiditate & calor agentis? MAG.Aperte dicis.hęc autē prīcipia quia ī harmonia & ꝓportione variant:nec ſemꝑ eodē modo cōcurrūt:hinc varię odoꝝ

Species odoris ſpecies gignunẗ.q̃ ſunt odor aromaticus/ſalſus/amarus/acutꝰ/ace

roſus/ſtipticus/põticus/unctuoſus/dulcis/inſipidus ſiue fœtidus:&
ſi qui alij reperiunt̃ ad hos reduci habẽt. DIS. Organũ deſpiciam⁹ Organũ
MAG. Organũ olfactus in cerebro ſupra naſum ſitũ eſt: ne facile olfactus
poſſit a cõtrarijs offendi. Sunt autẽ duę carnunculę ad modum ma
millarũ cõcauę & ſpongioſę: verſus cerebrũ ſuſpenſę. habẽtes cooꝑ/
culum q̊d ꝑ aeris inſpirationẽ & reſpirationẽ aperitur & clauditur. Id
organũ natura calidũ & oĩm odoꝝ expers eſt: ut oĩm ſit ſuſceptiuũ.
In homine autẽ ꝓpter magnitudinẽ cerebri cuius cõplexio frigida eſt
olfactus multũ leditur: ideo nõ niſi excellentia olfacit: ob hoc rariſſi/
me etiã odoꝝ ſomnia patitur. Vnde a quibuſdã dictũ eſt. Nos aper
auditu: linx viſu: ſimea guſtu: vultur olfactu: & aranea tactu excellit.

De medio & modo olfaciendi. Et ſi odor realiter vel ſpiritualiter per medium diffundatur. Capitulum. xviij. DIS.

E medio qd noui affers? MA. nihil. Nã ſicut ſon⁹ ꝑ aerẽ vel
d aquã ad auditũ uſqꝫ ꝑuenit: ita & odor. olfacimus eñ nos in
aere. & in aq̃ piſces. DI. Olfaciẽdi autẽ modus qs eſt? MA. Modus
A corpore odorifero/ calore reſoluente/ odor ꝑ mediũ diffunditur: olfaciendi
uſqꝫ ad nares: ibi inſpiratione attrahitur: & aperto cooperculo ad car
nunculas ꝑtingit: ad q̃s rami unius nerui ſenſu cõmuni exeuntis ꝓtẽ
duntur: ꝑ q̊s ſpiritus olfactiuus delatus in occurſu ſpecierũ odoris im
mutatur: fitqꝫ olfactio cõfuſa. anima autẽ ad regreſſum ſpiritus exci/
tata cernens ipſum ĩmutatũ ſpeciebus: ſe ad obiectũ unde huiuſce ꝓ/
ceſſere ſpecies cõuertit: ipſumqꝫ aſſimilationis via ſecernit atqꝫ diiudi
cat. Verũtamẽ de odoris ꝑ mediũ multiplicatione eſt nõ parua inter
phõs diſceptatio: alijs opinantibus odorẽ nõ ꝑ ſpecies & ſpiritualiter Si odor
ſed realit̃ a corꝑe odorifero uſqꝫ ad organũ peruenire: quia ꝑ longin realiter vł
qua terrarũ ſpacia percipitur. Vnde & vultures occiſoꝝ cadauera an ſpiritualit̃
te Troiam ꝑ quingenta miliaria olfeciſſe ſcribunt̃. Species autẽ ꝓpter ꝑ mediũ
ſui ſpiritualitatẽ citius in multiplicatione deficiunt. Accedit ad hoc ꝙ diffundit̃
nõnulli habitatores Indię odore cuiuſdã pomi viuere: a quo & diuti/
us ſeiuncti æmori dicuntur. ſpecies autẽ a materia ſequeſtratę: nec ca
lidę: nec ſiccę ſunt: nec nutrire aut cerebri humiditatẽ & frigiditatẽ tem
perare poſſunt. Odor autẽ. ut ait ſanctus Ambroſius in hexaemerõ
libro. 6. ca. 6. ideo nõ perfunctorie tranſit: ſed diutius inhęret naribus
ut cerebrũ ſenſuſqꝫ depaſcat. Ab alijs vero oppoſitam partẽ nõ omnĩ
no reſpuentibus/ dicitur: odorẽ in principio realiter per fumalẽ ęua/
porationẽ ꝑ medium tranſire: circa organũ autem iam nõ realiter: ſed
per ſpecies diffundi. ſpiritus eñ olfactibilis ob ſui ſpiritualitatẽ nõ ni/
ſi a ſpeciebus poteſt immutari: ſenſibile quoqꝫ ſupra ſenſum poſitum
non ſentitur. DIS. Hęc opinio ſingula concordans: amplectenda
videtur ad alia progrediamur.

Quid guſtus. quid ſapor. quę eius ſpecies: & quō generantur.de medio & modo guſtādi.& cur febricitanti dulcia videntur amara. Ca x.xix.

Guſtus

MAG. Q[uid] ſequit̃ in ordine ſenſuū Guſtus/eſt potētia ſenſitiuę app̄/henſiua ſaporis in lingua/medio humido ſaliuali. Sapor eq/dem guſtus obiectū/in lingua organū;& humidū ſaliuale eſt

Sapor

mediū. DIS. Saporē deſcribas. MA. Sapor eſt paſſio ſeu quali/tas humidi digeſti in ſicco terreſtri:alteratiua guſtus de potētia in actū nam ſicut odor generatur ex digeſtione ſicci in humido:ſic ecōuerſo ſapor gnerat̃ ex digeſtione humidi in ſicco.utrobiq; autē cauſa effici/ens eſt calor ſolis vel ignis.unde & fructus imaturi cocti igne dulcio

Ssporis ſpecies.

res efficiunt̃. Et ſicut ex diuerſo cōcurſu in harmonia & ꝓportiōe humidi in ſicco cū calore/odores multi ꝓueniūt:ſic ex multifario cōcurſu ſicci in humido cū calore diuerſi ſapores procreantur.qui ſunt ſapor inſipidus/dulcis/amarus/acut⁹/ſalſus/acetoſus/ponticus:ſtipticus unctuoſus/inſuauis/aſper& durus:& ſi q alij reperiunt̃ hoꝵ naturas participant. Ex q̊ manifeſtū eſt:odoꝵ & ſapoꝵ principia ita eſſe connexa ut ſeparatim nō inueniantur. ſic nec hę qualitates:q̄obrem etiā in nobis concurrunt. DIS. Aperte loqueris.ad organi explanatio

organum guſtus

nem nunc ſtilum vertas. MAG. Organum guſtus neruus quidā eſt a cerebro deſcendens:in lingua ramificatus:& p eam ad inſtar retis expanſus. Mediū autē eſt caro linguę poroſa/humido ſaliuali deli

guſtandi modus

buta. Cum igitur hic ſenſus omni animali ſit neceſſarius: nulli talium lingua aut caro loco linguę deeſſe poteſt. Cum itaq; ab obiecto ſaporifero ſpecies p hoc mediū uſq; ad organū multiplicantur:ſpiritus guſtatiuus p dictum neruum deſcendens/in occurſu ſpecieꝵ imutatur fitq; guſtatio cōfuſa.regreſſio autē ſpiritu/anima excitatur:& cernēs ipſum imutatū/ad obiectum unde multiplicant̃ ſpecies ſe conuertit

Cur febricitāti omnia ſunt amara

ipſumq; diiudicat.. DIS. Vnde autē febricitans dulce/amarū iudicat? MAG. Ex eo:quia pori linguę eius impleti ſunt crudis & amaris fumoſitatibus:a ſtomacho aſcēdentibus: p quas dū ſpecies ſaporis multiplicant̃/amaritudinē cōtrahunt.ſicut ſpecies luminis tranſeūtes vitrū coloratū tinguntur:aut quia intus exiſtens fortius mouet.

Tactus qui omni animali neceſſarius eſt definitur obiectum/organum/& mediū tactus ęnumerātur:& quare obiecta ſenſuū cōtraria complectātur aperitur.Hinc viſio corporalis & itellectualis beatorum iucundiſſima oſtēditur. Et homo melioris tactus eſſe probatur:inſuper quomodo tactus plures ſenſus & organū habere circa cor

ANIMAE SENSITIVAE exponitur. Capitulum.xx. MAG.

Oſtremo loco ſenſuum Tactũ collocauimus:qui omni ani/
p mali ita neceſſarius eſt:ut ſine eo ſimiliter & guſtu:qui quidã
tactus eſt:nequaq̃ viuere poſſit.ꝑ ipſum nãq; vitę cõtraria fu
git:& amica proſequitur.Eſt em̃ tactus potentia ſenſitiuę animę/ ap Tactus
prehenſiua qualitatis tangibilis.in neruo expanſo ad inſtar retis ꝑ to
tum corpus mediante carne.Hic neruus quem & organum tactus
dicimus:a cerebro oritur:per ceruicem ad medullam ſpinę dorſi de
ducitur:& ꝑ illam quę continetur:in oſſibus quibus ſpina dorſi con/
iungitur:inde tenuiſſimis quaſi riuulis per cuncta ſe membra diffun
dit. DIS. Cum hic neruus organũ tactus ſit:carnem ipſum coope
rientem/ medium tangendi/qualitatem vero tangibilem obiectum
tactus intelligo. MAG.optime.Nec iſta dilucidatione egẽt niſi for
te:ut per qualitatẽ tangibilem intelligas/ cõmune quoddam ad cali/
dum frigidum/humidum & ſiccũ:ad quas qualitates ſecundę redu/
cuntur.de quibus libro nono:cũ de trãſmutationibus elemẽtorꝶ age
retur:dictũ eſt ſi meminiſti. DIS.Memini:ſed unde eſt ꝙ nõ modo
tactus/verũetiã omniũ ſenſuum obiecta/contraria complectuntur?

MAG.Ex eo quia ſenſitiuę cognitio debibilis eſt:nec ſine contrarie
tate differentias ſenſibiliũ facile apphenderet.ſagax igitur natura ob
iectis cõtrarietatẽ indidit:oppoſita em̃ iuxta ſe poſita magis ęluceſcũt.
Hinc & ipſorꝶ eadem eſt diſciplina.verũtamẽ hęc contrarietas in ob/
iectis:ita ad ſenſum moderata eſt quadam harmonica ꝓportione. ut
excellens ſenſum corrumpat:diſconueniens dolorem cauſet:delecta/
tionem vero debite proportionatum ingerat:& quidem tãto maio/
rem/quanto quod ſentitur: plus de natura obiecti participat. viuere
enim ſenſitiuę eſt ſentire:& obiecto ſuo refici. Vnde ſi viſibile eſſet q̊d
lucis luminis:& omniũ colorꝶ naturas includeret: id delectabiliſſimã
viſui proportionato ſenſationem pręſtaret.Pariformiter & de alijs ſen
ſibus dicendum arbitror.Qualis igiť iſtec erit viſio quo oculus bea/
ti perfectiſſime diſpoſitus intuebitur humanitatem Chriſti: omnium
viſibilium pulchritudines cõplectentem? qualis deniq; viſio / oculi
intellectualis intuentis intimius diuinitatem:nõ modo viſibilium:ſed
& omnium ſenſibilium & intelligibilium exemplar perfectiſſimum?
DIS. Qualis ſit neſcio:ſed mirum in modum gaudioſam ex his fa/
2. cile coniecto. MAG.Sane dicis:qualis ſit neſcio. nam nec oculus
4. vidit:nec auris audiuit:nec in cor hominis aſcendit:q̃ pręparauit deus
diligentibus ſe.teſtatur ille qui raptus in tertium cœlum vidit:& arca/
na audiuit q̃ nec loqui licet. Sed unde digreſſi ſumꝰ reuertamur. ſicut
enim ſenſibilia nõ ęque rationem obiecti participant:ſic nec in omni
bus animalibus(ut pręmiſſum eſt)ſenſus ęque vigent. Nam linx vi
ſu / aper auditu / vultur olfactu / ſimea guſtu / aranea vero tactu

præualere perhibētur. Hominem autem tempatiſſimę complexionis
& ideo ad ęqualitatem magis accedentem/hinc & ſubtiliores tangi/
bilium differentias ſentientem aſſeuerant/ & in ipſo per tactus diuerſi
tatem ingenij diſcrimen diiudicant. Molles em̄ carne/aptos mente au
tumant: cæteris concinētibus. de quibus phiſionomia tractat DIS
Gratiſſima hęc fuere. Sol autē occiduas merſus in undas / tractatū
de ſenſibus claudere iubet. Verūtamē in modo tangendi ſi quid ſpe/
ciale eſt paucis ędicas. MAG. Nihil: niſi fortaſſe quod organū qua
litatiuis diſpoſitionibus informatur: quibus diuerſis obiecti differen
tijs pportionatur. Hinc & Ariſtoteles hunc ſenſum plures aſtruit. In
libro quoq; de ſenſu & ſenſato/organum eius/ſimiliter & guſtus cir
ca cor ordinauit: ideo forſitan/ quia ſenſus ſunt alimenti / quod poſt
digeſtionem completam formam vi caloris in corde orientis accipit
Nos autem eos ſecundum ꝙ obiecta diſcernere habent proſecuti ſu/
mus. Vale. DIS. Et tu ſemper bene valeto.

De natura / numero & organis ſenſuum interiorū in genere. Capitulum. xxi: DIS.

Alue præceptor colendiſſime. MAG. & tibi ſalus fili. Quid
ſ ſibi vult/quam vultus oſtētat lętitia? DIS. audies. quæ he
ſterno veſperi de ſenſuum naturis diſſeruimus/dormiens re
uidi: & ītellexi luculēter. mirari autē haud ſufficio: dormitantē q̄ vigi/
lans agit poſſe recolere. MAG. Poſtq̄; ſenſuum interioꝝ quēad/
modum & exterioꝝ naturas agnoueris: finem accipiet iſtec tua ad/
miratio. DIS. Cenſen iſtoc die ſingulos dilucidari poſſe? MAG
Etiam. per pauca em̄ habeo q̄ de his in mediū ferre conor. Eſt autem
(ne diutius inhiantem animū tuum morer) potentia ſenſitiua interi
or: quæ ſenſibilia in eorundē abſentia apprehendit. Nam ut pręmiſſu;
eſt: ſenſibilia per ſpecies & idola propria ſentiuntur. Hæc autem a ſen
ſibus exterioribus recepta/per neruos organorum ad cerebrū uſq; cō
ſcendunt: ubi cū ſenſibus interioribus etiā remotis ſenſibilibus ſen/
ſationes cauſant. Et ut ęnucleatius quæ volo intelligas/ſenſuum inte/
rioꝝ & numerū & organoꝝ diſcrimina præmittā. DIS. Optime.
Senſus in teriores MAG. Senſus interiores numero quinq; ſunt: videlicet. Senſus cō
munis: Imaginatiua: Eſtimatiua: Fantaſia/ q̄ etiam imaginatiua di/
ci ſolet: & Memoratiua. Hoꝝ organa in ſubſtātia cerebri ſubtiliſſimis
ſecernuntur pelliculis. quæ primū totum cerebrum tribus diſtinguūt
ventriculis: quoꝝ anterior & medius (quoniam maiores ſunt) rurſus
bipartiuntur. Prima portio ventriculi anterioris/organum eſt ſenſus
communis. Secunda imaginatiuę. Prima autem ventriculi medij at
tribuitur Eſtimatiuę. ſecunda Fantaſiæ. Poſterior vero ventriculus to
tus memoratiuæ deputatur. Hæc de organis dicta ſufficiant: opera/
tiones percurramus eodeꝫ ordine.

fantaſia
ſenſus cõmunis
vermis
Cogitatiua
Imaginatiua
Eſtimatiua
Memoratiua
guſtus

De Operationibus ſenſuū interiorū trium primorum:& qualiter eſtimatiua intentiones ęlicit. & ꝙ in homīe cogitatiua ſiue ratio particularis dicitur Capitulum viceſimumſecundum.

Senſus cōmunis opus

DIS. OPerationes ſenſus cōmunis quę ſunt? MAG.tres ſunt.primo em̄ cognoſcit ſenſationes & ſenſibilia omniū ſenſuū exteriorꝝ/etiā non p̄ſentibus obiectis.ideo cōmunis dicit̄.Secundo cōuenientias & differentias inter obiecta & ſenſuū diſcernit. cum em̄ primo obiectū unius cognoſcit/ſecundo obiectū alterius apprehendit:tertio actum format continentem virtualiter noticias amborꝝ obiectorꝝ:in quo & ipſorꝝ conuenīētias & differētias ponit.ut album eſt dulce.ſonus non eſt frigidus &c.Tertio abſentias obiectorꝝ dīiudicat.ut ꝙ viſus non videt.auditus non audit.ſic de tenebra/ſilētio cęteriſq̧ obiectorꝝ priuationibus iudicat. DIS.Hicne is ſenſus eſt a cuius organi centro/nerui ad organa exterorꝝ ꝓtendunt̄. MAG. Is eſt.unde & per hoſce neruos omniū viſibiliū ſpecies recipit:& quidem facile/propter organi humiditatē & calorem.diutius autem retinere non poteſt:quapropter facta ſenſatione eas per neruorꝝ meatus/imaginatiuæ trāſmittit.cuius operatio eſt receptas ſpecies & imagines reſeruare:unde & nomē accepit. Hinc organū huius ſicci⁹ & frigidius eſſe deſcribitur.ne autē quę ſequunt̄ potentię ocioſæ permaneant ſpecies ab imaginatiua ad eſtimatiuā tranſeūt:ex quibus hæc potentia intentiōes non ſenſatas ęliciat.quēadmodum ouis ex ſpeciebus lupi/colore ſcilicet figura & aliȷs inimicitiā non ſenſatam ęliciens ipſum fugit.ſcd̄m Auicennā ſexto naturaliū.& hoc vel naturali inſtinctu: ſi forte prius fraudē lupi experta non ſit.vel experimento.ut aſinus foueæ qua nuper periclitatus eſt appropinquans caſum timet & declinat.vel ratione coniuncti.ut ceruſa purpurea eſtimamus dulcia.

Imaginatiuę opus

æſtimatię opus

Intentōes quid ſint.

DIS.Intentiones quę res ſunt? MAG.Species ſunt ſenſationū ideo ſenſibilium ſpeciebus multo ſimpliciores/& a ſenſibus exterioribus imperceptibiles/propter organorꝝ indiſpoſitionē. huic autē potentię ſunt proportiōatę:quā ſi ratio decorauerit:ut in hominibus: iā non æſtimatiuam/ſed cogitatiuam appellare ſolemus ſiue rationem particularem.

De operatiōibus fantaſię diuerſis in hoīe & bruto.& an in vigilātibus fantaſia operetur. Cap.xxiȷ̄.

DIS. FAntaſticę potētię operatio q̄ eſt? MA. Ex ſpeciebus p̄memoratis cū ad organū ipſius ꝑuenerint: diuerſas imagines cōponit:q̄ a ſenſu cōmuni ꝑcipiūtur;dū rurſus ad ipſū deſcenderint.Quoniā ꝟo hęc potētia in homine ratione decorat̄:ideo non neceſſario eodē modo oꝑatur.nōnunq̄ em̄ ex compoſitione ſpecię

rum intentionum diuerſarꝫ monſtra fingit. quonũ nec aliquando ſiſ'ia vidit. In brutis autẽ inſtinctu naturę regitur: qui in omnibus eiuſdẽ ſpeciei ſiſ'is eſt: ideo in talibus fantaſię opera nõ variantur. ſimili eqdẽ ingenio oĩs hyrundo nidũ/& aranea telam texit. Hui⁹ potẽtię opa & ſi vigilãtibus nõ deſint/raro tñ ab ipſis pcipiuntur: ppter fortiores motus exteriorũ. Dormiẽtes autẽ quorꝫ ſenſus exteriores vacant fre/quẽtius hæc ſentiũt: & ſomnia appellant: quia in ſomno appareant.

Somni & vigiliæ deſcriptiones ponuntur & cauſę eorundem varię declarantur. hinc omni animali neceſſaria eſſe concluditur. Capitulũ. xxiiij. MAG.

IN huius dilucidatiõe parumper ab inſtituto tramite digredi fortaſſe nõ omnino erit inutile. DIS. imo pnéceſſariũ. nam fere quartã partem vitę aut amplius inerti ſomno tranſigo: & unde in me proueniat/nondũ plene intelligo. MAG. Somnũ qui- Somnus
dam Phõrꝫ impotentiã ſentiẽdi & mouẽdi definiũt Eadẽ quippe via eſt ſpiritus mouẽtis & ſenſitiui. Vigiliã ecõtrario potentiã ſentiẽdi & Vigilia
mouendi deſcribũt. Alij Somnũ ligamentũ ſenſuũ: vigiliam aũt ſolutionẽ eorundẽ aiũt. In ſomno equidẽ ſenſus exteriores ligati ab operibus ceſſant. ſimiliter & ſenſus cõmunis in ea opatiõe qua reſpicit ſen/ſus exteriores. In vigilia autẽ quę finis eſt ſomni: ligati ſenſus rurſus ſoluunt: & ad ſolita pcedunt opera. DIS. Hæc ita ſe habere in me ipſo experior: ſed vinculũ hoc quale ſit/aut unde proueniat ædicito.

MAG. Dum nutrimentũ digeritur: ab ipſo euaporatiões groſſę cauſę ſomni
cerebrũ petunt: a cuius frigore in aquã reſolutę/ ob grauitatẽ deſcen/dunt: & cũ cæteris vaporibus ſimiliter a frigiditate cerebri reuerbera/tis/meatus ſpirituũ ad ſenſus exteriores opilant: & ne egredi poſſint in occurſum ſpecierꝫ ſenſibiliũ cohibent. Vnde quis dormitantis aures ſonorꝫ ſpẽs penetrent: & ad organũ uſqꝫ pueniant/ auditionẽ tñ facere nequeũt: eo qꝫ ſpiritus audibilis per opilatos neruos ęgredi nõ poſſit. cõpleta autẽ digeſtione ſepatur ſanguis: cuius pars purior ſupiora conſcendit/groſſior verò inferiora nutrit: Siſ'r & calor qui fuerat circa digeſtiuã congregatus: & ab exterioribus ad interiora collectus rurſus diffundit/meatus ſpirituũ penetrat: & reſiduũ vaporꝫ conſumẽs ſpiritibus viam aperit. Hinc Algazel ſomnũ definiẽs ait. eſt attractio ſpiritus ab exterioribus ad interiora. Sic ſomni cauſa effectiua/eſt ca/loris & ſpirituũ in organis ſenſuum abſentia: & cauſa vigilię eorundẽ præſentia. Sed cauſę abſentię taliũ multiplex eſt. ſcilicet euaporatio nutrimenti: labor/ęgritudo: ætas prima id eſt infantia: ſtudij attentio: cura & pauor. DIS. Sane. nam in omnib⁹ his reperire eſt quod aut neruus opilet / aut calorem minuat. Sed cum omne animal neceſſe habeat nutriri quo ad vixerit / nullum ſomni expers eſſe poteſt.

MAG. optime: tñ in quibuſdã vix eſt momẽti aut morę pceptibilis;

De ſomnio quid ſit:& qualiter a ſenſu cõmuni cognoſcitur.& quomodo aliqui in ſomno loquũtur/ & ambulant/& niſi excitati non cadunt.quare etiã eorꝝ quę geſſerunt nõ recordant̃. Ca.xxv. DIS.

Somniũ — Vnc demũ quid ſit ſomniũ deſcribas. MAG. Somniũ (ut
aiunt) eſt apparitio vel apphenſio fantaſmatũ facta in dormiẽ
fantaſmata — do. Fantaſmata autẽ imagines & rerũ ſimulacra dicimus:quę
potentia fantaſtica ex ſpeciebus diuerſis fabricat.hęc em̃ in ſpiritu lu
cido & claro quaſi in ſpeculo reſplendent:vel ſicut figura in aq̃. Vnde
ſicut turbata aqua figurę indiſtinctę in ea relucẽt:ſic turbatis ſpiritibus
indiſtincta ſomnia habem⁹ quorꝝ vix aut raro recordamur. ut ſunt ſõ
nia in primo ſomno/cũ groſſa fumoſitas ex prima digeſtione cibi aſcẽ
dit. Deferuntur autẽ ad ſenſum cõmunẽ:a quo appręhẽſa ad organũ
fantaſię:nõnunq̃ ad cellã memorię reuehunt̃,multorꝝ nãq̃ ſomnio
rũ reminiſcimur. Rurſus ſi ſenſus cõis ſup p̃ſentata ſimulacra conuer
ſus fuerit:ut ſunt q̃ cauſant̃ a ſenſibilib⁹ ꝓprijs: dormiẽs ſe videre/au
dire/ bibere/ loqui/ aut ſimilia agere ſomniat. Interdum etiã dormiẽ
tes nõ modo huiuſcemodi ſomniãt:ſed ad inſtar vigilantiũ exercent.
ſunt em̃ qui ambulant:loquunt̃ & ſimilia operant̃. DIS. Cauſam
huius ſi potes afferas. MA. Alberthus naturaliũ indagator ſtudio
ſiſſim⁹ cauſam in his duplicẽ inuenit.videlicet fantaſmatis impreſſio/
nem fortẽ & ſolutionẽ ſenſus a calore accidẽtali.qui cũ ſanguine cho
lerico ad caput ęleuatus/ꝑ organa virtutis animalis deſcendens/ſen/
ſus q̃ſdã & maxime remotos ſoluit:ſimiliter & virtutẽ motiuã ad mo
tum progreſſiuum excitat. adde conſuetudinem. DIS. Cur autẽ
per abrupta ſcandentes minime cadunt:mox autẽ excitati nõnunq̃
p̃cipites ruunt? MAG. Caſus his qui ꝑ abrupta aſcendũt:tũc maxi
me euenire ſolet:cũ pericula attendẽtes/formidare ceperint.eo eñ vir
tutes ab exterioribus ad cor formidoloſuȝ ſe colligunt:& lacertos ner
uos & muſculos motiuę organa deſtituũt.dormientes igit̃ in talibus
ſecuriores ſunt/ubi excitati ſepius cadũt. DIS. Sed unde eſt ꝙ eorꝝ
quę dormientes geſſerũt/ęuigilantes recordari nõ poſſunt? MAG.
Recordatio uti in ſequẽtibus patebit:fit ꝑ ſpecies eorꝝ quę ſenſimus
in memorię archa reſeruatas. cum autem actus illorꝝ fiant a ſenſibus
accidentaliter ſolutis/ſpeciebus ad memoriã liber nõ patet introit⁹
qui autem in ipſis actibus excitantur/ facilius ſaltem in ſemiplenam
memoriã eorundem deuenire poſſunt.

De varijs ſomniorum cauſis naturalibus & ab anima & a corpore ſomniantis prouenientibus. Capi.xxxvi. DIS.

Ictis plane aſſentio. Sed ſi quid cauſę ſubeſt cur nõnunq̃ quę
d videmus ſomnia vana ſunt: interdum nobis vigilantibus ęue
niſſe cognoſcimus/ ædicito. MAG. Somnijs ſomniorumq;
euẽtibus cauſas ſubeſſe certũ/ ſed eaſdẽ dilucidare ꝑdifficile. DIS.
Libeat ſaltẽ ex his quę ꝑſto ſunt cõmemorare. MA. Somnioꝝ q̃ſ/
dam cauſas naturalis philoſophia/ reliquas ſacra ęloquia manifeſtãt.
quas omnes diuus papa Gregorius in octaua moraliũ libro ad ſex
genera reduxit. Aliquã do nanq; ait ſomnia ventris plenitudine vel
inanitate. aliquãdo illuſione. aliquando cogitatione ſimul & illuſio/
ne. aliquando reuelatiõe. aliquãdo aũt cogitatione & reuelatione ge/
nerant̃. Prima duo genera ex naturalibus nota relinquit. ſequentia
teſtimonijs ſcripturaꝝ confirmat. Omniũ equidem ſomnioꝝ cauſa causę ſom
ſi rem ipſam attentius cõſideramus vel intrinſeca eſt/ vel extranea. In niorum.
traneam dicimus corpus vel animam ſomniantis. Sępius em̃ quę vi/
gilantis mens cogitauerat ſolicitius/ ſopitis ſenſibꝰ recogitat. & quod
optat/ ſperatq; vigilãs/ in ſomnijs videre ſolet. Hĩc Ariſtoteles in Ethi
cis. Sõnia ſtudioſoꝝ laudabilia aſſerit. & Virgilius. amantes ſibi ſom
nia fingunt. Hinc & de amicis noſtris de q̄bus magis ſolliciti ſumus
multa per ſomnia pręuidemus. Interdum etiam tranquilla dormiẽ
tis anima cupitę dubietatis ſolutionem inuenit. Corporis etiam diuer
ſa habitudo varias ſomniorum cauſas adminiſtrat. Hinc Melancho
lici res obſcęnas/ formas horribiles & teterrimas dęmonũ ſpecies nõ
nunq̃ vidiſſe ſe atteſtantur: maxime autẽ dum hic humor per medici
nas aliquas aut balnea motus fuerit. Sic cholerici de igne/ bellis/ cę
de hominũ & ſimilia ſomniant. Flegmatici ſe in aquis vel niue cõſiſte
re: aut etiam mel comedere: ſi modo flegma dulce ad palatum lingu
ę diſtillauerit. Ex ſanguinis autẽ abundantia incubos ſomniamus:
quos phiſici apoplexię futurę nuncios dicunt: ideoq; his a carnibus
ouis/ vino & cęteris q̄ multũ ſanguinem generant abſtinendum eſſe
perſuadent. Quandoq; neceſſitas viros naturales exequi corporis ſui
curas coartat. Ideo famelicus cõmedit: ſitibundus fontibus labra ad
mouens ſatiari nequit. Nõnunq; ad membrorũ paſſiones cõformes
imagines formantur/ ſic pueri dum urinam ęmittunt/ ſe in orto vel
amœno loco vigilantes hęc operari exiſtimant. Sic & interdum dũ
natura ſeminalia vaſa alleuiare ſtudet/ pruriginem quã ſemen in mẽ/
bris efficit in deſcenſu/ deformitas quędã nefarij amplexus/ aut oſcu
li comittatur Auguſtinus vero .x. cõfeſſionũ libro aſſerit tantum ho
neſtatis habitũ hominem poſſe acquirere: ut virtute ipſius diſſipabun
tur fantaſię malę/ quę per ſomnia ingerunt̃ dormienti. DIS. Hĩc
fortaſſe eſt ut nõnunq̃ illicitis in ſomnis repugnare nitimur. MAG
Etiam fili. Ruſus cauſę intraneę ab extraneis ſepe mouent̃. Corpus
quidem ab influxu cœlorũ/ & circumſtantium elementorũ contactu
& anima a deo/ vel angelo. fieri enim poteſt quas influẽtia cœleſtis

materię elementari/ plantis aut metallis imprimit formas : eaſdem cauſet & in fantaſię organo .ſic & elemento℞ q̄litates quas circundāt/ maxime autē nudati capitis partes cōſimiliter afficiunt. Nonnulli etiā natali conſtellationi nō infimū locum in cauſandis ſomnijs cōcedūt Hinc interrogati aſtrologi per duodecim domo℞ / & planetarū habitudines/quod quiſq̧ ſomniando viderit ædicere conantur: ut patet in libro Hali Abenragel de iudicijs ſtellarū: eo loco quo interrogationes pertractat: ſed illos libro ſeptimo: a vera phīa explodendos co/gnouim⁹: ad ſomnio℞ extraneam ſpiritualem cauſam accedamus : quā Simonides ſolā ſomnijs aſſignauit dicēs. Somnia ſunt ſoli⁹ dei imiſſiones. quod ſi verum eſſet bruta non frequenter ſomniarent.

Simōides

Quomodo deus & angeli boni & mali iubēte aut permittēte deo varia īmittunt ſomnia Capitulum.xxvij.

DIS. Hanc pauloante deum & angelū dicebas. MAG. nec ab re deum nanq̧ p ſomnia loqui ſcriptura teſtatur. Per ſomnium inquit loquar ad illū. DIS. de Angelo aūt quale teſtimoniū afferſ? MAG. de Angelo bono eſt: id quod Matheus euangeliſta angelum in ſomnis apparuiſſe ac monuiſſe ioſeph: primo ne timeret accipere Mariam coniugē ſuam. ſecūdo ut cū puero & matre eius fugeret in Aegiptū. Similiter de angelo indicāte Danieli & Ioanni euāgeliſtę q̄ ventura eſſent nouiſſimis diebus. Et ut ſancto Thomæ placet: dum angelus bonus imaginariā viſionem cauſat/ſiue in vigilāte ſiue in dormiente/nullā formam imprimit: quę prius p ſenſum ſaltē aliquo modo ſuſcepta nō ſit. non em̄ facit cęcum imaginari colores: ſed ſpiritus humoreſq̧ formis pręacceptis informatos monet ad eā quam prętendit imaginationē. Et rurſus quandoq̧ intellectū illuminat: ut quid viſio prędicat intelligere poſſit. patet de Ioanne euangeliſta & daniele. Interdū imaginationē ſine intelligentia fabricat: ſicut in Pharaone: cū vidit ſeptem vaccas & ſpicas. Interdū ſomnia & eorūdem intelligentia etiā malis īmittunt. patet de ſomnio quod audiuit Gedeon a Madianitis: de quo Iudicū ſeptimo. Multociēs quoq̧ deo pmittente: angeli mali mentibus hominū p ſomnia illudunt. ut teſtatur. c. epiſcopi. 26. q. 5. de ſceleratis mulieribus/quę demonū illuſionibus & fantaſmatibus ſeductę credunt ſe & profitentur cū diana nocturnis horis dea/vel cū Herodiade (quę caput s. Ioannis Baptiſtę ab Herode adultero expetijt) vel cum innumera multitudine mulierū equitare ſuper quaſdā beſtias/& multa terrarum ſpacia in tempeſtate noctis ſilentio p tranſire &c. de quibus libro. 7. latius diſſertū eſt. q̄re autē deus talia permittat in fine libri octaui ex ſententia Auguſtini ex/poſitū eſſe memini. de talibus illuſionibus beatus Iob conqueritur dicens. Terrebis me per ſomnia: & per viſiones horrore concuties.

Si & quę ſomnia euentuū futurorum ſigna cauſa ue exiſtant. inſuper qualiter & ſomniorum obſeruantia vana ſit & deo odioſa. Capi.xxviij.

DIS
Vfficiēter ꝑepitomatis anguſtia ſomnioꝝ cauſas explanaſti
ſ nunc quod volebā/a quibus futuros euentus expectare poſ
ſumus edicito. MAG. Diuinationē ſomniorū inquit Ariſto Ariſtote.
teles.2.li.de vigilia & ſomno/nec eſt cōtemnere idoneū: nec omnino
ſuadere. Somnioꝝ em̄ quędā ſigna ſunt euentuū/ quędā cauſa:quæ
dam nec ſignū nec cauſa. Signa ſunt ea quę a corporis complexiōe &
habitudine accidunt. quę etiam medici nō negligenda autumant:ut
in cauſas egritudinū facilius deuenire poſſint. Signa item dici poſſūt Somniorū cauſæ.
quę a reuelatione dei/vel angelorū bonorum fiunt. Alia quędā cau
ſa ſunt & occaſio euentuum. Vnde cum quidam ſomniaſſet ſe mor/
deri a leone marmoreo:ex his qui in templorū veſtibulis cerni ſolent
die poſtero cum templi fores pręteriret:conſpecto leone dicebat. En
nocturnus hoſtis meus:& īmiſſa manu in os ipſius/a ſcorpione dile
tiſcente inibi lętaliter leſus eſt. His proxima ſunt ſomnia caſualia:qui
bus extantibus nōnunq̄ euentus illorum eueniunt. Hęc duo poſtre
ma ſomniorū generaꝯita vanitate & malorum ſpirituū illuſione circū
uallata ſunt:ut ſomniantibus peſtifera/& Creatori odioſiſſima ex ſa/
cris litteris palam ſit. Vnde in Leuitico legimus:nō auguriabimini:
nec obſeruabitis ſomnia. Et in Deu. propheta autē ille aut fictor ſom
niorum interficietur. Et rurſus nec inueniatur in te/qui ariolos ſciſci
tetur/aut obſeruet ſomnia. in Eccleſiaſtico autē. Somnia extollūt im
prudentes. & infra. ne dederis in illis cor tuum. Et eccleſiaſtes. ubi plu
ra ſunt ſomnia:ibi plures vanitates. Quanta aūt ꝑicula euenerint ob
ſeruātibus ſomnia hic cōmemorare/nec locus nec tempus admittūt.

De memoria & reminiſcentia. & quorum aut qualiter recordari poſſimus: de clauſura memoratiuę/& qualitatiua eius diſpoſitione. Capitulum viceſimumnonum.

MAG.
Ides fili dum calamo in ſomniorū campo habenas laxamus
v instituti callem reliquimus. DIS. Quid mirum ſi ſomni/
antiū more oberrauit calam⁹. q ſomnia deſcribere aggreſſus
eſt:cū(ut inquit diuus Ambro. in hexaemerō)natura quadā fieri poſ
ſit:ut hi qui aliquid intuent̄/vel dicendo exprimere volunt eorū q̄li/
tatem quę vel intuent̄ vel loquuntur aſſumāt. Correptis igitur loris
ipſum ad ſemitā reducito: ut quod reliquū eſt memorię officiū velo
cius ꝑcurrat. MAG. memorię eſt ſpēs & intenſiōes ab añfatis potē Opus memoratiuæ
tijs acceptas reſeruare:donec rurſus oꝑandū ſit. DIS. Nū id imagina

tiuę attributum eſt? MAG. Etiam: ſed nō eo modo quo memorię. Hęc equidem ſolas ſpecies a ſenſu cōmuni receptas ſine tēporis differentia cuſtodit. Memoria vero & has/ & intenſiones ab ęſtimatiua elicitas: inſuꝑ & fantaſię imagines cū differentia temporis p̄teriti in q̊ ſentiebātur reſeruat. Accidit autē ut eas vel totas ammittat: vel remiſſas ordine tm̄ confuſo retineat. Quas totas amittimus ita obliuiſcimur ut nec dum volumus earꝫ recordari poſſimus. Hinc Aureli⁹ li. xiiij de trini. ca. xij. Quod autē quiſqꝫ penitus obliuiſcitur nec cōmoneri eius uticꝫ poteſt. Quarū autē reliquias tenemus reminiſcētia eſſe poterit.

Reminiſcentia. DIS. Reminiſcentiā quid dicis? MAG. Ariſtoteles eam dicit reſumptionē memorię alicuius nō totaliter obliti: ꝑ diuerſum ratiocinatiuū ex memoratis ad inueniendum partialiter oblitū. Hinc Auguſtinus voluntas reminiſcēdi eſſe nō poteſt: niſi vel totum vel aliqd rei ei⁹ quā reminiſci volum⁹ in penetrabilib⁹ memorię teneam⁹. Hęc nempe adiutorio fantaſmatis ſumpti aut a ſimili: aut a contrario: aut a loco aut tempore & ſic de alijs: potentiā cognitiuā mouent ad app̄hēdendum partialiter oblitum: talibus equidē memoriā plurimū poſſe iuuari compertū eſt. Nonnunqꝫ etiā ſaluis ſpeciebus tardius q̊d volumus recordamur. Organū em̄ memoratiuę partiuncula cerebri: vermiculo ſimili clauditur. ſpiritus igitur in quibus deferuntur ſpecies nec introeunt nec exeunt: niſi hoſtiolu꜄ tale aperiatur. unde quidā caput inclinant aut ęleuant dū oblitū quęrunt. DI. Manifeſta ſunt hęc. Sed

memorię diuerſitas dic q̄ſo unde hęc memoratiuę accidat diuerſitas? MA. Ex diſproportione qualitatū & nimia frigiditate & humiditate. Vnde calidi & humidi facile eſt recipere: ſed nō diutius ſeruare. Rurſus autē ſicci & frigidi tarde eſt recipere & firmi⁹ retinere. Iuuenes autē & ſenes male memorię ſunt: ꝓpter nimiū & augmenti & decremēti motū in ipſis. ſicut em̄ recordatio exigit motus agiles: ſic memoria animū quietū. hęc & alia memoriā naturalē cōcernentia in ſpeciali tractatu: de artificiali autem in fine rhetorices diſſeruimus. DIS. Memini.

De Potentia motiua/ imꝑatiua/ & proſecutiua. de cōcupiſcibili & iraſcibili: a q̄bus oriuntur quattuor animi paſſiones Capitulum. xxx. MAG.

h Actenus app̄henſiuę naturā explicauimus: nunc ordo p̄miſſorum expoſtulat ut & motiuam ꝑcurramus. DIS. Probe.

MA. Hanc bifarie partitā manifeſtum eſt. Quędā nāqꝫ appetit & imperat: altera imperium ꝓgrediendo ꝓſequit̄. neceſſe em̄ eſt omni animali ꝑfecto ut q̊d ꝑ app̄henſiuā agnouit: ꝑ appetitiuā appe-

Potentia appetitiua ſiue ſenſualitas. tat conueniens: aut reſpuat contrarium. ꝑ progreſſiuā autē quod appetebat ꝓſequatur: & fugiat quod reſpuebat. DI. Eſt igitur appetitiua potētia qua animal inclinat̄ ad ꝓſecutionē vel fugā eius q̊d cognoſcit? MAG. Scite definis appetitiuā: quā & ſenſualitatē & ap-

Concupiſcibilis. Iraſcibilis

petitum animalem dicunt. Huic rurſus ſubſunt. Concupiſcibilis & iraſcibilis. DIS. Concupiſcibilis q̃ eſt? MAG. Que tēdit in bonū verū vel apparēs: maxime autē delectabile. DIS. Iraſcibilis q̃ eſt? MAG. Que contra malū inſurgit: & fertur in bonū arduū: utile vel honeſtū: etiā ſi delectabile nō ſit. ut potio amara: ut cōiter phi autumant. Non deſunt autē qui volunt ꝙ cōcupiſcibilis reſpiciat per ſe bonū vel malum fugiendum vel ꝓſequēdum: at vero iraſcibilis impedimentū ꝓſecutionis mali & fugæ boni attēdat/ quod magis ꝓbabile videt̃. Imparat igitur concupiſcibilis moueri ad ea q̃ videt̃ bona & neceſſaria. Iraſcibilis autē mandat fugā eoꝝ q̃ ſunt cōtraria & nociua. Illa quietatur ꝑ coniunctionē boni optati: hec ꝑturbatur per eiꝰ ablationē & p̃ſentiam cōtrarij. Vnde & ab his affectiones animi oriuntur q̃ ſunt gaudium & ſpes: a concupiſcibili dolor: & timor ab iraſcibili. Has Poeta iuxta platonicoꝝ ſententiā tanq̃ origenes vicioꝝ accidere animę ex corporis ſocietate ꝓhibet. dū inquit. Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo Seminibꝰ: quantū nō noxia corpa tardāt. Terreniq̃ ebetant artus/ moribundaq̃ membra. Hinc metuunt cupiūtq̃ dolētq̃ nec auras Suſpiciūt: clauſę tenebris & carcere cęco. Sed nō oīa vicia aīę ex carnis corruptę ſocietate accidere diuus Aurelius de ciui. dei. li. xiiij. ca. iij. manifeſtat. Qualiter autē hę affectiones vicioꝝ ſcaturigines exiſtant: in moralibus apparebit. DIS. Inſtitutū igitur ꝓſequere: & organa dictaꝝ potentiarū explicato. MA. Organū concupiſcibilis & iraſcibil' circa cor: vel ip̄m cor eſſe autumāt: eo ꝙ cor in actibus earū & dilatat̃ & cōſtringit̃: & ſanguis ab exterioribus ad cor vel a corde ad exteriora remittitur. Hinc timidi pallent: & irati excandeſcunt: in his nempe animalis ſpiritus ad vitę fontē ut ſecurior ſit retrocedit. In illis anima in ꝓpatulo videri deſiderat ne videatur formidoloſa: & in ultionem ſe extendit.

Organū cōcupiſcibil' & iraſcibilis

De triplici virtute motiua naturali/ vitali/ & animali de pia & dura matre cerebri. unde nerui ſenſuū & motuum inſtrumēta oriuntur. Quomō fiat motus. Que trahentia/ reptilia/ greſſibilia/ natatilia. & que res potentia motiua organica & non organica. Capitulum. triceſimumprimum.

DIS.

Onſequenter motiuā q̃ imperatū ꝓſequit̃ paucis ꝑſtringito.

Motiua. Natural'

c MA. motiua trifarie ſcindit̃. Eſt em̄ q̃dam naturalis; q̃dā vitalis: & q̃dā aīalis. Naturalis in epate p̃cipue ex nutrimēto ſanguinē operat̃: quē ꝑ venas ab epate ortas ad ſingl'a corpis mēbra traſmittit: ut inde nutriant̃ & creſcāt. Huiꝰ naturā in prioribꝰ cū de vegetatiuę potētijs diſſertū eſt: enodauimꝰ. Vitalis operat̃ in corde: cuiꝰ feruorē motibus dilationis & conſtrictionis/ ꝑ aeris inſpirationē & ex/

Vitalis

ſpiratione̅ temperat. Et in ſanguine ꝑ arterias a corde ortas/ad ſingula
membra exiens/omnibus vitā largitur. Attrahit aute̅ cor aere̅ a pul/
mone: & pulſantes venę (quas arterias dicimus) cordi proximę a cor
de aera trahunt: quę aute̅ cuti cōiunctę videntur/ ab extrinſeco per
poros refrigerantur. Inter has medię a venis nō pulſantibus ſanguine̅
ſubtiliore̅ accipiunt. DIS. Vitalis itaq; quā inpulſatiuā nominas
his ſolum animatis neceſſaria eſt q̃ pulmone̅ habent? MA. optime
Pulmo ete̅m caro eſt ſpongioſa: ut follis aera recipiens. in plantis aute̅
motus oēs: vis naturalis operatur. Similiter & in animalibus imper
animalis fectis. ut ſūt conchę & oſtreę: modo tn̄ ꝑfectiore q̈ in plantis. Anima
lis in cerebro eſt/a quo ꝑ neruos inde exeuntes ſenſibus vigore̅: & re
Cerebrū liqs me̅bris motū ı̄fluit. Vnde cerebrū q̊d ſub craneo locatur/duabus
pelliculis inuoluitur/quaꝝ exterior craneo ꝓxima ſolidior eſt: & du
ra mater dicitur. Interior aute̅ q̃ & tenerior eſt: pia mater appellatur.
A prima oriuntur nerui q ſunt inſtrumenta motus voluntarij: & ad
capitis puppim ꝓtendunt. A ſecunda aute̅ nerui ꝓcedunt: qui ꝑ capi
tis prorā ad ſingula ſenſuum organa deſce̅dunt. de quibus ſupra. Ner
ui vero duræ matris ꝑ corpus animalis ramificantur: & in muſcu/
lis & lacertis cōfluunt: ꝑ quos motiua vis dilapſa/animal mouet: eo
quo ſequitur ordine. Nam obiectū ab apꝑ̄henſiua cognitū ꝑ appeti/
tiuam appetitur/aut reſpuitur. Hæc motiuę vige̅ti in neruis/ muſcu/
lis/& lacertis imperat: ut ad ꝓſequendum deſideratū: aut fugiendum
contrarium corpus moueat: quę dicto citius obtemperās ligame̅ta
membroꝝ contrahens & relaxans: primū quide̅ ꝓpinquiora mouet
& hęc rurſus alia donec obiectū vel ꝓſequendo obtineant: vel fugien
do abijciant. DIS. Ita eſſe manifeſtum videtur. nam brachiū mo/
tum/mouet manum: manus digitum: digitus obiectum contrectat
MAG. Pariformiter de cruribus: pedibus: & alijs ſentiendū. Hoc
imperium in brutis eo modo accipiendum eſt: quo ꝑfectiones ſupe/
Motiua riorum in inferioribus eſſe poſſunt. Sortitur aute̅ motiua in diuerſis
ꝯtractiua. diuerſa noīa. nāq; dilatationis & conſtrictionis motu operatur: con/
tractiua dicitur. ut in vermibus/conchis & oſtreis. Quę aute̅ de lo/
ꝓgreſſiua co ad locum mouet/progreſſiua appellatur. & hęc rurſus in organis
greſſibilis diuerſe ænunciatur. Quędā em̄ pedibus gradiuntur. & ſunt greſſi/
volatilis billa. ut homo: equus. quędam alis feruntur: & ſunt volatilia. ut aues
quibus tn̄ ſagax natura pedum uſum: ꝓpter alime̅ta quæ in terris ve
reptilia na- nantur nō negauit: quę in ſuꝑfluis non abundat nec in neceſſarijs de
tatilis ficit. quędam coſtis trahuntur & ventre reptant. & ſunt reptilia. ut ſer
operatiua pentes. quędam pe̅nulis aguntur natando. & ſunt natatilia: quoꝝ ge
affectio/ nerationes in ſuperioribus expoſuimus. Rurſus q̃ in manibus/roſtris
num indi alijſue membris ad operatione̅ adaptatur/operatiua dici ſolet. Quę
catiua vis pulmone̅ & vocalem arteriam una cum lingua ad formatione̅ vocis
motiua mouet vocatiua: & affectionū indicatiua dici poteſt. DIS. Aperte

ſingula diſcuſſa videntur.ſed nondū quę res ſit motiua perſpicuum eſt. MAG. Motiua vis ſubſtantia quędā eſt a corde originata:formam accipiens in membris diuerſis ad diſtincta opera. Vnde ad operationē nutrimenti formā accipit in epate.ad operationē vitę in corde ad opus vero ſenſus:& motus formam accipit in cerebro. Animatur autem hęc ſubſtātia quā & ſpiritum dicimus anima ſenſitiua(ut viſu; eſt ca.de modo videndi)& ſine ſanguine corpori non iungitur. Spiritus enim inquit Aurelius in ſicco habitare non poteſt. Preter hanc autem homini ineſſe aliā motiuam non organicā/quę nō partē poſt partem:ſed totum ſimul moueat:& eiuſdem eſſentię ſit cū intellectiua Schottus aſtruit. hac mouebūtur corpora glorioſa. DIS. Corpus eſt igitur motiua organica:ſpiritus autem propter & ſubtilitatē & agilitatem appellata.non organica autem cuius ultimo mentionē facis/non corpus ſed ipſa anima ītellectiua cenſetur. MAG. Diſerte dicta reſumis. DIS. Reſtat igitur ut intellectiuæ conditiones edoceas. MAG. Id ab alio libro cōmodius ordiemur. DIS. Placet.

Liber undecimus de natura/origine ac īmortalitate animę intellectiuę. & ſi anima intellectiua ſibiipſi ſemp̲ cognita ſit/in explicatione tamē naturę eius multum laborauerūt ſapientes. Capitulum primum. MAG.

INtellectiua quam & mentem dicimus:ſola eſt qua a beluis ſecernimur & creatoris imaginē exp̄ſſius gerimus. Hęc iuxta Aurelij ſententiā in decimo ſimiliter &.xiiii. de trinitate. c.x ſibiipſi ſemp̲ cognita eſt. Ex quo em̄ eſſe cepit/nunq̄ ſui meminiſſe:nunq̄ ſe intelligere:nunq̄ ſe amare deſtitit. Nihil em̄ tam nouit q̄ id q̄d ſibi preſto eſt:nec menti magis quidquā preſto eſt/q̄ ipſa ſibi. verūn̄ terrenis inuoluta rebus/quas per ſenſus haurit nō ſemp̲ ſe cogitat. Qui ergo in explicatiōe naturę ipſius ſudauere Arabes greci & latini philoſophi/ſe a terrenis ad ſublimiora ſubleuantes: nō tā certas q̄ diuerſas de ipſa ꝓtulere ſententias:quarū nōnullas ab initio libri decimi ſub breuitate cōmemorauimus:reliquas conſequēter nouem campis diſtributas/auxiliāte deo luſtrabimus.& in his quid & philoſophice & catholice de natura animę ſentiendū ſit:venari tentabimus. DIS. Probe. primū itaq; campos enumera:dehinc ipſos ſuo ordine p̲curramus. MAG. Primus campus ſit definitionis. Secūdus diuiſionis. Tertius idemptitatis. Quartus unitatis. Quintus impartibilitatis. Sextus originis. Septimus īmortalitatis. Octauus miſerię. Nonus fœlicitatis. DIS. Nunc primum aggrediamur.

Campus definitionis/in quo principaliores aīę definitiones ęnumerantur. Capitulum. ij. MAG.

PRimum Campũ intrantibus / multiplices animę definitiões
occurrũt: e quibus pregnãtiores tantũ dilucidandę veniunt.
prima definitio aĩe — Vnde quidã animã in ſuo eſſe notificãtes dixere. Anima eſt
ſubſtantia ſpiritualis ſimplex & indiſſolubilis: inuiſibilis & incorpo/
rea: paſſibilis atq; mutabilis: carens põdere / figura / & colore. Hęc de
finitio ſeipam enucleat. Anima em̃ cũ ſubſtantia ſit incorporea / quã
ta eſſe nequit: ideo nec põdus / figurã / colorẽ aut alias corporeas q̃li
tates recipit / hinc inuiſibilis id eſt nullo ſenſu corporeo ꝑceptibilis: qa
ſubſtantia ſpiritualis: ſimplex aũt per abnegationẽ compoſitiõis phi
ſicę ex materia & forma corporali. ſic etiã indiſſolubilis: reliq̃ in ſequẽ
ſcd'a dĩo animæ. — tibus clariora fient. rurſus in libro de ſpiritu & aĩa dicit. Anima eſt ſpi
ritus intellectualis / rationalis / ſemꝑ mouens / ſemper in motu / bonę
maleq; voluntatis capax. Et Plato in Phedone. Anima numerus eſt
ſeipſum mouẽs. intellectus huius in campo ĩmortalitatis ędocendus
eſt: nunc definitiões ꝓſequamur. DIS. Sane. MAG. Q ui ani
mam reſpectu corporis cuius forma eſt conſiderãt aliter definiunt.
nam ait Aureliꝰ li. de quãtitate aĩę. Anima eſt ſubã ratiõis ꝑticeps / re
gendo corpi accomodata. & Remigiꝰ. Aĩa eſt ſubã incorporea regẽs
corpus. Ariſto. quoq;. Aĩa eſt primus actus corꝑis phiſici organici:
vitã habẽtis in potẽtia. Et rurſus. Aĩa eſt principiũ q̊ viuimus / ſenti
mus / mouemur ſ;m locũ & intelligimus primũ. DIS. manifeſta
ſunt hęc ex p̃miſſis. MAG. Augꝰ aĩam intelligibilibus cõparans
ait. Aĩa eſt oĩm ſil'itudo. Oĩs qppe cognitio ꝑ viã aſſimilatiõis eſt / ut
ꝑrim tractatu p̃cedenti expoſuimꝰ. mens aũt qa oĩa intelligit: oĩbus
ſe aſſimilare poſſit neceſſe eſt. Seneca aũt eã in ordine ad finẽ ꝓprium
definiẽs ait. Aĩa ſpũs eſt intellectualis ad beatitudinẽ in ſe: & in corpe
ordĩatus. q̇d in cãpo penultĩo & ultĩo manifeſtũ fiet. Sed nũ doctiſſi
mi Moyſi ſnĩam ſilẽtio p̃teribimꝰ: ex cuiꝰ ꝓphetice initio hęc aĩę de
finitio ęmergit. Aĩa eſt deiforme ſpiraculũ vitę / ait nãq; deus. Facia
mus hominẽ ad imaginẽ & ſil'itudinẽ noſtrã. hominẽ nõ quidẽ exte
riorẽ: q corrumpit: cinis eſt em̃ & in cinerẽ reuertet: ſed hominẽ interi
orẽ: q iuxta apoſtolicã ſententiã de die in diẽ renouat. & hęc eſt anĩa
ecce deiforme. Sequit. Formauit igit deus hominẽ de limo terrę / & ſpi
rauit in faciẽ eius ſpiraculũ (quantũ ad ſenſitiuã) vitę (quãtũ ad vege
tatiuã) Et factus eſt homo in aĩam viuentẽ. Eſt em̃ homo interior aĩa
viuens: vegetatiuã / ſenſitiuã / & intellectiuã complicãs: ut in campis
ſequentibus parebit. DIS. latiſſimus eſt hic campus & breui ſermo
ne quod in ſequẽtibus venari poſſit demonſtrans. ꝓgrediamur igit
celerius: ne quid neceſſariorum oculos noſtros aufugiat.

Campus diuiſionis: in quo primo anima in intelle
ctum / voluntatẽ & memoriã ꝑtitur. in tellectus in
agentẽ & paſſibilẽ diuidit: & opera utriuſq; expli-

cantur. nec intellectus nec obiectū ſolū/ſed utrūq; cauſa intellectiōis oſtendit. Et ſpeciem intelligibilem in memoria intellectiua q̄ alia eſt a ſenſitiua reſeruari probatur. Capitulum tertium. MAG.

Ampo definitionū cōtiguus eſt cāpus diuiſionū:& tanto qdē latior/quāto lucidius ea q̄ definitiōes cōplicāt/in ipo explicant. In primis itaq; maioꝶ auctoritas aīam ī tres potētias diſtributā tradidit:q̄ ſunt intellectus memoria & volūtas. Harꝶ naturas paucis ędocebimus. DIS. primū igit intellectū ꝓſeq̄mur. MA. Intellectus eſt aię potentia qua oīa intelligit. Hic rurſus in agentē & paſſibilem diſtribuit:qui nō eſſentia/ſed opatiōe ſecernunt. DIS. Opus ergo intellectus agentis q̊d eſt? MAG. Quadrupartitū eſt Primū quo cū fantaſmate in intellectu paſſibili: ſpēm intelligibilem cōcauſat. Secundū quo cū ſpecie intelligibili actū intelligendi ꝓducit Tertiū quo ad habitū diſpoſitionē inducit. Quartū quo habitū perficit. DIS. intellectus paſſibilis opera q̄ ſunt? MAG. Eadē ſunt in cālitate receptiua/q̄ & agētis ī cālitate effectiua. Illus em̄ eſt oīa facere:huius omnia fieri. Agens em̄ facit oīa potētia intelligibilia: actu intelligibilia. Paſſibilis aūt omniū intellectiōes in ſe recipit. Dum ſpē3 intelligibilē ab agente & fantaſmate cauſatā recipit:& cōſeruat:memoria intellectiua dicitur/dū vero actualē intellectionē ab agente & ſpecie intelligibili ꝓductā accipit:intelligentia appellat. eſt em̄ memoriæ fecūdę exprimere actualē intellectionē. DIS. ad intellectionē itaq; q̄ttuor concurrere vident:fantaſma ſc3 ſpecies intelligibilis: intellect⁹ agens:& paſſibilis. MAG. Scite infers. Fantaſma equidē:q̊d acceptū a re ꝑ ſenſus ipam ſingulariter ſub conditionibus materialibus: q̄ ſunt hic & nūc &c. repſentat. Vtriq; em̄ ſenſus exteriores ſc3 & interiores ſpēs recipiūt ſine materia ab obiectis. Exteriores qdē in p̄ſentia obiecti/ſicut cera mollis recipit ſine materia formā pn̄tis & impreſſi ſigilli. Interiores aūt ſenſus recipiētes ſpēs eas magis ſubtiliāt:& etiam in abſentia obiecti coſeruāt:utriq; tm̄ cū cōditiōibus materialib⁹ a quibus depurate & abſtracte cū intellectu agēte ſpēs intelligibiles puras & ſimplices res ſui repn̄tātes ꝓducūt. qs paſſibilis (in eo q̊d memoria eſt) cuſtodit. Rurſus agēs dū actualē intellectionem facere nitit:in ſpecie intelligibili propter ſui limpiditatē/aciē figere nō valēs: iuxta Varronis ſniam ſe ad fantaſma huius ſpciei cōuertit:quod propter ſui materialitatē obſtaculū prębet:queādmodū viſus in lumine ſine opaco terminātē nō figit. Quod ſi multaꝶ rerū ſpecies ſimul in intellectu fuerint:hęc tm̄ intelligit citius ſpecies fortius mouet. Concurrunt itaq; ad actualē intellectionē ſpecies aut verius obiectū in ſpecie p̄ſens reducēs/& intellectus agēs:ut cauſę ꝑtiales/ totalē cōplentes, nec em̄

potentiæ anię intellectiuę

itellectus agentis opera

intellect⁹ paſſibilis opera

Memoria

intelligentia

obiectũ nec intellectus/ĩtellectionẽ cauſat/ſed utrũq; ſiᵉ. A cognoſcẽte
em̃ & cognito pitur noticia. teſtaᵉ diuus Augu. 9. de tri. c. 12. DIS.
Quare igiᵉ nõ etiã obiectũ/ſed intellectũ intelligere dicimus? MA.
nec obiectũ nec intellectũ agentẽ intelligere cõcedius: ſed intellectum
paſſibilẽ/intelligentẽ a ſuſcepta intellectiõe denominãus. ſicut viſũ in
ſe viſionẽ recipientẽ videre dicius. ſic nõ pictorẽ albũ/ſed dealbatuȝ
pietẽ/ab accepta albedĩe albũ appellãus. DIS. Siigitur deus intel
lectionẽ ꝓduceret/& eandẽ intellectui noſtro infũderet ĩtelligere dice
remur. MAG. Etiã. DIS. rurſus in ꝓductiõe actualis intellectõis
nullus cãlitatis locus intellectui paſſiuo tribuiᵉ? MAG. de hoc qd
certi ꝓferã nõ habeo/diuerſę eqdẽ ſunt magnoꝝ & phõꝝ & theolo
goꝝ opiones. Scotus inſup materiã diutius vẽtilatã dubiã reliquit.
Sũt p̃terea q ſpẽȝ intelligibilẽ in ĩtellectu paſſiuo ɔſeruari inane iudicãt
qbus ob anguſtiã epitomatis nõ rõnes/ſed diui Aurelij verba obijci
mus. Ait em̃ de tri. li. 9. c. xi. Nõ oĩno ipa corpa in aĩo ſũt cũ ea cogita
mus: ſed eoꝝ ſiᵉitudĩes ſed ne fortaſſe id de fantaſmatibꝰ (q̃ etiã cor
poꝝ ſiᵉitudĩes ſunt) qſpiã intelligẽdũ ɔtendat q̊d in li. 14. ſcripſit aĩad
uertat tũc (inqt) & ſi vitę huius mortalis trãſactę meminerĩus: & cre
didiſſe nos aliqñ q̃ nõ videbãus memoriter recoluerimus: in p̃teritis
atq; trãſactis deputabiᵉ fides iſta: nõ in pñtibus rebus: ſemp q; manẽ
tibus &c. manifeſtũ eſt aũt in exuta aĩa fantaſmata q̃ organa q̃nta re
qrũt locũ habere nõ poſſe. DIS. alia igiᵉ eſt mẽoria intellectiua/&
alia ſenſitiua quã pauloañ in poſteriore capitis pte ſituatã audiuĩus?
MA. alia eqdẽ. nã ſenſitĩa nobis cũ beluis cõis eſt intellectiua autẽ
ſolius rõnalis mentis potentia eſt q̃ ad imaginẽ creatoris formata eſt
ſed iam hęc miſſa faciẽtes cęteras diuiſiones percurramus. DIS.
Tu feſtinas ad reliqua: ego vero hic aliquãtiſper manendũ cenſeo:
donec intellectionis vim ęnucleatius pandas.

De Cauſalitate intellectionis: & obiecto intellectus, inſuper & de duplici cognitione: intuitiua & abſtractiua. Capitulum quartum. MAG.

I Iquido (inquit diuus Auguſti. li. 9. de tri. c. 12.) tenendũ eſt ꝙ
omnis res quãcunq; cognoſcimus cõgenerat in nobis notici
am ſui. cõgenerat dicit. id eſt cũ alio generat ſcȝ intellectu. unde
ſubdit: Ab utroq; em̃ noticia pariᵉ: a cognoſcẽte & cognito. Cognitũ
vero primũ & adeq̃tũ intellectus noſtri q̊d ſit/nõ paruo labore a ſapi
entibꝫ q̃ſitũ eſt. Alijs deũ/alijs quidditatẽ rei materialis/cæteris vero
ens in quãtũ ens ꝓ obiecto intellectus aſſignantibus. Primũ de pri/
mitate pfectionis: Alterũ de obiecto pro ſtatu p̃ſentis vitæ: Tertium
autẽ de obiecto intellectus ex natura potentię concedi poteſt. Nã deo
quid prius in perfectione? quidditate materiali quid conueniẽtius in
tellectui ĩmerſo materiæ? Aut quid cõmunius ente? cũ nihil ſit quod

rationē entis poſſit ſubterfugere/ prima impræſſione impreſſum ani/ mę ait Auicēna primo methaphiſicę. Quid autē eſt quod anima nō poſſit cognoſcere intuitiue vel abſtractiue/ cum etiā ab ente minimo uſq; ad maximū creatum/ nihil poſſit intellectum eius vel ſatiare vel quietare: donec apphendat eū: qui cunctarꝫ pfectiones in ſe cōplecti tur: & virtutis eſt infinitę? DIS. intuitiue qn̄ cognoſcimus? MA dum obiectū pręſens: ut pn̄s eſt apphendimus: Abſtractiue aūt: ſi ob iectū in alio medio intelligimus: aut ſentimus/ nam cognitio ītuitiua & abſtractiua ſ₃m nōnullos haud infimæ auctoritatis doctores non tantū in intellectu ſed etiā in ſenſu locum habet. Intuitiue nanq; colo rem actu pręſentē videmus: abſentem abſtractiue imaginamur. In tuitiue beati in patria deum cōtemplantur/ & omnia creata/ de quo tamē aliqui heſitantes contrariū argumētant. Abſtractiue roſa in hy eme a nobis intelligitur. DIS. intelligo iſta: latent ṽo alia q̄ dictis in priori capitulo cōtrariari vident. MAG. in mediū pfer: ſi forte & huic tuo errori mederi poſſit. DIS. dictū eſſe memī ad intellectio/ nē fantaſma cōcurrere: quō igit̄ cognoſci pn̄t: q̄ ſenſibus nec ſpēs nec fantaſmata ingerūt, ut ſunt virtutes: habitus. ſubſtātię īmateriales: & rerꝫ oīm origo ſimpliciſſimus deus? Rurſus ſi ſpēs intelligibilis a fan taſmate abſtracta rē ī uli repſentat (ut dictū eſt) Singularia q̄liter in telligi pn̄t? MA. hęc ſiletio pterire negligētię eſſet nō puę: diſſoluere aūt difficile; attū q̄d in aliorꝫ codicibus legi/ haud ſilebo. DI. pbe. — Cognitio intuitiua abſtracti.

Subſtantię immateriales/ virtutes/ habitus/ & cęte ra huiuſmodi: ſi a nobis pro ſtatu iſto cognoſci poſ ſint/ & qua cognitione: & per quid. & ſi ſubſtantia materialis p propriā ſpēm cognoſcat. Ca. v. MA.

Vere qui īmaterialiū rerꝫ quæ pauloante cōmemoraſti notiti am in hac vita qua corpus q̄d corrūpitur aggrauat aīam/ habe ri nō poſſe aſtruere conati ſunt. Nōnulli ṽo de his cognition negatiuā/ nō aūt affirmatiuā nobis cōcedūt. ut ſcire poſſumus ꝙ an gelus nō eſt lapis/ nec lignū/ nec aliud huiuſmodi: ſed q̄ res ſit ſcire nō poſſumus. Cęteri cognitionē qa eſt: poſſe hic haberi: de immateriali bus concedunt: nō autē propter quid. Taliū em̄ entium nobis aliquā cognitionē eſſe poſſibilē naturale deſideriū quo hæc ſcire deſiderāus indicat: quia ad impoſſibile & fruſtra eſſe nō pōt: & tm̄ oīm eſt. dicē/ te Ariſtotele primo methaphiſicę. Omnes homines natura ſcire deſi derant. igitur (p topicā) maximū ſcire q̄d eſt īmaterialiū entiū maxi me ſcire deſiderāt: quo adepto fœlices ſunt. Sūmam equidē fœlicita/ tem in hac vita in ſpeculatione altiſſimarꝫ cauſarū poſuit. hinc & ſapiē tē maxime fœlicē eſſe voluit. Sapiētia em̄ circa altiſſimas cauſas eſt ut in moralibus tradidit. Adde q̄d ab initio huius libri teſtimonium ex — Ariſtote. 1. metha.

Auguſtini p̃clariſſimo volumine de tri.adhibui.qm̄ mens ipſa(quæ
utiq; immaterialis eſt)ſeipſam cognoſcit. DIS. Poſſibilitatē mihi
ꝑſuaſam fateor modū cognoſcēdi aperias:cū illoꝝ nulla habere poſ
ſimus fantaſmata. MA. Nec oīm q̃ cognoſcimus ꝓpria fātaſmata
hauſiſſe ꝑ ſenſus neceſſe eſt: qm̄ nec materiales quidem ſubſtātias ꝑ
ꝓprias ſpecies ſentimus:nā quoꝝ p̃ſentiam per ꝓprias ſpecies vide/
mus/abſentiam eorundē mox eodē ſenſu notamus. DIS.Nihil ve
rius. MAG.Quia igitur abſentiā panis in ſacramento altaris poſt
conſecrationē nullo ſenſu percipimus: conſequens eſt ut panis p̃ſen/
tiam ante conſecrationē ꝑ ꝓpriā ſpeciē nullo ſenſu ꝑcepimus. DI.
Contrarius videris Ariſtoteli:quem dixiſſe feruntin eo li.quē de ani/
ma p̃titulauit,lapidem qdem nō eſſe in aīa(ſc; dum intelligit)ſed ſpe
ciē lapidis.lapidē autē eſſe ſubſtantiā materialē haud dubitas. MA.
Si dubito: ab eodē in pede leſus veritatē experior: nō autē ꝓpriā ſpe
ciem illius materialis ſubſtātię q̃ de ſe inuiſibilis & intangibilis eſt/in
ſenſu vel aīa eſſe concedo:ſed ſpeciē accidentiū lapidis puta figurę &
coloris &c.ad hunc ſenſu; Philoſophi dictū accipio unde etiā in eodē
li.ait,accidentia magnā partē conferūt ad cognoſcendū ꝙ quid eſt.
Aliqua igitur ꝑ accidentia app̃hendimus. ut ſubſtantias materiales:
Alia per compoſitionē diuerſoꝝ fantaſmatū.ut aureum montē. Nā
ut ſcribit diuus Auguſtinus ad Nebridium.Anima per vim augendi
& diminuendi imagines format:quas prius totas nō vidit.partes ve
ro in aliȷs atq; aliȷs rebus attigerat. Alia in conceptu ſimplici intelligi
mus ut deum in conceptu entis:vel ex pluribus aggregato.ut ꝙ eſt
ens verum infinitū/neceſſarium & ſic de aliȷs:q̃ ſimul accepta ſoli deo
conueniunt.Interdum īmo ſępius res & cauſas ꝑ effectus & opera/
tiones cognoſcimus.ſic animam in viuente corpore arguimus.Ani
ma autem ſeipſam intuitiue:nō per cuiuſcunq; ſpeciē cognoſcit:quia
non ob aliud q̃ eo quo ſibi p̃ſens eſt. inquit Auguſtinꝰ in de trini. Et
ſicut corporearum rerum noticias ꝑ ſenſus corporis/ſic īcorporearū
rerum ꝑ ſemetipſam:ergo & ſemetipſam ꝑ ſeipſam nouit: quoniam
eſt incorporea.nam ſi non ſe nouit:non ſe amat.

Quā parua ſit cognitio noſtra in hac vita.& quo modo philoſophi ꝑ creaturas in cognitionē creatoris deuenire potuerūt. Ca.vi. DIS.

I aliȷs medȷs ſubſtātiaꝝ corꝑaliū & incorporaliū noticiā hau
ſ rire nō poſſumus/diminuta eſt cognitio noſtra. MA. Recte
ais diminuta:cū nec minię entis naturā & qddicatē uti ē:ꝑfecte
ſcire poſſimꝰ q̃ diu ī hoc mortali corꝑe a patria cęleſti exules ꝑegrina
mur.Corpꝰ em̄ q̊d corrūpit(inqt Sapiēs)aggrauat aīa; & deprimit
terrena inhabitatio ſenſu; multa cogitātē. & difficile eſtimāus q̃ in ter
ra ſūt & q̃ in ꝓſpectu ſūt inuenimus cū labore,q̃ in cœlis ſunt autē qs

inueſtigabit? nec id omnino Ariſtotelem latuiſſe videtur: cui cum de hac re ſermo exortus fuiſſet in prima phia dicebat. Sicut oculus nycti coracis ſe habet ad lumē ſolis: ſic intellectus noſter ad ea q̄ manifeſtiſſima ſunt in natura. habet em̄ cognitio noſtra ortum a ſenſibus. ut in analeticis ait. quibus ſubſtātię. ut pauloan̄ dictū eſt. ſubiectę nō ſunt. quantūcunq; tn̄ has cognoſcere cōceſſum eſt ordine q̊dam cōceditur ut de noticia unius aliud inueſtigemus. ſic p accidentia in ſubſtātiaꝝ p effectus in cauſaꝝ noticias deuenimus ordine p̄poſtero quātū ad rerum naturas. Rurſus ab omnibus his finitis ad cognitionē infiniti cōditoris ęleuamur. conceptus em̄ quos de ęterno incōmutabiliq; deo formamus: a ſenſibilibus & creaturis ſumimus. ut diuinus Paulus ad Rom̄. arguens ait. Quod notum eſt dei manifeſtum eſt in illis. deus em̄ illis reuelauit (ſed quō ſubiecit) inuiſibilia em̄ ipſius a creatura mūdi p ea q̄ facta ſunt intellecta cōſpiciuntur. Sempiterna quoq; ei⁹ virtus & diuinitas. omnis em̄ creatura inq̄t Auguſtin⁹ ultimo li. de trini. ca. iiij. pclamat ſe habere p̄ſtantiſſimum creatorē. nam ut ait Sapiens A magnitudine ſpeciei & creaturę cognoſcibiliter poterit creator eoꝝ videri: ſed cognitio hęc impfecta & ex parte eſt. quia ut ait Apl's per ſpeculum in enigmate. DIS. Quō p ea q̄ facta ſunt potuere primi philoſophi in noticiā dei deuenire: cum utiq; deus nihil horum ſit?

MAG. Hac utiq; via ipſi eum quęſiere. ut patet p Auguſtinū. li. 8. de ciui. dei ca. 6. & ut idē ait li. 8. de trini. ca. 2. non paruę noticię pars eſt ſi anteq; ſcire poſſumus quid ſit deus / poſſumus iam ſcire qd non ſit. & li. 15. ca. 2. Sic em̄ ſunt incōprehēſibilia reqrenda / ne ſe exiſtimet nihil inueniſſe ſi q; ſit incōprehenſibile q̊d quęrebat potuerit iuuenire Hęc ni fallor eſt illa docta ignorātia de q̄ Cardinalis de Cuſa ſecretoꝝ indagator ſagaciſſimus tres ędidit libros. Intelligamus itaq; (ut Auguſtinus in principio quinti libri de trini. docuit) deum ſi poſſumus quantum poſſumus / ſine qualitate bonū / ſine quātitate magnū / ſine indigentia creatorē / ſine ſitu p̄ſidentem / ſine habitu omnia cōtinentē / ſine loco ubiq; totū / ſine tempore ſempiternū / ſine ulla ſui mutatione mutabilia facientē nihilq; patientem. Quiſquis deum ita cogitat (in quit idem) & ſi non poteſt omnimodo inuuenire quid ſit: pie tamē cauet quantum poteſt aliquid de eo ſentire quod non ſit. Sed de his altior diſciplina eſt. DIS. Illi igitur reſeruanda ſunt ne ab incepta methado longius nos abducant.

Si menti noſtrę concreatę ſint omnium rerum ſpecies ſiue notiones. & unde habet q etiam de his quę nō didicit iudicare pōt. Qualiter inſup accipiēda ſint verba Ariſtotelis q̄bus animā tabulæ raſę cōparat. Ca. vij.

MA.

d E imaterialiū noticia ſicut & corporaliū facillime reſpondere poſſunt qui menti noſtrę omniū rerū ſpecies concreatas credi/ dere quas Platonici notiones appellant: quia incognita notifi cant: & ꝑ illas anima de omnib⁹ iudicat: & hęc honeſta/ illa turpia di cit. inter vera & falſa diſcernit. artificū opera minus ꝑfecta (q̄uis artē operandi talia nō didicerit) vituperat. ꝑfectiora laudat. ꝓportionibus in ſimilibus repertis cōgaudet. nec ut aiunt ſine illis ꝓficere poſſet. ſi/ cut nec dominus fugitiuū ſeruū inſequens: cuius oīno nullā cognitio nem habet apprehenderet & a natiuitate ſurdus citharęda non fieret.

DIS. Tale quid in nobis eſſe experientia docet: ſed an ſpecies ſiue notio ſit: certū nō habeo: libenter tn̄ hanc opinionē ſi veram iudicas amplector. MAG. Si per notiones huiuſcemodi primę veritatis radium/ oīm entiū ſpecies & notiones cōplicantē intellexero: cęteris in cognitione ꝓferendi ſunt. quantum em̄ lux iſta in mente noſtra effi ciat: q̄ ad imaginē ipſius creata eſt: diuus Auguſtinus ꝓfundiſſime in libro de vera religione diſſeruit: inſuper & in nono libro de trini. ca. 6. & libro. 14. ca. 15. Si autē per has notiones ſpecies intelligunt/ q̄ ſunt intelligibilium ſimilitudines ꝓprię: quales memoria noſtra intellecti ua conſeruat ꝓterita intellectione, errori huic proximi ſunt: qui aīas noſtras ante corpoꝝ unionē retroactis ſęculis in cœleſtibus habitaſſe. & ibidem deliquiſſe aſtruit. DIS. Hic error in ſuperioribus explo/ ſus eſt. ſed dic quęſo Ariſto. peripateticoꝝ primus de concreatis anīę ſpeciebus q̄d ſenſit: idē ne cū prioribus? MAG. Minime. DIS. Cur igitur aīam a principio tabulę raſę ſimilē dixiſſe inuenit? cū uti/ cꝫ raſam tabulā dicere uſus habeat/ in q̄ deleta ſit/ q̄ prius inerat ſcri/ ptura vel pictura: ſic de aīa dixere priores q eam in deſcenſu & corpo/ rea molis unione ꝓteritoꝝ oblitā voluere. ut dictū eſt in ſuperioribus

MA. Quid ſi Ariſtoteles minus ꝓprie cōparationem dictā exꝓſſit aut forte tranſlator pro tabula nuda ac plana raſam dixit? DIS. utrūcꝫ fieri potuit. MAG. Si q̊d reſtat ocyus ꝑtractemus. DIS. Alterum de cuius intellectione quęſieram ſingulare eſt.

Quod ſingulare intelligi poſſit demōſtratur: & qualiter intelligendum ſit ꝙ Ariſtoteles ſenſum eſſe ſingularium/ & intellectum uniuerſalium dixit exponitur. Capitulum. viij. MAG.

ſ Ingulare non poſſe intelligi: nōnulli ꝓter ea q̄ pauloante dicta ſunt/ ex eo probare conantur: ꝙ Ariſtoteles ſenſum eſſe ſingu larium: intellectum vero uniuerſalium ſcripſit. E regione alij etiam ſingulare intelligibile aſtruunt: quia ſub pręcepto dilectionis cadit: dicente domino. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et Io annes in canonica: qui non diligit fratrem ſuum quem videt: deum quem non videt quomodo diliget? incognita autem ut ſanctus Au

guſtinus.lib.x.de trini.teſtatur: diligere non poſſumus. Amplius ſi
actum ſingularem non cognoſcimus/velle non poſſumus: quia nihil
volitum niſi cognitum. Si igitur nec cognitum: nec volitum agimus
dum ſingulares actus perpetramus adulterij & rapinę: minime pec
camus: quia peccatum adeo voluntarium eſſe dicitur a diuo Augu/
ſtino li.de vera religione: ut nullomodo ſit peccatum ſi nõ ſit volun
tarium. DIS. Facile ex his ſingulare poſſe intelligi crediderim: ſi in
telligendi ipſum modum ędocueris. MAG. In ſingulari tria reperies
ſed non ęque intellectum mouentia. Eſt enim ibi natura quæ de ſe in..
differens eſt eſſe hoc vel aliud. ſed per ſecundum quod differentia in/
diuidualis ſiue hecceitas dici ſolet: cõtrahitur ad eſſe hoc ſingulare q̃d
conſequenter accidentia quędam concomitantur quę ſunt forma: fi
gura/locus/ſtirps/patria/tempus. de quibus.li.2. de indiuiduo di/
ctum eſt. p ſenſum natura ſentitur ut quo/ſiue ut ratio formalis ob/
iectiua. Differentia indiuidualis ſiue hęcceitas ſentitur: ut conditio ſine
qua non: cum conditionibus iam dictis eam conſequentibus. Totũ
autem ſingulare ſentitur ut obiectum quod: ſcꝫ ſenſationem terminat
Mouet igitur ibi potentiam ſenſitiuam/natura/nõ ſingularitas: q̃uis
ſine ſingularitate natura ſenſu percipi non poſſit: queadmodum colo
rem ſine quantitate viſus nõ videt: q̃uis quantitas non ſit ratio forma
lis & primo mouens viſionis. DIS. Plane ſenſationẽ ſingularis ex
plicaſti: q̃uis id quęſitum non ſit: ſed magis quomodo intellectus ſin
gulare apprębendat. MAG. Et id ex dictis mox apparebit. Si em̃
de cognitione intuitiua queris/intellectus ſingulare ut tria ante dicta
includit: intelligit. Si de abſtractiua cauſaris ĩtellectus ſingulare ut in
cludit naturã cum hecceitate/ſine conditionibus indiuiduantibus ap
prębendit: non tamẽ ſub ratione ſingularis/ſicut nec ſenſus. DIS.
Ariſtoteli autẽ quid reſpondedum cenſes: qui ſenſum ſingularium: &
intellectum uniuerſalium dixit? MA. Bene dixit: nec illis quę iam
diſſerta ſunt cõtrariatur. Eſt em̃ ſenſus ſingulariũ tm̃: intellectus autẽ
uniuerſalium: ſed nõ tm̃ uniuerſalium cum etiã ſingularia intelligat.
DIS. Optime. nunc ſi placet cęteras ſi quę latent in hoc campo diui
ſiones intellectus detegas.

De intellectu practico & ſpeculatiuo: unde hãc deno minationem habeat. & quomodo intelligendũ ſit in, tellectũ extenſione fieri practicũ. Ca.ix. MAG.

Mplius lintellectũ in practicũ & ſpeculatiuũ diuiſum cernimus
a nõ q̃dẽ partitione eſſentiali: ſed accidẽtali tm̃. Practicũ quippe Intellectꝰ
& ſpeculatiuũ q̃uis actuũ & habituũ ſint differentię eſſentiales ſpeculatiꝰ
& intrinſecę: intellectum tñ denominãt accidentaliter & extrinſecę. uñ practicus
intellectus informatus actu vel habitu ſpeculatiuo: utputa ſciẽtia aut
ſapientia/ſpeculatiuus dicitur. Informatus autẽ actu vel habitu prac/

tico ut ſunt ars & prudentia practicus nominatur. Ille ſpeculabilia conſiderat: id eſt verũ in rõne veri ut eſt principiũ ſcientię aut ſapiẽtię. Iſte opabilia attendit: id eſt obiectũ in rõne boni: ut eſt principiũ opatiõis q̃ a grecis πραξισ praxis dicitur: inde intellectus nomẽ ſortitus eſt. Illius finis eſt ſpeculari/ſcire: & veritas. Iſtius finis eſt opari & opus inde intellectus practicus ſiue opatiuus appellat̃: imperfecte quidem ſi operabilia uniuerſaliter ſine dictamine proſecutiõis aut fugę conſiderat. Perficietur autẽ ſi operabilia magis pticulariter & cũ dictamine proſecutionis aut fugæ intelligat. unde cũ intellectus cibum ſub rõne boni delectabilis intelligit: voluntas ſi determinat ipſum velle ſub ratione boni principiat actum practicum/& intellectum ut media conſequendi cibum quęrat/imperat/ intellectus autem hæc media pquirens iam practicus denominat̃: q̃uis imperfecte. dum autẽ ultra ſe extenderit ut inuenta media in executione ponant̃/in praxi perficietur

DIS. Intellectus itaq̧ impfecte practicus/extenſione fit perfecte practicus? MAG. probe. Actus enim ſiue ĩtellectio circa inquiſitionem mediorum cõuenientiũ ad cibum cõſequendã/licet directiua ſit: non tamẽ praxim id eſt operationẽ dirigit: ideo intellectũ non niſi imperfecte practicũ denominare poterit. medijs autẽ inuentis in executione poſitis/intellectio praxim id eſt operationẽ actu dirigit: ideo intellectũ perfecte practicũ denominare habet. fitq̧ iuxta mentẽ Ariſtotelis in tertio de anima. intellectus extenſiõe practic⁹. Intellectus inq̧ primus imperfecte practicus/ quia intellectus ſpeculatiuus obiectũ tantum in ratione veri ſpeculatur/& nunq̧ fit practicus. Actus autem & habitus ſi ab obiecto aut a fine habeant ꝙ ſint practici / magni & philoſophi & theologi diuerſa ſenſerunt: q̃ alijs determinanda relinquimus. DIS. optime. Cætera interim percurramus.

Intellectus quando ratio/ & intelligentia dicatur: & quomodo in portionẽ ſuperiorẽ quę vir eſt & in inferiorem quę eſt mulier diuidi intelligatur/ & ſi in portione ſuperiori tantum imago dei repariatur Capiulum decimum. MAG.

ſ I paulo intimius hunc campum luſtrabimus: intellectũ rationẽ & huius portionem ſuperiorem intelligentiã/& virũ: inferiorem vero rationẽ ac mulierem appellari cõſpiciemus: Sinderesim aũt & conſcientiã a nõ nullis intellectui/ab alijs vero voluntati attributas inueniemus. DIS. Hęc quęſo latius explana. MA Intellectus quia p diſcurſum & ratiocinando intelligit/ratio cõuenienter dicitur. Cuius portio ſuperior qm̃ incõmutabile cõtemplans/ſupernã & internam conſulit veritatẽ: intelligẽtia eſt. eo ꝙ ſimplicius & quietius huiuſmodi apprehendat. inferior autem portio inferioribus

tractandis gubernandiſq; deputata/a ratiocinando nomẽ retinet.in illa eſt ſapientia ad contemplationẽ eternoꝝ atq; incõmutabiliũ perti nẽs;in hac ſciẽtia actioni q̄ bene utimur temporalibus coherens.tunc autẽ inquit diuus Aureli⁹ li.12.ca.13.de tri.his bene utimur:ſi quidqd in uſu temporaliũ facimus/ęternoꝝ adipiſcendoꝝ contemplatione faciamus/per iſta tranſeuntes/illis inherentes.Et in eodẽ libro.Hanc virum: illam autẽ mulierẽ appellat.idem quoq; inſinuari per Apoſtolum affirmat:dum ſcribens Corinthijs ait. Vir quidem nõ debet velare caput ſuum.quoniã imago & gloria dei eſt. mulier autẽ gloria viri eſt. DIS.Quid per velamen intelligit? MAG.poteſtatem cohibentẽ.Quoniã quantũcunq;(inquit) ſe extenderit in id q̄d ęternum eſt/tanto magis inde format̃ ad imaginẽ dei:& propterea non eſt cohibenda:ut ſe inde contineat ac temperet:& ideo vir(id eſt portio ſuperior cuius eſt ęterna cõtemplari)nõ debet velare caput. quia vero illi rationali portioni q̄ in rebus corporalibus/tempalibuſq; verſatur periculoſa eſt nimia in inferiora ꝓgreſſio:debet habere poteſtatẽ ſuper caput:quod indicat velamentũ: quo ſignificatur eſſe cohibẽda (ſcʒ inferior portio cuius eſt temporalibus intendere.)Fit autẽ hęc cohibitio a portione ſuperiore quę in ſpeculo conſilij p̄ſidet: & viri officium exercet: & cũ a carnali ſenſu magis ęlongota ſit/validior eſt. Inferior autẽ portio ſenſualitati vicina ſępi⁹ ęmollitur & facile conſentit hinc mulieris naturã imitat̃. Vnde ſicut in paradiſo terreſtri: ſerpens mulieri illecebrã ingeſſit:cui conſentiens de ligno vetito comedit:& ut vir in idem conſentiret illexit:qui cũ uxoris inſolentiam non cohibuit diuinum mandatum tranſgreſſus eſt:& nobis mortem intulit. Sic in paradiſo ſpirituali mentis noſtrę ſenſualitas illecebras corporis portioni inferiori exhibet:quę ut mulier ęmollita cõſentit:& portioni ſuperiori de eadẽ ad manducandum conſentiẽdumq; p̄bet:q̄ ſi non viri officium exerceat mulierẽ cohibendo:ſed membra iniquitatis arma peccato exhibet:ut ſi poteſtas ſit etiã corpore compleatur:iamiam ſimul de cibo vetito comedit & animę mortẽ p peccatum intulit. DIS.diuerſarum ne an unius eſſentiæ ſunt hę portiones? MAG.Vnius: unde cum eas cõmemoraſſet Auguſtinus ſubiunxit. Cum igit̃ diſſerimus de natura mentis humanę/de una quadam re diſſerimus:nec eam in hęc duo quę cõmemoraui niſi p officia geminamus. DIS.Cur igitur in una tantum ſcilicet ſuperiore imaginem dei dictum eſt? MA. Quia ut idem aſtruit;ex hac conſpectã conſulit veritatẽ. Illa autẽ intenditur in agenda inferiora.Quod quideʒ ita accipi poteſt: ut in ſuperiore imago dei ſit magis expreſſa:in inferiore autẽ minus expreſſa ideo in illa: nõ autẽ in altera eſſe dicitur.qua autem ratione mens dei imaginem gerat fortaſſe in ſequentibus ęnodabitur.nunc quod reliquum eſt breui ſermone tranſcurramus. DIS.Ex prelibata diſtributione reſtat ut de ſinderiſi & conſcientia loquamur.

De ſinderiſi & conſcientia: unde nomina habeant. & ſi itellectui aut volūtati attribuēda ſint. & qualiter ad ſyllogiſmū practicum concurrunt Capi. xi. MAG.

q

Vi ſinderiſim & conſcientiā voluntati attribuunt: in intellectu
quoq; duo ponūt correſpondentia. Primū eſt lex naturę quę
eſt uniuerſalis regula operandoꝝ. huic in voluntate correſpō
det quidam motor uniuerſalis: ſtimulans ad talia principia uniuerſa/
lia ſemper concordans dictamini legis naturę. ideo ſinderiſis dicitur a
ſin: id eſt con & hęreſis: ęlectio quaſi ęlectio concordans legi naturę.
Lex autem naturę dictat bonum ęligendum: & malum fugiendum
Huic igitur ſinderiſis concordans/bonū appetit: ſempq; malo remur
Sinderiſis murat. Hanc Auguſtinus in li. de baptiſmo paruuloꝝ deſcribens ait
Sinderiſis eſt lumen innatū & animę concreatū quo dirigimur: & mo
uemur ad faciendum ea quæ pertinent ad vitationē culpę & penę: &
ad adeptionē gloriæ: unde ſicut in intellectu eſt lumē naturale quo pri
cipijs intelligibilium naturaliter aſſentimus: & intellectus ſiue habitꝰ
principiorum dicitur: ſic in voluntate lumē eſt naturale/reſpectu ope
rabilium appetendoꝝ quod ſinderiſis dicitur. Secundū quod in intel
lectu ponunt: eſt ratio recta de particularibus agēdis: cuius dictamē
quaſi ſubſumit ſub principijs uniuerſalibus. huic in voluntate corre/
Cōſciētia ſpondet quidā motor particularis ſtimulans ad opus ſcdm dictamē
rationis rectę. Hinc dicitur conſciētia eo ꝙ ſit ęlectio deliberatiua ī vo/
luntate concordans cum ſcientia in ratione recta. Vel dicitur conſcien
tia: quaſi cōcludens ſcientia. unde in ſyllogiſmo practico ſinderiſis ma
iorem ponit ex dictamine legis naturę. Recta ratio minorē ſubſumit
& conſcientia concludit. verbi gratia: dicit Sinderiſis: omne malū vi/
tandum eſt. Subſumit rectę rationis portio ſuperior. Adulterium eſt
malum: quia a deo ꝓhibitum. vel portio inferior. adulterium eſt ma
lum: quia turpe & inhoneſtnm infert. Conſcientia igitur adulteriū eſt
vitandum. DIS. Sicut ergo in ſpeculabilibus habitus principiorū
dicitur intellectus: & habitus concluſionum ſcientia: ſic in operabilibꝫ
habitus principiorum eſt Sinderiſis: & habitus concluſionum eſt con
ſcientia. MAG. Scite concludis ex dictis: & opinioni alteri alludis
quæ ſinderiſim & conſcientiā intellectui practico potius quā voluntati
attribuit. Ait em̄ Damaſcenus. li. 4. Conſcientia noſtra eſt lex intelle/
ctus noſtri. Sinderiſis autē. ut teſtatur diuus Hieronymus ſup Ezechie
lem. Scintilla eſt conſciētiæ. & hoc ſi tenere placuerit ea quę ſinderiſim
& cōſcientiam voluntati tribuenda arguunt: quia ſinderiſis remur/
murat malo: & conſciētia remordet. intelligenda ſunt oſtenſiue & di/
ctatiue: & quodāmodo inclinatiue ſine tamen coactionis neceſſitate.
Sunt etiam qui conſcientiam intellectui. Sinderiſim autē voluntati ac
comodant. quod ſimiliter ex intelligentia dictorum ſaluari poteſt. S

autem ſinderiſis extingui poſſit:& conſcientia etiã erronea ſub peccato
ad opus liget:& alia huiuſcemodi dubia utrũq; concernentia/theolo
gię reſeruamus. nunc ſi quid aliud in hoc campo latitare exiſtimas
oſtende. DIS. Primæ diuiſionis qua animã in intellectũ/memoriã
& voluntatem diſtribuis: prima duo membra pro epitomatis capa
citate ſatis luſtrauimus:ſupereſt ut tertij voluntatis ſcilicet naturã dili
gentius perquiramus.

De potentia rationali motiua:quæ eſt voluntas & eis ſubſeruientibus: irraſcibili & concupiſcibili: ſuper de diuiſione voluntatis & in naturalẽ & deliberatiuã. Capitulũ.xij. MAG.

Icut in ſenſitiua p̃ter app̃henſiuam:etiã appetitiuã ſiue motiuã
ſ oſtendimus:ſic & in rationali p̃ter cognoſcitiuam quã intelle
ctum nominamus ſiue rationẽ:etiã appetitiuã inuenimus quã
voluntatẽ dicimus. Et eſt (ut inquit Auguſtinus li. de duabus anima voluntas
bus) motus animi cogente nullo/ ad aliquid vel non admittendum
vel adipiſcendum. Subſunt em̃ voluntati iraſcibilis & concupiſcibilis
per hanc contraria non admittit:per illam conuenientia adipiſcitur.
verumtamen una ſunt res cum voluntate: nec realiter & organice
ab ea diſtinguuntur quemadmodum in ſenſu. Hic eſt appetitus ra/
tionalis motum imperans in rationalibus/ad ea quæ ratio cognoſcit
Cognitum nanq; ab intellectu ſub ratione boni/ obiectum fit volũ
tatis: cum qua ut cauſa partialis ad actum volendi concurrit: ſicut
ſpecies intelligibilis & intellectus ad actum intelligendi: ita ut quodli/
bet in ſua cauſalitate perfectum ſit: ab alio independens: perfectior ta
men eſt intellectus in actu intelligendi: & voluntas in actu volendi
quam obiectum; niſi forte in obiecto beatifico. Hanc rurſus bifarie
diuidunt. In naturalem videlicet & rationalem. Naturalem quidem
vocant voluntatem qua volumus quæ nõ appetere non poſſumus.
ut ſunt/eſſe/viuere/ſcire/&c. Rationalem vero appellant qua non
naturalia quæ & appetere & renuere poſſumus volumus. Hanc ſi/
militer deliberatiuam dicunt; nam ex deliberatione id appetit/& ali
ud reſpuit.

De libero arbitrio. Capitulum.xiij. MAG.

Acultas autẽ rationẽ & voluntatẽ cõplectens/liberũ arbitriũ
f dici ſolet: de q̃ catholici doctores plures ędidere libros: in qui/
bus naturã/cõditiones/& varia citra id incidẽtia dubia: quorũ
deciſio in theologia apprime eſt neceſſaria diſſoluunt. Sed ab his nunc
ſtilũ reuocemus ne cõſtitutos limites excedamus. DIS. Saltẽ liberi
arbitrij deſcriptionẽ aliquã ex memoratis libris in medium proferas

Liberum arbitrium

MAG. Auguſtinus ipm̃ ita deſcribens ait. Eſt facultas rationis & A
voluntatis/qua bonũ ęligitur gratia aſſiſtente:& malũ eadem deſiſtē
te. Facultas inquit/id eſt potentia ſiue poteſtas ratiōis & volũtatis:nō
ꝙ liberum arbitriũ ex his duobus cōſtitutũ ſit:ſed quia ad actũ eius
hęc duo concurrũt. habet em̃ ſe ꝑ modũ ęlectiōis:qua e duobus alte
ro recuſato unũ ęligimus. Ad ęlectionē aũt ratio neceſſaria eſt ꝑ quã
diiudicatur quod alteri pręferať: & voluntas per quã id quod prela
tum eſt appetatur. Dicitur itaq; arbitriũ ab arbitrando:quantũ ad ra
tionē/ & liberũ quantum ad motũ voluntatis. quod ſequitur & ob/
iectum & adiutoriũ demonſtrat. Eſt em̃ liberum arbitriũ circa bonũ
a ratione diſcretum/& a voluntate acceptũ:gratia autē aſſiſtens adiu
torium eſt ad bene agendũ/deſiſtens autē priuatiue ad oppoſitũ:ſicut
abſentia nautę ad periclitationē nauis. Huius ampliorem dilucidatio
nem in Auguſtino/Bernardo/Anſhelmo/& cęteris materiam hanc
tractantibus ꝑquiras. Ecce in termino huius campi conſtituti ediuer
ſo aliũ conſpi[c]imus: in quo nōnulla venabimur quę ad prędictorũ
intelligentiam conducunt. DIS. Hunc igitur celeres ingrediamur.

Campus idēptitatis. Si potentię animę ſint realiter idemptificate eſſentię animę. & quomodo Trinitas & imago reperiatur ĩ anima. Capitulum decimumquartum. MAG.

IN hoc campo multiformē conflictũ/nō tam inter Phōs quã
inter ſacrę theologię ꝓfeſſores cernere eſt. Affirmantibus
alĳs quas percurrimus animę potentias a ſubſtantia animę re
aliter diuerſas:& accidentia eſſe de ſecunda ſpecie qualitatis:accidētia
tamē inſeꝑabilia. Alĳs e diuerſo aſſerentibus:animę potētias eſſe ani
mę partes inter ſe quidem realiter diſtinctas:non autem ab eſſentia
animę:quamuis nō omnino ęedem ſint ipſi. In tertia acie pugnant:q
potentias animę eaſdem ſubſtantialiter concedunt cum eſſentia animę
ab eadem tamen differre realitatibus relatiuis aſtruunt. Pręter hos
accedunt quibus nec hoc quidem ſufficienter dictũ videtur:ſed ipſas
eſſentię animæ realiter idemptificatas/formaliter autē diſtinctas aſſe
uerant. Et idem ſenſiſſe diuũ Auguſtinũ liquido apparet:ex his quæ
in multis locis librorũ de trinitate ſcripſit e quibus id quod li. x. c. xi.
aſſeruit adduxiſſe ſufficiat. ait nanq;. Hęc igitur tria/memoria/ intelli
gentia & voluntas:quoniam non ſunt tres vitę ſed una vita: nec tres
mentes/ſed una mens/ conſequenter utiq; nec tres ſubſtãtię ſunt/ſed
una ſubſtãtia. & paulopoſt. Quo circa hęc tria: eo ſunt unum/quo
una vita:una mens:una eſſentia:eo vero tria quo ad ſeinuicem refe
runtur. Et in fine ęqualia ſunt tota ſingula totis ſingulis:& tota ſingu
la ſimul omnibus totis. & hęc tria unũ:una vita:una mens:una eſſen

tia. Hęc Auguſtinus quę: ſi una cum his quæ in alijs libris: maxime autem in nono/undecimo/& quindecimo diſſeruit/ad intentionem auctoris referantur/gloſulas eorũ quę in oppoſita parte ſunt/non admittũt. Mouet & aliud/nam beatitudinẽ animę per ſe competere manifeſtũ eſt ex libro. xiiij. de trinitate. Beatitudo autẽ per intellectũ ineſt: dicente ipſa veritate. Hęc eſt autẽ vita ęterna ut cognoſcant te verum deum: & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Intellectus itaq; (cui ſaltem ꝓpinquius inerit beatitudo) accidens ſi eſt & nõ eiuſdem naturę cũ anima beatitudo per accidens inerit animę. DIS. Animę igitur & potentiarũ eiuſdem/unam naturam aſtruis? MAG. non modo ego/ſed quẽ in teſtẽ ꝑduxi diuus Aurelius: a cuius ſententia nec Hugo de ſancto victore diſcrepat: in eo quem de ſpiritu & anima prętitulauit libro (quem & nonnulli Auguſtini eſſe voluere) dicens Anima ſcdm ſua opera varijs nuncupatur nominibus. dicitur nanq; aĩa dum vegetat: Senſus dum ſentit: Animus dum ſapit: Mens dum intelligit: Ratio dum diſcernit: Memoria dum recordatur: dum vult voluntas: Spiritus dum cõtemplatur. Iſta vero nõ differunt in ſubſtantia queadmodũ in nominibus: quoniam omnia una eſſentia. proprietates quidem diuerſę ſed eſſentia una rationalis & una anima in eſſentia ſimplex/in officijs multiplex. Et rurſus. nec aliud nec minus eſt ratio in ſubſtantia ꝙ anima: ſed una eademq; ſubſtantia ſecundũ diuerſas põtentias diuerſa ſortitur vocabula. Diuus inſuper Bernardus ſuper Cantica ait. Quędã in anima intueor: memoriã/intelligentiam & voluntatem: hęc tria ipſa eſt. DIS. Vnanimis illorũ videtur in hac re ſententia: ſupereſt autẽ ut quod obſtare videtur diſſoluas. Trinitatis imaginẽ in anima ſecundum tres potentias repertam dudũ accepi. tres vero perſonę/Pater Filius & Spiritusſanctus ꝙuis in diuinitatis eſſentia cõueniant: inter ſe tamẽ realiter differunt. igitur pariformiter potentię aĩę realiter diſtinguuntur. MAG. Super benedictę trinitatis imago nõ pciſe conſiſtit in tribus animę potentijs. qa & ſi in his ſit cõſubſtantialitas non tñ diſtinctio realis, nec cõſiſtit in actibus potentiarũ: in illis equidẽ & ſi ſit diſtinctio realis nõ tñ cõſubſtantialitas. Conſiſtit igitur in potentijs ut ſubſunt actibus ſuis. ſic enim in ipſis reperitur conſubſtantialitas/realis diuerſitas/& ordo originationis: Nam ſicut a patre filius/& ab utroq; ſpiritusſanct⁹: ſic quodãmodo a memoria fęcunda/notitia gignitur & in intellectu recipitur; ab utroq; autem velle originatur. Id autem latius diſcutiendum theologiæ reſeruamus/interim quid in campo unitatis lateat perquirendũ eſt.

Campus Vnitatis/in plantis eſt tantum anima vegetatiua in brutis eſt tantũ anima ſenſitiua in hominibus eſt tantũ una anima ſcili

cet itellectiua in qua cetere cõtinentur: ſicut
trigonus in tetragono. Et ſi/aut q̃modo em
brio primo viuat. Capitulum.xv. DIS.

Vid in hoc campo venatu dignũ arbitraris: cũ non unã ſed tres
q animas eſſe in principio libri decimi dictũ ſit? MAG. Quod
dictum cõmemoras de animarum numero hic haud retractabi/
mus: ſed ſi omnes hæ animę in uno viuente ſimul cõſiſtant: in tranſcur
ſu huius campi venabimur. DIS. Optime. ad hoc igitur ſtilo ha/
benas relaxa. MAG. In vegetabilibus & plantis unã tantũ animã
vegetatiuã ſcilicet unanimi ſententia omnes p̃dicant. In animalib⁹ ve
ro quę homines non ſunt/ pręter animã ſenſitiuam (quę & nutritiõis
augmentatiõis & gñationis opera exercet) aliam eſſe animam pauci
opinati ſunt in philoſophia minus exercitati. De homine autẽ non
nulli pręcellentes doctiq; philoſophi vel incertam ſententiam protuliſ
ſe/vel tres diſtinctas animas in eodem poſuiſſe inueniuntur. Cęteri ve
ro rem limatius conſiderantes: & ſuperfluitatẽ naturam exhorrere intel
ligentes/uni homini unam animã tantũ attribuũt: hęc eſt intellectiua
cuius naturam p̃ſentis libri in diuerſis venamur campis. DIS. Ne/
ceſſe eſt igitur huic opera & vegetatiuę & ſenſitiuę aſcribere. nõ eñ ho
mo tantum intelligit/ſed & vegetatur/& ſentit/& ſecundũ locũ mu/
tatur. MAG. Probe. id nanq; Ariſtoteles inſinuat: cũ præmiſſas ani Ar
mas in intellectiua queadmodũ trigonum in tetragono contineri aſſe
rit. Manifeſtũ autem ex mathematicis trigonũ & tetragonum ſpecifi
ce differre ſi ſeparatim conſiſtant. qui autẽ in tetragono continetur tri
gonus/nõ trigoni/ ſed eius a quo cõtinetur tetragoni formæ ſubeſt.
Sic vegetatiua/ſenſitiua/& ſecundũ locum motiua trigonũ integrãt
quã animam bruti dicimus: & ſub ſpecie ſenſitiuę conſiſtunt. quibus
ſi intellectũ addideris/ tetragonus fit: in quo dictus trigonus contine
tur: nec iam in forma trigoni/ſed tetragoni ſubſiſtit. quẽ humanã aĩam
mentẽ/ſiue intellectũ nominamus. Neminẽ equidẽ philoſophię gna
rum latere poterit inferiorũ perfectiones excellentiore modo ſuperio
ribus ineſſe. vegetatiuã itaq; & ſenſitiuam & motiuã in homine nõ ve
getabilis aut brutalis/ſed rationalis animæ dicimus. Vnde & in lib. de
eccleſiaſticis dogmatibus. c. 14. & in li. de ſpiritu & anima. c. 48. dicit.
Neq; duas animas eſſe dicimus in uno homine. Sicut Iacobus & alij
Syrorũ ſcribunt unam animalẽ qua animetur corpus: & imixta ſit ſangui
ni: alteram ſpiritalem quę rationẽ miniſtret: ſed dicimus unã eſſe ean
demq; animam in homine: quę & corpus ſua ſocietate viuificet/& ſe
metipſam ſua ratione diſponat: habens in ſe libertatẽ arbitrij/ut in ſuę
ſubſtantię eligat cogitatiõe quod vult. DIS. Quomodo igitur em
Vita Embrionis. brionem vitę/primo quidẽ vita plantę/dehinc vita animalis/ demũ
autem vita hominis intelligendum putas? MAG. Embrionem nõ

anima propria/ſed matris cui colligatus eſt/& vegetare & ſentire in
telligo.ſicut puſtulam in corpore excreſcentem.nec intellectiua ante ex
i. pletam formationē infunditur.ut manifeſte deducit Auguſtinus lib.
q.ve.& no.teſt. & c.moyſes.xxxij.q.ij. Vnde & in lege præceptum
eſt. Si quis percuſſerit mulierē pregnantem & illa abortiuum fecerit:
ſi non fuerit formatū mulctetur pecunia:ſi autē formatū fuerit/reddat
animam pro anima. Ex quo aperte monſtratur:ante formationē em/
brionem non viuere/nec animam cum carne ſeminari:ſed ordo quem
premiſſa innuit auctoritas in hoc accipi poteſt: ut per animam matris
primo vegetandi/dehinc ſentiendi exerceantur opera. Intellectiua ve
ro ſuperueniens cepta proſequitur opera:& ſimiliter motiuam influit
qua interdum materni uteri parietes pulſat. Intellectionē autem non
niſi in nato/ & poſt temporis interualla oſtendit. DIS. Plane. Sed
dic quæſo in qua potiſſimum corporis parte animam reſidere exiſti
mes MAG. In eo qui ſequitur campo id celeri venatu deprehende
mus. DIS. En patet ingreſſus: quid tardas?

Campus Impartibilitatis/anima intellectiua eſt in nulla corporis ꝑticula determinate: ſed tota in toto/& tota in q̄libet eius ꝑte: nec maior in maiore/nec minor in minore. licet perfectius in uno operetur q̄ in alio. & ꝙ etiam fatui ſunt rationales. Capitulū.xvi.

MA. Qui animæ aliquam ex corporis ſubſtantia partem in ſedem re/
gni ſui determinant/ corpoream dicant neceſſe eſt: id autem
per loci ſpacium longitudine: latitudine & altitudine ita ſiſtitur
vel mouetur ut maiore ſui parte maiorē locum occupet: & breuiore
breuiorem/minuſq; ſit in parte q̄ in toto. Anima vero per omnes cor
poris particulas tota ſimul adeſt. inquit Auguſtinus ad Hieronymū/ auguſti⁹
nec minor in minoribus/& in maioribus maior: ſed alicui intenſius ali de origi/
cui remiſſius/& in ſingulis tota adeſt: neq; enim aliter quod in corpo ne animæ
re non toto fit/ tamen ſentit. Nam cū exiguo puncto in carne viua ali
quid tangitur: q̄uis locus ille non ſolū totius corporis non ſit: ſed vix
in corpore videatur: animam tamen totam non latet: neq; id quod
ſentitur per corporis cuncta membra diſcurrit: ſed ibi tantū ſentitur
ubi fit. Vnde ergo ad totam mox peruenit: quod non in toto fit: niſi
quia & ibi tota eſt ubi fit: nec ut tota ibi ſit cętera deſerit. viuunt enim
& illa ea præſente ubi nihil tale factum eſt. Quod ſi fieret: & utrunq;
ſimul fieret: ſimul utrunq; totam pariter non lateret. Idem in de Tri
nitate libro ſexto.c.6.affirmat. DIS. Si tota in qualibet particula cō
ſiſtit: ſingulæ hominis partes: homines dici poſſunt. MAG. Dici
quidem poſſunt; non autē a doctis ſed ſtultis. Stultus eſt enim qui in

nobis oſſa & ungues homines dicit:ait Aurelins de ciui. dei li. 7. In eu
trogenijs nanq̧ forma nõ parti ſed primo toti ineſt. DIS. Aliud &
forte ſimili reſponſione dignũ quęri poteſt: ſi tota ubiq̧ eſt/ cur nõ in
pede videt & oculo audit? MAG. Miror te huiuſcemodi quęrere/ q
libro p̃cedenti ad ſenſationẽ organa indebita ꝓportione neceſſaria in
tellexiſti. DIS. Si nõ maior in maiore: nec minor in minore: cur ali
os alijs rationabiliores: ingenioſiores aut memoria p̃ſtãtiores dicim⁹?
MAG. Quantitatem virtualem & graduum tã accidentalium q̃
eſſentialium latitudinẽ ab anima nõ ſecludo: queadmodũ libro octa
uo deductum eſt: ſed ne peregrina videatur hæc poſitio. diuum Au/
guſtinũ li. xij. de ciui. conſulas: ait nanq̧. Cum em̃ deus ſumma eſſen
tia ſit: hoc eſt ſumme ſit: & ideo ĩmutabilis ſit: rebus quas ex nihilo cre
auit eſſe dedit: ſed nõ ſumme eſſe ſicut ipſe eſt. & alijs dedit eſſe ampli⁹
alijs minus atq̧ ita naturas eſſentiarũ gradibus ordinauit. Pręter hęc
autẽ ratione corporꝝ & organorꝝ in quibuſdã animę operationes p/
fectiores cernimus. unde tales alijs p̃ſtantiores noĩamus. queadmo/
dum lucernam ſplendidiorẽ dicimus: q̃ lumen ſubtiliore: aut vitro: aut
cornu circumdat: tenebroſiorẽ autẽ/ q̃ vitro aut cornu groſſo turbido
aut immundo candelã continet nõ fit mutatio in lumine: ſed in circũ
dante corpore ꝑſubtile libere radios diffundit: qui in opaciore reuer
berantur. DIS. In ſtultis igitur & fatuis anima rationalis eſt: cui⁹
tamẽ ob corporis indiſpoſitionẽ opera minus ęmicant. MA. Recte
nam & ſi intellectiua organica non ſit: coniuncta tamen corpori cor
poralium ſpecies per ſenſus recipit.

Anima hominis indiuiſibilis eſt/ nec ad ſectionẽ & mẽ/ bri diuiſionẽ partitur/ nec retrocedit/ ſed viuificare il/ lud membrũ deſinit probatur exemplo cuiuſdã p̃ſby teri. quod Auguſtinus refert. Capi. xvij. DIS.

Vęſo ne ſuccenſeas: ſi dictis aliud q̊d fortius mouet adiungã:
q totã in qualibet parte aĩam aſtruis: abſciſa manu anima cũ ea/
dẽ decidet/ aut in brachium in qua tamẽ prius erat retrocedit.
MAG. Quantocunq̧ diuiſo a toto membro/ indiuiſibilis animæ
ſubſtãtia nõ partitur: nec ſe retrahit: cum prius in qualibet partee tota
ſit. Abſciſum tñ membrũ viuificare deſinit. nihil autẽ obſtare videtur
quo minus huic loco p̃ſens ſit: quẽ abſciſum membrũ ante occupa/
bat cũ toti coniungeret. DIS. Contradictionẽ admittis: ſimul eadẽ
informans & nõ informans eſſet. Informans quidẽ corpus/ & non
informans abſciſę partis locũ. MAG. Hęc contradictionẽ (quę eſt
ad idem & ſcd̃m idem) non includunt. DIS. Probe. memini nunc
talia libro ſecũdo audiſſe. Sed quid ſi manus areſcat: areſcit ne in eadẽ
anima? MAG. Nequaq̧: incorruptibilis eſt em̃: ut mox patebit. de/

ſinitautẽ in tali membro vegetatio & ſenſus: ipſo manente unito toti:
quod in ſanis quoq; poteſt: ſaltẽ ad tempus fieri. Vnde & Auguſtin⁹
in de ciui. li. xiiij. ca. xxiiij. pleroſq; fratres recentiſſima memoria exper
tos ait: preſbyterũ quendã Reſtitutũ nomine/in parochia Calameñ.
eccleſię: ita ſe dum voluiſſet/ abſtuliſſe a ſenſibus: ut nõ modo vellicã
tes atq; pungẽtes nõ ſentiret: ſed nec aliquando admoti ignis aduſtio
nem declinaret: in ipſo etiam tanq; in defuncto nullus inueniebatur
anhelitus. hominum tñ voces ſi clarius loquerentur/tanq; de longin
quo ſe audiſſe poſtea referebat. Clarum eſt hocargumentum unitatis
vegetatiuę: ſenſitiuę: & intellectiuę in homine: & dominij mentis ſup
vires ſuas. Hic homo mortuus nõ erat: qui adhuc aſtantium voces
quaſi e longinquo audiebat: ſed in eo anima ſe a tactus ſenſatione con
tinebat: ne multiplicatas ad organũ qualitates aduerteret: quia ſpiritui
egredienti ad organa ſenſuum influxum ſuſpenderat. quẽadmodũ
ſi candela illuminans cubile eſſet animata: radios ſuos ad centrum lu
cis dum vellet attraheret: fieretq; cubile tenebroſum ſine luminis ex/
tinctiõe vel candelę ſeparatione. DIS. De idẽptitate vegetatiuę: ſen
ſitiuę: & intellectiuę in homine: ſimiliter & ipſius impartibilitate/quæ
volui audiui. de quantitate vero vegetatiuę & ſenſitiuę in vegetabili
bus & brutis: ſi idem ſentias nondum intellexi.

Si anima ſenſitiua in brutis ſit extenſa & diuiſibilis opiniones ponuntur, & ſi diuiſione anima multiplicari poſſit perquiritur. Capitulum. xviij. MAG:

Enſitiuã brutorꝝ eſſe indiuiſibilem: nec in minore minorẽ: aut
ſ maiore maiorẽ nõ ſpernendę auctoritatis philoſophi credidere
q̃ tota ſentit: quod in ſingulis partibus corporis ſit cum totã
non lateat: nec abſens ſentire poſſet. manifeſtũ eſt etiã ex prioribus
quoniã ſpecies viſibilium in oculo extenſę nõ ſunt: igitur nec potẽtia
per idem de ſpeciebus & interioribus potentiis intelligendum: nõ eſt
autẽ epitomatis noſtri poſitiones multis rationibus fulcire: ſed unũ
exprobatiſſimis in teſtem aſſumere. Cedẽtibus autẽ cęteris diuo Au
guſtino placuit hunc aduocare: qui in li. de quantitate animę/nõ mo
do intellectiuę: ſed ſenſitiuę quoq; extenſionẽ localem demonſtrat lõ
ge abeſſe. Sed in oppoſitum multos mouere ſolet: ꝙ in annuloſorum
& quorundam vermiũ diuiſione/utraq; pars & motũ & ſenſum ſer/
uat: id autẽ aut partitione: aut multiplicatione animę fiat neceſſe eſt:
multiplicationẽ uti naturę principiis contrariam refutant: partitione
igitur fiant concludunt. DIS. Et ego nõ inerter concluſum exiſti/
mo: ni argumenti nodulum inualidum deduxeris? MAG. Animã
de anima multiplicari: & q̃ſi ex traduce naſci/in ſupioribus exploſum
eſt: quod autẽ de candela accenſa/aliã accendentẽ ſine luminis ſui di/
minutione in delucidationẽ dicti adducunt/falſum eſſe cõſtat, nõ em̃

lumen ſine ſubſtantia in quo ſubiectatur in alterā transfertur candelā (accidens em̄ de ſubiecto in ſubiectū nō migrat) ſubſtantia igitur lucida quā in candelę capite flagrare cernimus: niſi continuo de corpore candelę reſtauretur citius ad incenſionē adductarū candelarū conſumeretur. DIS. Ad aliud autē quid dicis? nam ut aiunt indiuiſibilis punctus ad diuiſionē lineę in utranq; partē totus cadit: ſic & anima
MAG. Punctum actu eſſe in linea li. octauo reprobatū eſt. eſto autem actu ſit: vel deſtruitur ſi actionē diuiſionis accipit: aut in alteram partem ſolus cadit. DIS. Sic pars reliqua eſſet actu infinita: qa termino non clauſa. MAG. Non eſſet quidē clauſa termino extrinſeco ſed intrinſeco. DIS. Duo igitur in linea puncta in potentia fuere: quę diuiſione facta in actum reducuntur? MAG. Probe. Sic quidam in planta vel bruto/ unam actu dicunt animā: potentia plures/ q̄ diuiſione cōſummata in actum prodeunt virtute formę prioris: & beneficio corporis cœleſtis/ calore coagēte. Huius nempe maxime eſt ſeminaria excitare/ cubantur em̄ & oua a calore fimi. Sic utrāq; partium diuiſę plantę/ plantam dicunt imperfectā. Facile autē perfici poſſe ꝓpter partium ſimilitudinē/ utrobiq; em̄ manet quo alimentū digeritur. In ſurculo autē abſciſo/ & ſi radix nō ſit (cuius eſt alimentū ſumere) ſufficiens tn̄ cibus per poros donec radices mittat/ poteſt introire ipſa nempe radix non niſi per poros ſolet alimentum attrahere quibus obſtructis deficiet planta & ęmoritur. facile autē iuuatur ſi radix finditur & lapillus in fiſſuram ne concreſcant extrema īmittitur. Anguillę autē & huiuſce generis animalium partes diuiſionis/ animalia vocant imperfecta: nec poſſe perfici ꝓpter partium maiorem diuerſitatem: nō em̄ os/ & id quo digeſtio celebratur in ſingulis partibus repetitur. At vero diuus Aurelius eo libro quē de animę quantitate ꝑtitulauit: non modo intellectiuā/ verūetiā brutalē: nec loco contineri & ideo corpalē quantitatē nō habere docuit. Id quoq; non omnino extranea ſimilitudine explicuit. Nam & ſi nomē per litteras tanq̄ per partes diuidi poſſit/ intelligentia tn̄ ſeu ſignificatio non poteſt. qa nec longa nec lata eſt. Sicut autē dilaniato corpore anima diſcedit/ ſic diuiſum nomē ſignificationē quam habuerat perdit. In quibuſdā tn̄ nominibus viuunt partes litterarum: quaſi fruſta corpoꝝ anima nō diuiſa. ut in hoc nomine lucifer/ quod in duas partes ſectū/ in utraq; viuit: vel potius quaſi viuit: non em̄ eandē vitam: id eſt ſignificationem habet diuiſum quā integrum. DIS. Neſcio ſi expreſſior ſimilitudo ad hanc rem demonſtrandam inueniri poſſit. Iam tn̄ in mentē venit: quod nudiuſtertius ad diſſoluendā hanc de partibilitate ſenſitiuę animę queſtionē in mediū attulit ignotus quidā: quē habitus & mores delirum magis q̄ philoſophū oſtentabant. MA. Quid ait is? non em̄ amictus corporis magnopere: ſed dicentes verba penſanda ſunt.
DIS. Dicebat is brutalem animā ꝑ ſe quidē indiuiſibilem eſſe: per

anima nō eſt quāta

Quō aīa ſēſitiua ſit diuiſibilis

accidens autē diuidi poſſe ad diuiſionem corporis quod informat. MAG. Non pter philoſophiam locutus eſt. nā & diuus Auguſtinus loco quo ſupra/poſitionē hanc nō improbat: ſed doctiſſimorum virorum eſſe affirmat. nos ad alia ꝓperemus/e regione quippe campum ſpacioſiſſimum intueor cui nomē eſt origo.

Campus originis. De origine animę gentilium & catholicorū opiniones ſub breuitate recitātur. & manicheorū inſania hic improbatur: quia dicit animam eſſe partē diuinę ſubſtantiæ. Capi. xix. DIS.

q Vid in hoc campo venatu dignū arbitrare? MA. Id q̄d nō modo oīm ſeculoꝝ & gentiū phōs attonitos reddidit: ſed ex noſtris quoq; nōnullos ꝑnicioſe errare/cęteros ſententiā ſuam aliq̄diu ſuſpendere: & q̄d veri⁹ ſalubriuſq; de eſſentia & origine aīę dici poſſit: ingēti labore ꝑquirere coegit. DIS. In primis de philoſophis deinde de cęteris te abſoluas. MA. Phōꝝ poſitiones in principio li. x. ſaltē vniuerſali ſermone cōmemorauimus: nec tā neceſſarium q̄ operoſum eſt oēs ſingillatim explicare. Stoici aīam corpoream aſtruūt. Hippō aquā credidit Democritus ignē affirmauit. Diogenes & Anaximenes ſubſtantiā aīę aereā eſſe voluere. Permenides ex terra & igne. Xenophantes ex terra & aqua. Epicurus ex igne aere & ſpiritu mixtā. unde Varro aīam definiēs ait. Anima eſt aer cōcept⁹ ore deferuefactus in pulmone tempatus in corde: diffuſus in corpus. Empedocles ex q̄ttuor elemētis concretā Critias ſanguinē cordi diffuſū; Criſippus ſpiritū. Hiparcus ignis vigorē. Hinc & Maro Igne⁹ eſt ollis vigor. Heraclitus ſcintillam ſtellaris eſſentię: aliter Heraclitus exalationē humidā Philolaus Ariſtoxenes. harmniam. Quibus alludunt Siminias affirmans animam eſſe harmoniā ex partibus corporis integrantibus reſultantē: & Dinarchus quatuor elementorum concordiam harmonicam Almeon diuinum quoddam ſe ſemper mouens. Xenocrates numentū maximę virtutis Pithagoras & Plato numerū ſe mouentem. Anaxagoras intellectum Ariſtoteles endelechiam ſiue actum & corporis formam. Et rurſus de origine diſceptantes: quidā eam ſemp fuiſſe. alij incepiſſe tradidere. Taliū ſentētias diuus Hieronymus noſtris cōmiſcens/quinq; ꝑcipuas opiniones de origine animæ cōmemorat: ſcribens Marcellino & Anapſichię: dicens. Sup aīę ſtatu memini veſtrę queſtiūculę imo maxime eccleſiaſticę q̄ſtionis. Vtrū lapſa ſit de cœlo (ut Pythagoras phūs: omnes platonici & Origenes putant) anima. An a propria dei ſubſtantia. ut Stoici. Manicheus & Hiſpaniæ Priſcilliani hereſes ſuſpicantur. An in theſauro habean-

De origine aīę opiniones

tur dei olim conditæ. ut quidam eccleſiaſtici ſtulta perſuaſione confi
dunt. An quotidie a deo fiant & mittantur in corpora: ſecundũ id q̃d
in euangelio ſcriptũ eſt, Pater meus uſq; modo operatur & ego ope
ror. An certe ex traduce. ut Tertulianus/Apollinaris/& maxima ps
occidentaliũ autumant. ut quomodo corpus ex corpore/ ſic anima
naſcatur ex anima: & ſimili cum brutis animantibus conditione ſubſi
ſtat. Hęc ille. Auguſtinus quoq; eaſdẽ opiniones/dempta ſecunda in
libro tertio de libero arbitrio Item in epiſtola ad Marcellinũ/in epiſto
la ad ſanctum Hieronymũ de origine animę in epiſtola ad Optatum
de eodẽ recitauit/ſed nullam amplexus in ſententia aliq̃ diu ſuſpenſ9
permanſit. Manicheorũ tamen errorẽ ſemper refutauit. quẽ & bea/
tus Hieronymus in expoſitiõe fidei ad Damaſum papã anathemati/
ſat. Tanto em̃ facilius hic error cõuincitur quanto manifeſtiore con
traditiõe in angaria ſe concluſit. Si em̃ anima dei pars eſt/creata eſſe ne
quit. creatam tñ dicit qui ipſam de dei ſubſtantia productã intelligit
Amplius dei eſſentiã nõ omnino ſimplicẽ/ ſed tot particulis diſtribu
tam quot ſunt animę. rurſus dei partem toti homini ĩpfectiorem/
aut quãlibet animarũ ĩmẽſam omnipotentẽ/ & ſi quę talia de deo ve
rificantur/dici neceſſe eſt & quod execrabilius eſt: deũ peccatis ob/
noxiũ/ſicq; ęternis ſupplicijs cruciandum neceſſario ſequitur. Hunc
errorem a diuo Auguſtino multifarie exploſum relinquemus: ſi pri/
us unum teſtimonium ex ipſius libris adduxerimus: in libro xi. de
ciuitate dei. c. xxij. circa finem intulit. Si Manichei non deſiperẽt vel
potius inſanirent: ſi dei naturam ſicuti eſt incõmutabilẽ atq; omnino
incorruptibilem crederent: cui nocere nulla res poſſit. animam vero
q̃ voluntate mutari in deterius & peccato corrumpi potuit atq; ita in
cõmutabilis luce priuari: nõ dei partẽ nec eius naturę quę dei eſt ſed
ab illo conditam longe imparẽ conditori chriſtiana ſanitate ſentirẽt.
hæc ibi. Quod vero duplicem animã in homine. unam bonam: alte
ram mouentem ad malum & bonũ facere nequeuntẽ fabulantur: er
rorem non minuit ſed auget. Nam fingunt: cum deus videret quãta
labes & vaſtitas ĩmineret regnis ſuis: niſi aliquid aduerſę genti oppo
neret & ei reſiſteret. miſiſſe hanc virtutem id eſt animã bonã: de cuius
cõmixtione cum malo & gente tenebrarũ mundus ſit fabricatus. Er
rorem hunc teterrimũ diuus Auguſtinus libro de duabus animabus
& libro contra Fortunatum funditus ęliminauit. Quid em̃ ſtultius
& execrabilius dici potuit q̃ omnipotẽtem aliquam aduerſam gen
tem timuiſſe. Primam & tertiã opiniones in cãpo ĩmortalitatis ven/
tilabimus. Philoſophorũ autẽ opiniones q̃ttuor principales/q̃ dicũt
animam vel aerem: fumum: flatum: ignem ſiue ſcintillam: ſanguinẽ
mouentem cor &c. ſapiens philoſophus li. Sapientię c. 2. refutauit.
& Ariſtoteles primo de anima incõuenientes docuit. Nunc duas ul
timas ſub breuitate percurramus. DIS, ut libet.

Improbatur error manicheorum

Animę nõ ſunt extraduce/ſed ſingulę ſingulis corporibus a deo creãtur nouę & infundunt̃. Opinio Auicennę de intelligẽtiarꝫ productione refutatur. Capitulum viceſimũ. DIS.

Nimas procreari extraduce/ pręter ſcripturarꝫ auctoritates/ quas diuus pater Auguſtinus in prefatis epiſtolis reſoluit:id maxime arguebat: quia ab Adam omnes naſcimur filij iræ: non autẽ ratione carnis(cui peccatũ ineſſe nemo ſanus credit)igitur ratione animę:q̃ ex anima illius traducatur:vel ut corpus de corpore vel ut lucerna de lucerna accendit̃. aut in ſemine a parentis anima ſimul decindatur. Diſcuſſis autẽ falſitatis tenebris/ hæc quoq; opinio reiecta eſt:& ſingulas animas ſingulis naſcentibus q̊tidie a deo fieri/ ut rõni & fidei conſonũ receptũ & approbatũ eſt/ tũ ab Auguſtino/ tũ a Hieronymo:qui pręcęteris hãc queſtionẽ elaborauere. Vnde Auguſtinus lib. de eccleſiaſticis dogmatibus. ſic ait. Animas hominũ nõ eſſe ab initio inter cęteras intellectuales naturas / nec ſimul creatas: ſicut Origenes fingit. neq; cũ corporibus per coitũ ſeminant̃ ſicut Luciferiani Cirillus & aliq latinorũ p̃ſumptores affirmãt:ſed dicimꝰ corpus tm̃ cõiugij copulã ſeminari. creationẽ vero animę ſolũ creatorẽ noſſe:eiuſq; iuditio corpus coagulari in vulua/& cõpingi atq; formari/ac formato iam corpe animã creari atq; infundi ut viuat in utero homo ex anima cõſtans & corpe:& egrediat̃ viuus ex utero plenus humana ſubſtantia. atteſtat̃ idẽ glo. in c. q̊d vero .32.q.2. Cõſentit diuus Hiero. li.2. cõtra Rufinũ. & in epiſtola ad eundẽ. & regius propheta dicens. Qui finxit ſingillatim corda eorũ. Iſaias quoq; ait in pſona Dñi. omnẽ flatũ ego fœci. quas ſcripturas de animabus exponũt. Ariſtoteľ quoq; li. de animalibus. 16. ſolũ intellectũ ab extrinſeco aduenire docuit. Quod autẽ Auicenna in ſua methaphiſica de intelligentiarũ unius ab alia: inſuper ad animarũ ab intelligentijs pductione diſſeruit:& auctor li. cauſarũ eundem ſecutus affirmauit/ut minus ſufficienter pbatũ & catholicę aſſertioni contrariũ exploditur.

Aĩa creat̃ do infun ditur.

pſaſ.32.

Anima eſt eſſentia ſimplex: nec ex materia corporali nec ſpirituali compoſita phiſice: licet cõpoſita ſit methaphiſica compoſitione. Capi. xxi. MAG.

Erũtñ catholicorꝫ nõnulli & ſi animas ut dictũ eſt ſingulas ſingulis a deo creari & infundi aſtruãt/ imateriales tamẽ illas eſſe nõ admittũt:quorꝫ alij ut facilius q̃ obijciunt̃ ppellere valeãt aĩas nõ de materia corpali ſ; ſpũali/extẽſiõis/priuatiõis & corruptiõis penitus imuni conſiſterę affirmant. facile utrũq; ſine phię & fidei iactura defenſari potuit, eas tñ nec de materia corpali nec ſpirituali/ſed

de nihilo a deo creari: Magiſter ſenten. li. 2. diſ. 17. & Dionyſius li. de diuinis nominibus ſcripſerũt. Subſtantię quippe ſpirituales ſicut ſunt incorporales ita & ĩmateriales. Quod aũt Auguſtinus li. de eccleſiaſticis dogmatibus. omnẽ creaturam corporeã dicit: mox cauſam & intellectũ dicti ſubiungit. quia nõ ubiq; ſunt/ſed localiter circumſcribũtur: ſicut anima q̃ carne clauditur: ut poſthac declarabiť. Idem in epiſtola ad Hiero. de origine animæ deducit. DIS. Simplex igitur eſſentia eſt anima? MAG. Simplex eſt per excluſionẽ cõpoſitionis phiſicę: q̃ eſt ex materia & forma naturali. compoſita vero eſt compoſitione methaphiſica: q̃ eſt ex realitate & realitate: quarũ una ſe habet in potentia ut quod/altera in actu ut quo. ab illa genus/ab iſta differentia ſumitur. Hinc Boetius li. de trinitate. In omni quod eſt citra primum/eſt hoc & hoc: id eſt quod eſt & quo eſt. Eſt & in ea accidentis & ſubiecti compoſitio. de luce enim in tenebras: de ſcientia in ignorantiam mutabilis eſt. de illa Auguſtinus li. 6. de trinitate & .xi. de ciuitate dei diſſeruit. nos reliqua percurramus.

quõ anĩa dicatur cõpoſita.

Excuſat ſe auctor de tarditate ad reſpondendum. & poſitiones de origine animę vegetatiuę & ſenſitiuę ęnumerat. Ca. xxij. DIS.

Quæ de origine & ſubſtantia animę digeſta ſunt/ de ſola intellectiua intelligenda inducta teſtimonia pſuadent. de vegetatiua igitur & ſenſitiua quid aſtruis? MAG. Difficiles difficillimis quęſtiones accumulas: nõ aduertẽs materias grandes (ut inqt Hiero) ingenia parua ferre non poſſe: inſuper q̃ odioſum ſit/ex multis poſitionibus unam pręferre: nihili pendis. Ego autẽ econtrario ad reſpõdendũ efficior tardior: quo ingenij puitatẽ/ſtili ruditatẽ & epitomatis pſcriptos limites cõſidero attentius: quorũ primũ arcana naturę nõ penetrat: alterũ ſane conceptũ obſcurius explicat. ultimũ nec ſe lectũ corroborare/nec neglectum ſinit rõnibus cõfutare. DIS. In ſingulis his eo facilius veniã dabo/q̊ minus ea a te exquiro. plano aũt ſermone ad ꝓpoſitã quęſtionẽ reſpondere te plurimũ hortor. MAG. de brutali anima diuerſi diuerſas ꝓtulere ſentẽtias. Aſſerentibus alijs a creatore omniũ has animas in primordio ex materia quadã ſpirituali ꝓductas: cõſequẽter vero ex illis in ſpecie conſimiles actione naturę ęductas. Alijs oppoſitũ tuentibus/ viſum eſt eas & a primordio & deinceps a ſolo creatore de nihilo fieri. qbus ſuffragari videť dictũ Auguſtini li. de vera religione: dicẽtis. Nulla vita eſt q̃ nõ ſit ex deo: qa deus utiq; ſuma vita eſt & ipſe fons vitę. & regius ꝓpheta/ cũ de animantibus terrę mariſq; ſermonẽ texeret: ſubiecit. auferes ſpiritũ eorum & deficient & in puluerẽ ſuũ reuertenť. Emittes ſpiritũ tuũ & creabuntur & renouabis; faciẽ terrę. Cęteris deũ a quotidiana creatiõe ſequeſtrantibus pſuaſum eſt animã ab anima generari/non per deciſionem

aut ꝑtium ſeparationẽ/ſed queadmodũ accenſa candela alias accen/ dendo ſine luminis ꝓprij diminutiõe multiplicat. cum em̃ omnis ani ma (ut aiunt) indiuiſibilis ſit: ad diuiſionẽ materię in ꝑtes utrobiqꝫ to ta cadit/ſicut cernere eſt in ſurculi de cerptiõe. & anguillarꝫ diuiſiõe. Sꝫ quia nec ea ſentẽtia ſatis ꝑſpicua videt̃: placuit reliquis aĩas huius ge neris a primordiali rerũ origine beneficio creatoris vel ex nihilo/vel ꝑ creata rõne ſeminali/eſſe cœpiſſe. deinceps autẽ non ꝑ creationẽ ſed naturę actionẽ/ex inditis a creatore elementis generatiuis ſeminalib⁹ coagente cœlorũ influxu in ꝓpatulũ prodire. ſecundũ ꝙ ſcriptũ eſt in Geneſi producãt aquę reptile aĩę viuentis &c. Hęc ſententia verbis diui Auguſtini corroborari poſſet: q̃ ex ęgregij de trinitate ipſius vo lumine li. 9. cũ de plantis ageret̃ inſeruimus. Et libro de eccleſiaſticis dogmatibus ait. Animaliũ vero animę cũ carne ipſa carnis viuacitate naſcunt̃/& cũ carnis morte finiunt̃. Sil'e in li. de ſpiritu & anima legi tur. Libro quoqꝫ de aĩalibus Ariſtoteles idẽ ſenſiſſe videt̃. Sunt tamẽ qui nec ſemen/nec cœli influxũ viuentes ſubſtantias attingere cõce/ dunt. agens equidẽ ꝑ̃ſtantius eſt paſſo: omne autẽ viuens ꝑ̃ſtantius eſt nõ viuente. ex. xij. de ciuitate dei. inanimati igitur cœli/& quæli/ bet ſemina/viuentẽ animã attingere nequeũt. Omĩs itaqꝫ animę cau ſalitatẽ deo ĩmediatius attribuũt: nec tamẽ animas tales creari admit tunt. creatio nanqꝫ nullã pro recipienda forma materiam exigit: ſicut in plantis & aĩalibus eſſe cõſpicimus. Hęc poſitio & ſi philoſophię pri cipijs innitatur/pręcedenti tamen pręiudicium non facit. Nam quod de nobilitate agentis aſſumit: non rõne eſſentiarꝫ/ſed cauſalitate acci pi poteſt. nobilius eſt em̃ agere ꝙ̃ pati. vel quia in ſimplicibus & uni uocis locum habet: cœlum autẽ & ſeminaria vis unã cauſam aggre/ gant: cuius ad minus pars una ęquiuoca eſt ad formam introducen dam. Cœlũ inſuper inanimatum ex his q̃ libro ſeptimo digeſta ſunt concedimus. Seminaria aũt elementa omnino mortua dicere nõ poſ ſumus. viuunt em̃ ſemina/accepta a creatore vita latenti: quę opor/ tunis tempamentorũ occaſionibus excitata erumpit/& ſpecies ſuas peragit. iuxta ſancti Auguſtini traditionem. Semen viuit.

Campus ĩmortalitatis. Inquiſitio immortalitatis animę multorꝫ fuit/ſed inuentio paucorũ/quorũ nonnulli ob amorẽ alterius vitę ne cauere ſeipſos. q̊d tñ mĩme licet. inſuꝑ q̄bus rõnibus tũ a Platõe tũ ab alijs aĩę ĩmortalitas ꝑſuaſa ſit. Ca. xxiij. DIS.

Eleri nunc greſſu quẽ ex aduerſo campũ intueor audis ꝑcur c ram⁹: ut ſimul cũ ſolis occubitu hic liber finẽ accipiat. MA. Haud ſcite hũc vaſtiſſimũ campũ ĩnumeris anfractib⁹ inter/ ceptũ varijs itẽ & dẽſiſſimis vepribus cõſitũ celeriore curſu ꝑcurrẽdũ mones. nã diuus Aureli. in tredecio de trini. c. 9. de vera beatitudĩe &

animę immortalitate diſſerens ait. Humanis quippe argumentationi
bus hęc inuenire conãtes: vix pauci magno ꝑditi ingenio: abundan
tes ocio/doctriniſq; ſubtiliſſimis eruditi/ ad indagandã ſolius animę
immortalitatẽ ꝑuenire potuerunt. Qui tñ animę beatã vitã nõ inue
nerũt ſtabilẽ: id eſt verã: ad miſerias eã quippe vitę hui⁹ etiã poſt bea
titudinẽ redire dixerunt &c. DIS. Lento igit̃ paſſu hęc duo ꝑ ordi
nẽ diſpiciamus. MAG. Animę imortalitatẽ Phõrum nonnulli cũ di/
dicissent/amore futurę fœlicitatis ſibiipſis manus intulerunt. ut Clean
tes Criſippus Zeno Empedocles & Cato. inquit Lactantius li. 3. c. 18
inſtitutionũ. Et beatus Hieronymus ſup Danielem. c. 1. Zenonẽ prin
Theobrotus cipem ſtoicorum inferos & imortales animas cõceſſe aſtruit. Theobro
tum quoq; lecto Platonis libro ubi de imortalitate animę diſputat: ſe
precipitẽ dediſſe de muro. atq; ita ex hac vita emigraſſe ad eã quam
credidit eſſe meliorẽ. Auguſtinus primo de ciui. dei ca. xxij. refert. Ve
rũ in eodẽ: nulli hominũ licere in ſeipſum manus truculentas iniicere
abunde deducit. Nos huiuſcemodi & varias rationes ꝓ affirmãda
animę imortalitate conſulto ꝑterimus: nec ex his q̃ ab Ariſtotele in
libro de anima: in metaphiſica: aut in ethicis ſcripta cernunt̃ euidens
demonſtratio colligi poterit. Ceterum in de animalibus ſolum intelle
ctum ab extrinſeco aduenire aſtruit. in li. vero de pomo & morte (ſi
ipſius eſt) id clarius expreſſit. DIS. Platonis autẽ argumẽtum q̊d
eſt cui Theobrotus tm̃ credidit? MAG. Numerus ſeipſum mouẽs
indeficiens eſt: anima numerus eſt ſeipſum mouens: nõ igit̃ aĩa inter
ire poteſt. DI. Numerũ & motũ inter accidentia cõnumerari. li. 8.
digeſtum eſt: animã vero ſubſtantiã eſſe ea q̃ in decimo libro tracta
ta ſunt cõprobant. ſic ſyllogiſmi ꝑmiſſi alterã ꝓpoſitionẽ falſam eſſe
neceſſario ſequitur. MAG. Numerũ numerantẽ & motũ ſe mouẽ
tem (qualem Plato credidit animã) ſubſtantiã eſſe nihil horum quę diſſe
ruimus ꝓhibet. unde cũ in mouentibus & motibus deueniẽdũ ſit ad
id q̊d ex ſe mouet̃: nõ participatione motus/ ꝑter intellectũ nullum
aliud aſſignari põt. Prima nempe cauſa imobilis eſt: & primũ corpo
rũ ſtare põt: in ipſo em̃ motus a ſubſtãtia ſecernit̃. DIS. Nu; & aĩa
exuta corpe ipm̃ mouere deſinit? MAG. Etiã fili. acceſſori⁹ eq̃dẽ eſt
hic mot⁹. Vnde debita corpis harmonia corrupta/ motus viuificatio
nis in eo deſinit: & aĩa (quę ſine tali motu corpus nõ informat) recedit
ſeipſam autẽ motu intellectuali mouere in ꝑpetuũ nõ ceſſabit. intelle
ctis em̃ aliis ſup ſeipm̃ reflectit̃ motus: & circularis efficit̃. nunq; em̃
ſeipſam intelligere deſtitit ex q̊ eſſe cœpit. ait Aureli⁹. DIS. Habet
Anima ſe igit̃ mot⁹ ſui principium? MA. Animã ſui eſſe: deũ habere auctorẽ
ipſã intel cognouim⁹. quõ ergo motũ ipſius q̊ viuit principio carere dicemus?
ligit ſemp Vides q̃a rotũditas motui cõgruit: facili⁹ em̃ mouet̃ q̊d magis rotũ
dum eſt: maximũ igit̃ rotundũ q̊ rotũdi⁹ dari nõ poſſet: ſi ſup ꝑfecte
planum caderet/ motũ cõtinuaret ſine termino: eſſet nanq; mouẽs &

mobile. Sic intellectualis natura: ex quo eſſe cepit: ſeipſam ſine fine in
intelligit: & cũ alia cognoſcit/ratiocinando ſe mouet. ut q̃ttuor nõ ſunt
duo: quia quattuor tria cõtinet: duo autẽ tria nõ habẽt. pariformiter
& in cęteris. Preterea tp̃s inter corruptiõis cauſas Ariſtoteles cõmemo
rat. q̃ em̃ corrumpunt̃ generata ſunt & tp̄e mẽſurant̃: tp̃s autẽ ut viſuz
eſt cum ſit numerus/ab aĩa depẽdet. aĩa vero tempori ſubdita nõ eſt
ſed ad tẽpus ſe habet ut viſus ad oculũ: qui licet ſine oculo nõ videat
tñ nõ habet ab oculo q̃d viſus eſt. ſic aĩa in menſuratione motuũ tp̄e
utitur. & in hunc uſum varia inſtrumẽta fabricat. Motus itaq; diſcre
tionis aĩę quia tẽpore menſurari nõ habet: tempore finiri nequit: ideo
ꝑpetuus eſt. Adde q̃a nullus vel numerus vel motus poteſt aĩę men
ſurandi ac numerandi motum ęuacuare: q̃a oẽs p̃cedit motu ſuo in/
tellectiuo. Vnde ratio circuli ante oẽm motum eſt/nec tempore con/
ſtringit̃: hęc tñ in anima rationali repent̃: ſimiliter & cętere mathema
ticę diſciplinę: & incorruptibiles ſcibilium veritates. quare & aĩam im
mortalẽ eſſe manifeſtum erit. DIS. Non mediocriter mouet/ꝙ ve
ritates inuariabiles quas anima abſtractas ĩtelligit cõplicat: & addiſcẽ
ti miro modo explicãdo manifeſtat: nec in talibus corpore neceſſario
utitur. limpidius nanq; hęc intueor dum clauſis oculis: & quoad fieri
poteſt mentẽ ſupra corpus ęleuo. MAG. Plane. nã prophetę in ex/
taſi aut raptu: ſimiliter & in ſomnis ſecretiſſima contemplabant̃. clari
us autẽ ab omni corporali mole liberata anima talia intuet̃. DIS.
Perſuaſus ſum. MAG. Confirmat hoc: ꝙ marceſcẽte corp̄e/reddit̃
aĩa ad cõtemplandas altiſſimas veritates expeditior: nec a maxime in
telligibilibus ledit̃ quẽadmoduz diſſolubiles potẽtię ab excellenti ſen/
ſibili corrumpunt̃. Pręterea deſideriũ naturale fruſtratorium eſſe ne
quit. li. 3. de aĩa. 2. phiſicoꝝ. & primo de cœlo & mundo Ariſtoteles
aſtruit. Omnes hoĩes autẽ naturali deſiderio beatitudinẽ appetunt. ait
ſanctus Auguſtinus li. 3. de tri. c. 8. & Ariſtoteles primo ethicoꝝ. Bea
titudo vero nõ poteſt haberi in hoc mundo. ſcd̃m beatum Auguſtinũ
li. 22. de ciui. & Boetium li. 3. de conſolatione phĩę. igitur neceſſarium
eſt animas in aliud ſęculum durare: ibiq; deſiderata beatitudinis ęter/
nitate potiri. Sed quid plura? imago & reſplendentia viuentis in ſęcu
la creatoris quomodo deſineret cum nec dies illuſtrata ſole deficeret
ſi in noſtro hemiſpherio ſol ſemper conſiſteret?

Quibus ſcripturarũ teſtimoniis confirmari poſſit aĩę ĩmortalitas. & quõ aĩa reſpectu dei mortalis ſit/q̃a mutabilis & de duplici eius morte. Capi. xxiiii. MAG.

Ed ne a quopiã veritatis lumen q̃d ex p̃miſſis de animę ꝑpetui animę immortalitas.
tate hauſiſti/obtenebrari poſſit: ipſum ſacroꝝ eloquioꝝ muro
circũda. unde ait veritas. ego vitã etenã do eis. & Aurelius in
ecdeſiaſticis dogmatibus. c. 15. (quẽ librũ nõnulli Gennadii dicunt)

ſolum hoīem credimus habere animā ſubſtantiuā: q̄ exuta corpore viuit: & ſenſus ſuos atq; ingenia viuaciter tenet. non cum corpore moriť ſicut Arabs aſſerit: neq; poſtmodū interitura ſicut Zenon dicit: qa ſubſtantialiter viuit. Idem li. de ſpiritu & aīa. c. 48. diciť. & Dionyſius de diui. no. c. 4. Animę humanę habēt ex bonitate diuina q̄ ſint ītellectuales & q̄ habeant ſubſtantialē vitā & incōſumptibilē. & Cicero in li. de ſenectute introducit Socratē apud Platonē dicentem. Quid multa ſic mihi pſuadeo/ſic ſentio cū tanta celeritas aīoꝝ ſit: tanta memoria pteritoꝝ futuroꝝ prudentia: tot artes: tāte ſciētię: nō poſſe eā naturam q̄ res eas cōtinet eſſe mortalē: Et in fine adiūgit. O pclarū diē cū in illud animoꝝ conciliū pficiſcar: & cū ex hac turba & colluuione diſcedā & plura ibidē. Valerius quoq; maximus. li. ij. nōnulla ad id ppoſitū contulit. Vergili⁹ quoq; in. 6. ęnei. & Ouidius li. 9. methamor. & poetarū numeroſa turba aīam īmortalē credidit. Sed quibus nec iſta ſatis faciunt. c. pe. xxiiij. q. iij. legant: & cōtrarium aſſerentes inter hęreticos inuenient. DIS. Si ſacris litteris dicta firmare cōtendis q̄ contraria videntur ex his teſtimonia diſſoluas neceſſe eſt. Ait em̄ Apl'us loquens de deo qui habet īmortalitatē ſolus. & ppheta Ezechiel. Anima q̄ peccauerit ipſa morieť. MA. Fortiter opponis: ſed hæc longe aliter accipienda ſunt. Solus em̄ deus īmortalitatē habet: qui cū incōmutabilis ſit/ſicut vitā in ſemetipſo habet/ſic ſeipſum conſeruat: & ipſum nō eſſe impoſſibile eſt. anima autē mutabilis de bono in malum/accepit eſſe per creationē: & a creatore ppetuatur p indeſinentē cōſeruationē. Ezechielis autē vaticiniū de morte p peccatū q̊d priuat aīam vita gratiæ intelligendum eſt. de qua in li. Sapientię. Per maliciā occidit homo animā ſuā: quia peccatū gratiā expellit. cui⁹ pſentia anima/ſicut corpus per ipſam viuit/inquit Auguſtinus: Eſt & alia animę mors & quidem ſumma alienatio ſcilicet eius a vita dei in ęternitate ſupplicij. ut teſtatur idem li. vi. de ciuitate. ſed de hac in campo miſerie: nunc q̄ reſtāt in hoc campo luſtrabimus.

Sola rationalis anima īmortalis eſt. poſitio autē Platonicoꝝ de aīa mūdi/ in quā plantarū & brutorū aīalium aīas reſoluendas putant: exploditur. & contrarium luculentiſſimis teſtimonijs ſancti Auguſtini aſtruitur. Capitulum. xxv.

DIS. Nimę humanę ſolum/an & cęteris īmortalitatē ineſſe credis?

a MAG. Premiſſum ex li. de eccleſiaſticis dogmatib⁹ teſtimonium/ſolum hoīem īmortalem habere animā explicat: quod ſi minus eſt adducā quod in eodē c. ſequenti additur. Animalium vero animę nō ſunt ſubſtantię (intellige corruptibiles) unde ſequitur: ſed cum carne ipſa carnis viuacitate naſcuntur: & cum carnis morte fini

untur.& ideo nec ratione reguntur ſicut Plato & Alexāder putant:ſed Platonis
ad omnia naturę incitamenta ducuntur. DIS. Si igitur iuxta Pla &Alexā.
tonicoꝝ poſitionē immortales ſunt aīę etiā irrationales: arbore ſucci poſitiões
ſa:& beſtia moriēte/ubi manēt illarū animę ſi nō corrūpunt? MA.
In animā mundi inquiūt reſoluuntur.nam ut aiunt ab ipſa ſunt. Vn
de ſicut anima rationalis tota in toto:& tota in qualibet parte hominis
eſt:ſed nō eadē officia in omnibus exercet.in oculo etem̄ videt:& di/
citur viſiua.in auribus audit: & eſt auditiua & ſic de aliȷs.ſic ut aiunt:
anima mundi impartibilis in toto mundo tota &c.lapidibus p̄ſtat eſſe
plantis vegetare:brutis ſentire.Hęc inquiunt ante aduentū intellecti/
uę embrionē vegetat:& id exercitiū in nōnullis mortuis exercet:quibꝫ
& ungues & capilli creſcunt.Triplicē em̄ gradū animaꝝ Varro diſtin
.de guit.ut refert Aurelius.li.7.c.25.vegetatiuum in plantis/ſenſitiuum
4. in aſtris quę mundi ſunt oculi:& intellectiuum/in quo homines deo
videtur ſimiles.Solos em̄ illos animaduertiſſe quid ſit deus credidit:q
eum animā motu ac ratione mundum gubernantē affirmāt:nam &
7. ipſe ut ait Aurelius:dicit deum ſe arbitrari eſſe animā mundi:& hunc
ipſum mundum eſſe deū.Alludit Vergilius cū ait.Iupiter eſt q̊dcūqꝫ
l'. vides q̊dcunqꝫ mouet.Plato autē mundūʒ eſſe aīal beatiſſimū & ſem
piternum:ſic & ſydera inſtanter affirmat:unde & homo gręce micro
coſmus:id eſt minor mūdus dicit.hoc aūt qꝫ īpropꝛie diceret ſi macro
coſmus:id eſt maior mundus/cuius homo ſimilitudinē gerit animā
nō haberet.Et qa ab hac anima oīm motus/ordo & diſcretio eſt:ipſa
quoqꝫ numerus ſeipſum mouēs appellatur.Nec mirū ſi Ariſtoteles
eam ipſam naturā ſagacē/aliȷ Fatum/aliȷ neceſſitatē cōplectionis di/
cere voluere.Singuli tn̄ poſitiones ſuas moderantes:de quibus diſſe
rendi locus nō eſt:in illa nō modo animas/ſed & oīm rerum formas
ante rerum productiones/non quidem tempore ſed natura p̄exiſte/
ici re Platonici voluere:nec formas ut in rebus ſunt & in mundi anima
ſcd̄m rem:ſed ſcd̄m eſſendi modum tantūmodo differre.Multa ſecre
tiora quędam phię circa animę mundi declarationē explicanda ve/
ſti. niunt q̄ conſultius in epitomate iſto cſilentio p̄terimus.Auguſtinꝰ ve
ro in locis p̄nominatis poſitionē de aīa mundi ſatis exterminat.Quid
autē de animabus ſtellarum/& ex conſequēti aliarum mundi partiū
ſentiā.li.7.nō oīno p̄teriſſe memini. DIS.Concluſionē igitur in p̄/
miſſo ex li.de eccleſiaſticis dogmaticis capitulo tenēdā cēſes? MA.
ſti. Etiā fili.Vnde & in li.de fide ad Petrum loquēs ait.Quoſdā ſpiritus
ſic deus creauit ut ſemp eſſent:q̊ſdā vero ut qn̄qꝫ ſpiritꝰ deſinerēt: illos
itaqꝫ deſituros:q̊ſdā ex aqua/quoſdā quia ſic voluit ꝓduxit ex terra.
& infra.Spiritus omnium aīalium tā diu ſpiritꝰ ſunt/q̄diu in corpo
ribus viuunt.aīa qppe q̄ rationis capax diuinitus facta nō eſt/cū car
ne ſua & incipit & deſinit viuere:qa qn̄ corpori vitā nō tribuit/ & ipſa
nō viuit.Atqꝫ ita miro mō cum oī carni aīa ſit cauſa viuēdi ſpiritꝰ tamē

irratiõalis tam diu viuit q̃ diu in carne manere potuerit: & dum a carne ſua ſepat̃ extinguit. Alludit dictis q̃d beatus Grego. in 4. dialogoꝝ de triplici ſpiritu a deo creato aſtruit. DI. de rõne vero quã idẽ locus a brutis ſeiungit: qd ais? MAG. Tu primũ quid te moueat exponas.

Animalibus brutis ineſſe rationem imperfectam & informem quomodo concedi & argui poſſit ex his q̃ operari ſolent. Capitulũ. xxvi. DIS.

n E multa preter ordinem cõmiſceri videamur / ꝓprio capite de hoc loqui exordiamur: vids ne (ut a mĩmis ad maiora aſcẽdam) araneas circa edium feneſtras telas ſuas ordinatim cõtexere: & in centro vel circumferentia predam aduolitantem ſcilicet muſcam diligenter obſeruare? Formicas in æſtate granorũ aceruum cõportare / in conſeruandis ſingulari induſtria uti? Item hyrundines q̃ artificioſe ex luto nidos conglutinare / omni videnti pſpicuum eſt Quid dicam de canibus? quibus tanta ineſt diſcretio / ut dominũ ab alienigena / latronem & homicidam ab inſonte in vindicta ſecludant in biuio / feram altera declinaſſe parte ſillogiſant. Ciconiarũ / equorũ & elephantũ naturas longum eſſet cõmemorare: qui ſingulari prędi ti noſcuntur ingenio. MAG. de brutorũ ratione Philonem ſcripſiſſe Phi

Hierony. Hie. li de vi. illuſtribus teſtatur. Hanc ſi nos quoq; irrationabilibus xar

non omnino adimere voluerimus: ipſam nõ ſimpliciter rationẽ: ſed rationem informẽ dicere poſſumus. Sicut enim viſus in colorum diſcretione confuſus eſt / & informis: formatur autem ratione inter album & nigrum diſcernente: ſic brutorum diſcurſus ſi quis in operando cernitur cõfuſus eſt nec ſatis diſtinctus. Huius in homine ſimilẽ quodã modo conſpicimus: intellectum tamen formari haud ignoramus. Nunquid qui vocabulorum vim ignorat: legens librum per differẽtias litterarum ſyllabarum & vocum diſcurrit: intellectus autem ſi adhibetur / diſcurſum eſſe bene aut male diiudicat? DIS. Sic cani a deo vim collatam dici poſſet / qua ex his quæ ſenſu deprehendit ſpecialius ſyllogiſet: informem tamen eſſe hunc diſcurſum. cum neſciat ſi bene an male diſcurrat. MAG. Hanc vim rationem nõnulli appellant cum diſcurſus & diſcretio (q̃uis cõfuſa) omnino a ratione ſeiungi non poſſit. Vnde & Aureli⁹ li. xi. de ciui. c. xxvij. Ineſt ſenſibꝫ irra / Au

tionabilium animaliũ & ſi ſcientia nullo modo at certe quędam ſcientię ſimilitudo. ait autem ſcientia nullo modo / nam ut in li. de fide ad Petrum ſcribit: nullam intelligendi facultatem diuinitus acceperunt. Et Dauid rex. Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intel Pſa

lectus. In imꝑfectioribus autem operibus: utputa grana illo vel illo loco reponere: telam in feneſtra potius q̃ alia domus parte texere & cet. partim ex expimento & memoria pręteritorũ eſt in his quæ expertę ſunt: partim ex naturę inſtinctu. nam telam texit aranea / & grana col

ligit recenter formica producta. Operatur autem & inclinat naturæ inſtinctus in eiſdem ſpecie ad ſimilia ideo omnes hyrundines ſimiles nidos/araneę telas ſimiles fabricant. qui autem cognitione ratiocinatiua operantur. opus ad placitum variant. unde nec omnes homines ſcriptores: & qui ſcriptores/nō ſimilibus characteribꝰ ſcribūt. DI. Aperte loq̄ris: nec alia dilucidatione opus eſt. ad alterū q̄d Auguſtinꝰ in p̄miſſis verbis īnuit: animarū ſcꝫ regreſſum: ſermonē vertamus.

De Reuolutione animarū a cœlo in humana & beſtiarum corpora: & de ingreſſu earundem in cœlum qui & quid Philoſophi ſenſerunt Capi. xxvij.

MAG.

n On omnibus q̄bus (utcunq̧) aīę imortalitas innotuit cauſa cō iunctionis cū corpe/& receſſus ab eodē ęque patuit. In primis autē opinionē illoꝝ qui aīas tpe p̄ceſſiſſe corpora voluere ſub breuitate tranſcurramus: dehinc innixā veritati ſententiam teneamus. DIS. Probe. MAG. Pythagorā aiunt primū μετεμψυχωσιν id eſt tranſanimationē docuiſſe: & adeo quidē generalem ut animarū noſtrarū in beſtias/& rurſus beſtiarū in hoīes: & taliū in plantas trāſitum crederet. Hinc (ut teſtatur diuus Hieronymus li. ij. contra Iouinianum. c. xxxv.) Pythagorici omne q̄d mouetur & viuit edendū non putant: & eiuſdē criminis reos arbitrant̄ qui abietē/quercumue ſuccīderint/cuius patricidę ſunt & venefici. Ipſe inſup Pythagoras ſe dicit ī bello Troiano fuiſſe militē Euphorbū/& ibi occiſum a Menelao q̄ minor Atrides dicebatur. Vnde Ouidius lib. xv. μετομορφωσεον id eſt de tranſformatis opinionē Pythagoræ ptractans in pſona ipſius ait Ipſe ego me memini Troiani tpe belli Pantoides Euphorbus erā: cui pectore quondā Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris Atridę. & rurſus in eodē. Morte carēt aīę ſemp priore relicta. Sede nouis domibus viuunt habitātq̧ receptę. Omnia mutantur: nihil interit errat & illinc Huc venit: hinc illuc & quoſlibet occupat artus Spūs: ęque feris humana in corpora tranſit: Inq̧ feras noſter nec tpe deperit ullo. Vtq̧ nouis facilis ſignatur terra figuris: Nec manet ut fuerat nec formas ſeruat eaſdē Sed tñ eſt eadē. animā ſic ſemp eādē Eſſe: ſed varias docet migrare figuras. Plato altiſſimaꝝ ſpeculationū cupidiſſimus Pythagoræ dogmata audiens nō modo non reſpuit: ſed ipſe quoq̧ aīas hoīm poſt mortē reuolui uſq̧ ad corpora beſtiaꝝ ſcripſit & tenuit. Hunc ſecuti Tertulia. Apuleius Plotinus Porphirius Varro Vergilius Tertulianus Origenes quoq̧/nōnulla q̄uis impia/de animaꝝ reditu ſcripſere. Origenis Quoꝝ alij oēs aīas puras ab initio conditas arbitrant̄. & eas q̄ ab omni cōtagione corporis liberę ſunt/cœlum poſſidere: appetitiuas vero corpoꝝ latenti deſiderio de cœlo pſpicere. & pondere terreni cōtagionis/paulatim in inferiora dilabi/corporibus diuerſis cōiungi: & ab his tandem reſolutas & purgatas: non ea q̄ deſcenderunt porta ad ſuperos reuerti.

Duas equidem in cœlo portas ꝓ deſcenſu & aſcenſu animarũ: Macro M
bius ſup ſomnio Scipionis ad mentē Platonicoꝝ explanat. Prima eſt us
porta hoīm & deſcenſus. Cancer ſcꝫ. altera Capritornus porta deoꝝ/
quę rurſus aſcendentes aīę īmortalitatē deoꝝ conſequuntur. Galaxia
autē per ſigniferũ ꝓtēſus circulus/locus eſt beatoꝝ. Cętera autē ſigna
tranſeuntes/quaſi ebrie ex viſis diuerſis obliuiſcuntur eoꝝ q̄ habebāt
in cœlo. In ſphera Saturni acquirunt intelligentiā. in Ioue vim agen
di. in Marte animoſitatis ardorē. in Sole ſentiendi opinandiq; naturā
in Venere motus voluptatũ. in Mercurio interp̄tandi vigorem. in Lu
na vim auguriandi. Purgatas quoq; ęuocari ad letheũ fluuiũ: ut inde
bibentes obliuiſcantur p̄teritorũ malorum quæ in corporibus paſſæ
ſunt & ad ſupera conſcendant: & ab his rurſus in inferiora reuerti cu/
piant. unde Vergilius platonice dixit. Letheũ ad fluuiũ deus ęuocat V
agmine magno (ſcꝫ aīas) Scilicet īmemores ſupera conuexa reuiſent: 6.
Rurſus & īcipiāt in corpa velle reuerti. Intm̄ etiā Apulei⁹ deſipuit ut in A
li. de deo Socratis aſſereret aīas hoīm in demones trāſire vel lares ſi bo
ni ſũt vł lemures ſiue laruas ſi mali. Manes autē deos dicũt. Varro aũt V
aīaꝝ reuerſionē ita conſtrinxit ut nō in beſtiaꝝ ſed ꝓpria corpa redire
eas diceret. Porphirius q̊q; idē aſſeruit: & poſt purgationē de cœlo nō A
reuerſuras amplius in alia corpora. Purgationē vero animarũ quam ci
theurgiā dicunt & has falſas opiniones Aurelius li. 9. & . 10. de ciuitate c.
ſufficienter cribrauit. Et beatus Ambroſius li. de fide reſurrectionis c. A
penultimo & ultimo huius figmenti auctores irridet dicens. neq; em̄
mirum debet videri q̊d credetis vos in beſtias poſſe mutari: qui be/
ſtias adoratis. DIS. Pythagorā Platonē Porphiriũ ac cęteros gen
tilitatis caligine obfuſcatos in difficillimis queſtionibus aīaꝝ ſcꝫ origi
ne & perpetuitate erraſſe paruifacio. Origenē vero quē ſingulari inge
nio & vitæ puritate claruiſſe: & ſacras litteras nō modo legiſſe: verũ/
etiā abũde expoſuiſſe ferunt: in dictis queſtionibus deliraſſe/quis fa/
cile crederet? MA. Nemo niſi qui ei⁹ ſcripta: ſingulari diligentia cō
ſiderauere. DIS. Et qui fuere iſti? MA. Diui Hieronymus & Au
guſtinus ingenio eloquio/doctrina/fide/& ſanctitate clariſſimi. DI.
Pauca ſi p̄ſto ſunt ex his de Origenis circa animas errore deducas.

Origenis error de lapſu animarũ de cœlo. & mutatione earundem in demones: & de ſaluatione demonum. Capitulum. xxviij. MAG.

Origenis' opinio

b Eatus Hieronymus ad auitũ ſcribens inter cęteros errores Ori Hi
genis quos in libris περιαρχων id eſt de principijs docuit: eti
am hunc de animabus aperte oſtēdit. & in expoſitione fidei ad
Damaſum papā condemnat. Credidit em̄. Origenes (ut plano ſer/
mone pauca referam) animas in cœlis fuiſſe angelos: ubi quę poſtq̃
peccauerunt deiectas in iſtum mundum in diuerſa corpora: tanq̃ in

c̃arceres ꝓ delicti qualitate: in quibus ſi noluerint ad meliora conuerti:
in alio mundo demones fieri: demones quoq; ſi voluerint ad melio/
ra conuerti: in alio mundo vel mundis: ꝑ ſupplicia atq; tormẽta in cor
poribus erudiri: & rurſus ad angelicã peruenire dignitatẽ. Nos quoq;
ſi negligentius nõ egerimus in corporibus angelos futuros ait. Ani/
mam etiã angelum & demonẽ (quos unius aſſerit naturæ ſed diuerſa
rum voluntatum) pro magnitudine negligentię & ſtultię iumentum
poſſe fieri: & ꝓ dolore pœnarũ & ignis ardore magis ac magis elige/
re ut brutum animal ſit: & in aquis habitet ac fluctibus: ac corpus aſſu
mere huius vel illius pecoris. Et ꝗuis hęc dogmata non iuxta ſuã ſen
tentiam in primo periarchõ dicat: in ſequẽtibus tñ multa alia erronea
inducens ſuam fatetur. ut patet per Hieronymũ quo ſupra. Epipha/
nius quoq; in epiſtola ad Ioannẽ hieroſolimitanum epiſcopum (quã
ſanctus Hieronymus e gręco in latinũ tranſtulit) Origenem hæc ſen
ſiſſe libere aſtruit. Inſuper & diſcipulos ſuos docuiſſe ne quis oret in
cœlum aſcendere: ne peius iterum peccans ꝗ̃ ante peccauerat: rur
ſus p̃cipitetur in mundum. Propter has nanq; animarũ circulationes
i. diuerſos ſibi inuicem ſuccedere mundos ſenſit & ſcripſit. inquit diuus
Auguſti. li. xi. de ciui. dei. c. 23. Errorẽ hũc peſſimũ Auguſtin⁹ variis lo
cis cõfutat. ut puta li. 11. c. 23. li. 12. c. 13. 19. c. 20. in ep̃la ad ſanctũ Hiero
nymũ de origine aïæ. de eodẽ ad Euodiũ & Optatũ. & li. 12. de tri. c. ul
Sacri etiã canones errorẽ iſtũ inter hereſes dãnant. xxiiij. q. iij. c. pe.

ꝙ anima nõ eſt in corpore ut in carcere ĩ quo luat in cœlo commiſſa/ ſed ut in proprio perfectibili. Capitulum. xxix

DIS.

c Xploſa vanitate/ quid tenendum ſit videamus. MAG. Ani/
mas rationales quotidie ſingulis corporibus ſufficienter diſpo/
ſitis ſingulas a deo creari & ſimul infundi ex prioribus liquet.
Infunduntur autẽ non ut carceribus in quibus neſcio quæ priora deli/
cta luant: quæ em̃ ſimul infundendo creantur. prius non erant nec pec
cauerunt. Hinc & ap̃ls loquens de Iacob & Eſau ait. Cum em̃ nõ du;
nati fuiſſent: aut aliqd boni egiſſent aut mali/ ex vocante dictũ eſt. Ia/
.1. cob dilexi: Eſau autẽ odio habui. Rurſus qui carceribus pœnalit̃ inclu
duntur: eos nõ modo nõ amant: ſed ſi poſſunt effugiunt. animę autẽ
ſ. tali amore corporibus copulantͬ. ut iuxta ap̃li vocẽ nõ expoliari ſed ſu
perueſtiri velint. DIS. Num idẽ dixit deſideriũ habens diſſolui & eſ
ſta ſe cũ Chriſto. Et iterũ. infelix homo ego/ quis liberabit me de corpe
.8. mortis huius. Dauid inſup ait. Heu mihi qa incolatus meus ꝓlonga
a. tus eſt. MA. Prompte ſcripturarũ loca adducis: ſed fortaſſe minus
eſ. bene intelligis. nam ut beatus Thomas exponit. Paulus non refugie
bat corporis naturã: quia ab eo expoliari nolebat: iuxta priorem vo
cem: ſed volebat carere infectione cõcupiſcentiæ & corruptione corpis

quæ aggrauat animā ne poſſit deum videre: Vnde notāter dixit de cor
pore mortis huius. Nō igitur anima corpori tanq̄ carceri: ſed ꝓprio
perfectibili unitur/nō per aſſiſtentiā ut rector naui: queādmodū male
dictus Auerrois ſomniauit/ ſed ꝑ realē informationē ut per ſe forma
ut exprimit clemētina unica de ſum̄a trini. & fide catholica. Cū autem
talis informatio cōſiſtat in ꝓportiōe harmonica q̄ in alio eadē non re/
peritur/ideo nec anima unius corpori alterius ut forma cōiungit̃/ſed
cuiq; propria infunditur/creatoris voluntate: ut in eis ipſi famulantes
maiorē mereantur unionē aliquando ꝑfecte cōſequendā in aduentu
iudicis. inquit Athanaſius in ſymbolo. Omnes homines reſurgere ha
bent cum corporibus ſuis/& reddituri ſunt de factis proprijs ratonē
& qui bona egerunt ibunt in vitam æternam/qui vero mala in ignem
ęternum. q̄ duo ſequentibus campis indaganda veniunt. DIA Op
time: prius tamen ſeparationem & reunionem animę & corporis la/
tius perſuadebis.

Quomodo anima reuniri poſſit corpori exēplo de ducit̃. & Auerrois opinio de unitate intellectus re probatur. Inſup reſurrectionē a Gentilibus creditā ab eccleſia Chriſto / apoſtolis & prophetis multi/ pliciter atteſtatam eſſe oſtendit̃. Capi. xxx.

DIS
Nima cū in proportiōe quadā unita ſit corpori: neceſſario ſepa
a bitur ꝓportiōe reſoluta: quia vero īmortalis eſt ſubſtātia: ſeparata
nō interit: ſed ꝑ ſe ſubſiſtit/nec tn̄ perpetuo deſiderio ſuo q̊d ad
corpus habet cuius per ſe forma eſt fruſtrabit̃. natura aūt idem corpus
numero reſolutū in cineres reſtaurare nō poteſt. reſtaurabit̃ igitur ab
eo qui ip̄m primo ex nihilo in cōmuni omniū materia creauit cui ꝑma
nēs aīa ut ꝓprio ꝑfectibili reuniet̃. Queādmodū em̄ ꝑcutiēs vitrū in
ꝓportiōe integrū vim quandā īmittit motū & ſonū harmoniacū in eo
dem efficientē: quā rupta vitri ꝓportiōe & integritate neceſſe eſt mox
abſcedere. quę vis ſi incorruptibilis eſſet ſubſtātię & ꝑ ſe ſubſiſtere poſ
ſet/donec aliqua arte vel ingenio vitro reformato reuniet̃ in eodē utiq;
pretermiſſum motū & ſonū continuaret. DIS. Placet hæc manudu
ctio: nam creationi & infuſioni animę videt̃ plurimū cōuenire. nō em̄
extra vitrū percutiens vim hanc cauſat & vitro īmittit: ſed in vitro eam
cōcitat. Sic & creator animā nō prius creat extra corpus & poſtea in/
fundit: ſed ſimul eodē inſtanti corpori creando infundit: in q̊ motus vi
uificatiōis & intellectiōis varios exercet. MAG. Scite q̊d volui reſu
mis. DIS. Aliud aūt video pauloante cōmemoratū: q̊d nondū intel
ligo. MAG. Plura fortaſſe. nec em̄ omnia dilucidare poſſumus: ve
Auerrois rūtamē edicito quid te dubiū reddat. DIS. Cur Auerroim & male
error. dictū & ſomniantē appellaueris. MAG. quia hic catholicam irridēs:

ſynceritatem ad Maumetis caninam perfidiam rediјt.& dum Ariſto telis lucubratiões in multis nõ indocte expoſuiſſet/ tñ eũ locũ qui de perpetuitate animę rationalis eſt: nõ tam obtenebrauit ꝙ etiam ratio nibus & argumẽtationibus telę areneę paulo fortioribꝫ deprauare co natus eſt: intm̃/ ut diceret unũ & eundem numero omnibus homini bus eſſe intellectũ: qui corpus nõ realiter inhærẽdo informaret/ ſed co aſſiſtendo intelligentiã pſtaret. quo dicto quid turpius? a phĩa vera quid remotius? in fide Chriſti quid execrabilius? DIS. Nihil pro fecto: ſequeret̃ enim caſtos quoſcꝫ ac virtuoſos cũ leonibus auariſſi/ mis eadẽ labe teneri: infectos/ & ex corpore & anima non vere unum poſſe fieri compoſitum. MAG. Adde ꝙ mox in ſequẽtibus demõ ſtrabitur: omnes homines in ęterna gloria beatificandos/ eoſdẽcꝫ in æternis cruciatibus puniendos. Si em̃ unius hominis intellectus diui na perfruetur viſione/ omnes beati erunt quorũ hic idem intellectus eſt. rurſus ſi unius intellectus dyabolo & ſociјs eius adiudicabitur ad gehennam/ omnes ardebunt pariter quorũ hic idem eſt intellectus.

DIS. Intelligo. ſed fortaſſe ſi hic intm̃ deſipuit: nec reſurrectionẽ in vitam vel pœnam credidit. MAG. Credidit uticꝫ: qui & intellectũ ĩmortalem cognouit: & propter futuras ſpurcicias legi Mahumetici ſeruiuit in eadem promiſſas. Non enim reſurrectio mortuorũ & alia vita a ſolo Chriſto & apoſtolis in nouo teſtamento/ prophetis quocꝫ in veteri teſtamento prędicata eſt: ſed a gentibus etiam pręnunciata uti clare videre eſt ĩ verſibus Sybillę Eritreæ quo diuus Auguſtinus li. 18. c. 24. de ciui. cõmemorat. Plato etiam ſcripſit animas ad corpo/ ra redituras. ut ante patuit. & Auguſtinus. li. 22. de ciui. c. 27. teſtatur ſic Vergilius/ ſic Pythagoras ſenſerunt. Labeo quocꝫ & Marcus Var ro nõnullos reſurrexiſſe ſcripſerunt. ut recitat Auguſtinus in eodem libro c. 28. DIS. naturalibus igitur rationibus futuram reſurrectio nem venari poterimus. MAG. quapropter? DIS. quia uticꝫ iã dicti philoſophi eam non ex fide poſſibilem crediderunt MAG. ve rum. attamen vel auctoritate ſcripturarũ anteceſſorũ ſuorum/ vel ipſa experientia permoti possibilem fore animæ & corporis reunionem conceſſere/ nam naturali indagine nec a priore/ nec a poſteriore (ut quidam opinantur) id ſufficienter probari poterit: ſed articulus eſt fide creditus. ut patet in ſymbolo Apoſtolorum. ubi dicitur Carnis reſurrecti onem. in ſymbolo Niceno ubi dicitur: reſurrectionem mortuorum. In ſymbolo Athanaſiј unde primo adductum eſt teſtimonium. In/ ſuper dominus in euangeliјs. Apoſtoli in ſuis epiſtolis. fere omnes prophetę veteris legis idem luculentiſſimis teſtimoniјs aſtruunt: q̃ ad pręſens prętereunda ſunt. ea tamen diuus Auguſtinus in libro. 18. de ciui. dei ſufficienter deducit. nos campum gloriæ ingrediamur.

Campus Glorię. In hoc campo inquiritur ad quā gloriam ꝑuenire poſſit aīa intellectiua nūc corpore exuta & demū eidē in reſurrectione uniuerſali red dita. Vbi interim ſint animę exute bonorū & ma/ lorum donec corpora reſurgant. Quibus etiam bo nis animæ bonorum interim perfruantur & qui/ bus dotibus ornentur, Capitulum. xxxi. DIS.

f Auſtam fœliciſſimāq; ſemper hanc p̄dicauerim horam / qua ameniſſimi huius campi ſepibus appropinquamus. Iucūdiſſi mā quippe in eo futurā venationē/nomen ipſum quo pręti/ tulatus eſt ꝓmittere videtur: neq; em̄ crudeles/ īmaneſq; beſtias ſen tibus/ſpinis aut grauiter olētibus paludibus/ latitare phas eſt in eo lo co cui nomē gloria eſt. MAG. probe. Quoniā nemo hic habitabit in monte domini niſi qui ingreditur ſine macula: ut agnū īmaculatū tollentē peccata mūdi ſequaẗ quocūq; ierit in paſcuis uberrimis. qui aūt ex hac lachrimarū valle ęgrediēs maculas ſecū defert: cōpunctiōis oleo nō linitas/nec ignis incendio purgari poterit: ſed in exteriores te nebras ꝓijcietur in infernū inferiorē. Maculę v̄o quę cōpunctionis oleo hic mollitę fuerint/edacia ignis purgabunẗ in eo loco quē ob id purgatoriū dicimus: q̄ mūdatę ab omni cōtagione corruptiōis: ſicut & illę q̄ maculas aut nō contraxerūt/ aut hic anteq; exirent diluerunt: euiſtigio ad ſuperos ęuolabūt: ubi in placidiſſimis ſedib⁹ conſtituunẗ donec recipiāt corpora: ſed iā incorruptibilia q̄ ornent nō onerēt ingt diu⁹ Auguſti. li: xv. de trini. c. xxv. Et rurſus li. 13. de ciui. dei c. 7. Idē ſub his verbis exprimit dicens. Animę piorū iam ſunt in requie: & im piorū in tormento donec eorū corpora reuiuiſcāt: illoꝝ ad vitā/aliorū ad mortē perpetuā: Et in Enchyridion. c. 108. & ius pōtificū. 13. q. 2. c. tempus. Tempus quod inter hominis mortem & ultimā reſurrectio nem interpoſituȝ eſt / animas abditis receptaculis continet/ſicut una queq; digna eſt: vel requie vel erumna: pro eo quod ſortita eſt in car ne dum viueret. Deducunẗ autē animę ad hūc glorię montē/ ab an gelis ſanctis. ut dominus teſtatur de aīa mendici Laȝari. Nec mirum ſi ab his ducunẗ in requiē/ quos in labore habuere coadiutores & cu ſtodes: faciem tñ dei ſemꝑ contemplantes. ait em̄ dominus. Angeli eorum ſemꝑ vident faciem patris mei. Super quo & diuus Hierony/ mus magna inquit dignitas eſt animarum: ut unaquæq; ab ortu na/ tiuitatis ſuæ habeat ad ſui cuſtodiam angelum deputatū. Huic tu ſpe ciali oratione complacere ſtude: & in conſpectu eius ſemper pra/ ue agere pertimeſce: ut corporis tui proportione diſſoluta animam

tuam ad dictũ glorię montẽ in iocunditatis campo cõſtitutũ deducat. ubi quanta gloria/quantũ gaudiũ/quanta deniq; fœlicitas ſit ęnume/rare qs cõtẽdet? cũ Apl's raptus in cœlum tertiũ dicat. nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoĩs aſcenderunt q̃ pręparauit deus diligentibus ſe. 1.C Iſa. DIS. Credo quia ut ſunt explicari ſermone aut ab humano auimo hic cõphendi nõ poſſint. Attamẽ de his pauca ſaltẽ & in genere dici poſſe haud dubito: tu igit̃ quod ex multoꝝ codicibus didiciſti breui cõpendio ędiſſeras. MA. Faciam q̃d potuero: nec attẽdo eos qui vel ſuę prudentiæ innitẽtes/vel canino dente oĩa quod ipſi non fecerunt corrodentes & huiuſcemodi phĩę principijs ac primis rudimentis non deberi cõmiſceri calũniabuntur: in quoꝝ auribus nihil dulce reſonat quod nõ ab Ariſtotele & cęteris gentilibus ęlaboratum eſt. nobis placet verũ a quocũq; dictũ. Sed ut ad rẽ redeamus q̃ petitioni tuę nunc ſatiſfacere poſſunt: ſunt q̃ de dotibus aĩę a catholicis tractatoribus digeſta ſunt. Anima nempe q̃ hic fide/ſpe/& charitate/ęterni patris filio ſubarrata eſt: cum ſponſo ſuo adducta fuerit: correſpõdentibus ornabitur atq; dotabit̃ dotibus q̃ ſunt viſio/dilectio/& fruitio/in quibus tota aĩę fœlicitas complectitur: ſi ſecuritatẽ addideris de non finiendo. Nam ut inquit diuus Auguſtinus. li. xiij. de trini. c. 8. Au beata vita eſſe non poteſt niſi ſit immortalis.

Quomodo his dotibus fœlices erunt aĩę potentię primo: & p has anima. & q̧ eſſentiã dei oculis corporeis nec hic nec alibi ĩ propria natura videbimus ſed oculis mẽtis: quod ſanctorum teſtimonijs probatur Capitulum. xxxi. DIS.

actus gloriæ.

P Aulo amplius iam commemorata dilucidanda ſunt pręceptor colende. MAG. Actus gloriæ principales ſcd̃m quos anima in deum conuertitur: ut in eſſentiale beatitudinis premiũ tres diſtinguuntur. videre ſcilicet diligere & frui. Rationalis enim vis cuius nunc eſt credere per fidem: & videre per ſpeculum in ænigmate: tũc videbit aperte. videbimus (inquit Ioannes in ſua canonica) ipm̃ 1.C 1.Io ſicuti eſt: facie ad faciem. Concupiſcibilis cuius eſt hic amare. tunc diliget pfecte ſine interruptione. Iraſcibilis cuius eſt hic erigi & in ardua tẽdere per ſpẽ: tunc apprehendet continebitq; certe: continue: & cum ſecuritate. Primo itaq; perficietur intellectus beatifica & clara viſione. Secundo voluntas perfectiſſima ac ſuaſiſſima dilectione. Tertio Ber memoria firmiſſima ſecuritate & continua retentione. ſicq; tota anidus ma perfecta iucundiſſimaq; fruitione. Vnde & Bernhardus Clareualꝰ ſanctus Abbas Deus futurus eſt intellectui plenitudo lucis. voluntati multitudo pacis; memoriæ continuatio ęternitatis.

DIS. Beatitudo igitur primo potentijs inerit: & per has animæ? beatitudo animæ inerit ꝑ potētias ſuaſ
MAG. Ita nō ſpernendę auctoritatis theologos Bonauēturam ſcꝫ
& Schotum ſenſiſſe manifeſtū eſt. niſi em̄ ſiceſſet: tūc ſecluſis potentijs
ita ꝙ deum nec intellectus videat nec volūtas amet/ beata poterit eſſe
aīa/ q̊d anili fabulę ſimile eſt. Verūtamen de ſubtilioribus q̄ſtionibus
hic ſupſedendū & temporis exiguitas & Epitomatis leges iubēt: necꝫ
eīn de ſubtiliore diſtinctiōe potentiarū quid cuicꝫ tribuatur agere vo/
lui. cū iraſcibili inter cęteras locū dedi. DIS. ad finem feſtinantius
ꝓperas amātiſſime p̄ceptor & pl'ima indiſcuſſa ſub denſiſſimis arbu
ſtis latitare pateris. MAG. qa iamdudum Epitomatis limites nos
egreſſos video. Sed q̄ ſūt q̄ latere nō pateris? DI. quomodo ibi de
um quē eſſentiale beatitudinis p̄miū aſtruis videbimus? MAG. de
us iuxta naturę ſuę ꝓprietatē nec hic nec poſt finalē reſurrectionē cor Si deus ſit viſibilis
poreis oculis videri poteſt: cū ipſe ſit īcorporeus ita diſſeruit Augꝰ ad
Fortunatum ſcribēs & ne cuipiā heſitatiōis aut diffidentię ſcrupulus
remaneat/ in teſtes aſſumūt apl̃m Ioan. dicentē. Deū nemo vidit unq̄
unigenitus filius qui eſt in ſinu patris ip̄e ęnarrauit. Paulū quocꝫ diui
nū Thimotheo ſcribentē de deo/ quē nullus hominū vidit: ſed nec vi
dere poteſt. Pręter hos diuinū Hięronymū Ambroſiū Athanaſiū Gre
gorium nazanzenū quocꝫ idem ſenſiſſe teſtatus eſt. Quod aūt in mul
tis ſcripturę locis deum ab hominibus viſuꝫ legimus/ nō fuit ꝑ ꝓpriā
deitatis naturā/ ſed per aſſumptā ſicut placuit creaturā. Huius ſimilitu
dinē ad Paulinā ſcribens adducit dicens. Sicut voluntas noſtra inuiſi/
bilis ꝑ quaſcūcꝫ vult voces ſe ad extra manifeſtat. DIS. Quomō
igit̃ ip̄m videbimus ſi oculis nō cernemus? MAG. Oculis corꝑeis
quibus hic utimur nō cernemus: ſed oculis mentis deū iam cōmemo
rati viri doctiſſimi: deū videndū aſtruunt. Sic quocꝫ intelligēdū aiūt
quod dominus ait. Beati mūdo corde quoniā ipſi deū videbunt. ſic &
cętera de hac re ſcripturarꝫ teſtimonia intelligunt. de his quippe ocu/
lis & Paulus Epheſijs ſcripſit dicens. Det vobis in agnitionem eius
illuminatos oculos cordis veſtri.

Quod ęlecti varia/ miracꝫ ſecretiſſima myſteria in deo videbunt/ Trinitatis ſcilicet/ prædeſtinationis/ prouidentię &c. nec continuitas huius viſionis aliquādo faſtidiū ꝑiet/ aut minus mirabilia erūt poſt mſ̄ta annorꝫ milia q̄ꝫ ab initio. Capitulum. xxxiij.

DIS. Iam ſiue oculo corporis: ſiue mentis deū viſuros beatos certū
eſt. MAG. Certiſſimū. DIS. Sed quid amplius videbūt?
MAG. Extra deū queris aliud per quē/ in quo/ & cū quo ſunt
omnia? Audi diuum Gregorium in duodecimo moralium circa

finem loquentem de ſanctis animabus Qui intus (inquit) omnipo
tentis dei claritatē vident: nullo modo credendū eſt: quia foris ſit ali/
Bonauen quid quod ignorent. quod dictū ſanctus Bonauentura ad ea quæ ſa
Auguſti. luti perfecte neceſſaria ſunt limitat. Erit nempe ibi (ut diuus Augu/
ſtinus ſcribit in libro de triplici habitaculo) aſſidua lectio libri vitę id eſt
ęterne veritatis. & ſummę ſapientię: & verbi dei quæ eſt Chriſti ieſu
viſio: ubi quidquid nos nunc latet manifeſtum erit. ibi ratio manife
ſta eſt: cur hic ęlectus eſt & ille reprobatus: cur hic in regnū aſſump/
tus & ille in ſeruitutem redactus: Cur alius in utero moritur/ alius in
infantia/ alius in iuuentute/ alius in ſenectute. cur alius pauper & alius
diues: cur filius adulterę baptizatur: & aliquando filius legitime con/
iugis ante baptiſmū moritur. Cur qui bene incipit viuere aliquando
male finit: & qui male incipit ſepe bene finit. Hęc omnia & huiuſmo/
di multa in libro vitę plana & aperta omnibus erunt. Ibi omniū bonū
omnibus patebit. ibi omnes inuicem ſuas cogitationes cognoſcēt ibi
minimus maiorē ſine dubio habebit gloriam ꝙ totum habens mun
di regnum: etiam ſi ęternū eſſet. Tanta iocunditas lucis eternę eſt/ ut
etiam ſi non liceret amplius manere in ea quā unius diei mora: pro/
pter hoc ſolum īnumerabiles anni hui9 vitę pleni delicijs in circūfluē
tia temporaliū bonorum/ recte meritoq; cōtemneretur. Non eṁ fal
ſo aut paruo affectu dictum eſt. Quoniā melior eſt dies una in atrijs
Pſal. 83. tuis ſuper millia. Et paulo infra idem Auguſtinus ait. Faciem dei ſi om
nes carcere inferni incluſi viderent/ nullam pœnam/ nullum dolorem
nullamq; triſtitiam ſentirent. Cuius pręſentia ſi in inferno cum ſanctis
habitatoribus appareret/ continuo infernus in amęnum cōuerteretur
paradiſum. Et infra in eodem. ibi per ſpeculū diuinę claritatis & ipm
deum ut eſt videbimus/ quantū poſſibile eſt creaturę. & nos ipſos &
cęteros vera & certa ſcientia cognoſcemus. tunc abdita creaturarū & ip
ſius inferni videndo videbimus. Tūc iuſtis manifeſtum erit: quomo
do deus eſt inuiſibilis: incompabilis ſine initio: ſine fine ante omnia.
Quidquid intereſt inter naſci: quod ad filium petinet: & ꝓcedere q̊d
ad ſpiritumſanctum: excepto quod unus ex uno natus ſit/ alter ex du
obus proceſſit. Et quomodo pater nō pręceſſit filium tempore ſed ori
gine: nec ſpiritumſanctū. Et quomodo omnia dei unum ſunt in deo
excepto quod ad relationē pertinet/ & quomodo mundus erat in deo
antequā in ſeipſo eſſet nō mūdus: ſed deus. Et quomodo ubiq; totus
ſine loco/ magnus ſine quantitate/ bonus ſine qualitate/ Et quomodo
oīa penetrat munda & īmunda ſine ſui pollutione. Ecce fili hęc & alia
quæ diuus Auguſtinus in pręfato libro/ inſuper in ſoliloquio/ medi
tationum/ manuali/ Enchyridion. c. 24. & in fine pręclariſſimi volu/
minis de Ciuitate dei luculentiſſime ꝓſequitur: in hoc regno videbūt
ęlecti intuentes deum: & tu inqniris quid amplius viſuri ſunt/ nō attē
dens quo ad hęc viſio totū hominem ſaciabit: dicente regio propheta

Saciabor cum apparuerit gloria tua. DIS.Petitioni meę(q̄uis mi
nus diſcrete)ſatiſfactū intelligo.Sed num ex frequenti longaq; viſiōe
talium:anima ſaciata tandē faſtidire incipiet? MAG. neutiq; deliciæ
enim ipſius(ut Auguſtinus in dicto libro ait)ſine faſtidio ſaciant quæ
cū a beatis inueniuntur ſemper tamē deſiderantur & eſuriem & ſitim
ſine pœna efficiunt:id eſt ardenti ſemper deſiderio ſemper delectant
Scriptum eſt em̄ qui edunt me adhuc eſurient:& qui bibunt me ad
huc ſitient.Cuius etiā ſecreta mirabilia videntibus ea ſemper noua ſunt
& mira:& non plus cū incipiunt videri/pariunt ſtuporē cernentibus
q̄ poſt mille annos & millies mille. Et cum angeli ab initio mundi
ea ſoliti ſint videre/inde hodie nō minus mirantur ea q̄ primo die.

Animę beatę vident nunc corpus Chriſti in cœlo. & alia corpora intuitiue & abſtractiue non tamen mediante fantaſmate & ſcientias hic cōquiſitas nō amittūt poſt reſurrectiōem beati triplicē viſionē habebūt. Ca.xxxiiij.

DIS Nimarum viſionem q̄ ante corporum reſurrectionē utuntur
a intellectionē intelligo. MAG.Probe. DIS. Spiritualium
tantum erit an ne etiam corporaliū? MAG.Etiam corporali
um.vident em̄ nunc corpus Chriſti & aliorum ſi qui iam plene reſur
rexerūt. DIS.beatitudinis ratio hoc quidem exigit:ſed quomodo
hoc fieri poſſit quęſtionē habere videt. MAG.quapropter DIS.
Quoniam ex ſuperioribus manifeſtum eſt intellectionē ſine ſpecie
intelligibili fieri non poſſe hęc autē a fantaſmate:fantaſma a ſpeciebus
receptis per organa corporis originem trahit:quæ exuta anima non
habet. MAG.Intellectionem fieri a cognoſcente intellectu pariter &
ab obiecto præſente in ſpecie intelligibili certum eſt:& in pręcedenti
bus diui Auguſtini auctoritatibus roboratur:Speciem vero intelli/
gibilem a fantaſmate/& hæc rurſus a corporeis ſenſibus abſtrahi:nūc
quidem neceſſe eſt/propter hoc quod Sapiens dicit.Corpus quod
corrumpitur aggrauat animam:& terrena inhabitatio deprimit ſen
ſum multa cogitantem. Tunc autem cum carnale pondus exuerit
anima/libere ab obiectis præſentibus immediate abſtrahere pote
rit ſpecies intelligibiles. intelligetq; non modo abſtractiue receden
a tibus obiectis/ſed etiam intuitiue pręſentibus obiectis.Hinc & Auicen
na libro ſexto naturalium dicebat.Anima ſeparata clarius videbit ve/
ritatem q̄ coniuncta. Sunt tamen viri catholici qui noticiam quam
de nouo acquirent exutę animę/fieri aſtruunt per ſpecies non ab ob
iectis receptas:ſed a deo influxas. DI:De ſcientijs autē hic cōquiſi
tis quid erit? MAG.Indeficiens labor:quo nō tantum philoſophi

de immortalitate animę edocti: verumetiam ſummi theologi & ſancti patres ſcientias cumulare conati ſunt; euidens argumentum eſt ꝙ illas etiā in aīabus ſeparatis ꝑmanere credebant. Hinc diuus Hieronymus in prologo bibliæ Paulinum ad ſtudium cohortans ait. diſcamus in terris quoꝝ ſcientia nobis ꝑſeueret in cœlo. DIS. Contrarium ſentire viſus eſt, ſanctus Apoſtolus Paulus. MAG. Vbi nam? DIS. In prima epiſtola ad Corinth. c. xiij. ubi ait. Charitas nunꝙ̄ excidit (& mox) ſcientia inquit deſtruetur. MAG. Deſtruetur quidẽ quo ad actum non quo ad habitum: nec eñ tunc intelligendo ad fantaſmata ſe conuertet quæ nulla erunt: ſpecies autē remanebūt, unde & ſanctus Auguſtinus. li. xiiij. de trini. c. ij. Tunc inquit vitę huius mortalis meminerimus & crediſſe nos aliquando quæ non videbamus memoriter recoluerimus; Erit autē ut in li. de triplici habitaculo Auguſtinus teſtatur. Electis dei trina viſio. Intellectualis qua puro mētis oculo in ſpiritu deum videbūt & ſuas animas & virtutes intimas & ſpiritus angelicos, Spiritualis qua ſimilitudines corporum in ſpiritu non fallaci fantaſia inſpicient, qua viſione etiam hodie fruuntur ſpiritus iuſtoꝝ a corporibus exempti, Et corporalis qua corpora cernent; quorūdā ſplendentia ut ſol: quorundam ut luna: alioꝝ ut ſtellę.

De hac triplici viſione loquit̄ etiā li. 12, ſup Geñ, ad litterā

Corporum beatoꝝ gloria deriuatur ab aīa/ & q maiore gloria fulgebit ſup alios ſe nō extollit. nec qui minore alteri inuidet/ ſed ob mutuæ charitatis perfectionē quilibet de beatitudine alterius tantū gaudet quantū de illa quā ipſe poſſidet. ibi erit & fruitio ꝑfecta. & ad utrūqꝫ cōſequendum utilis eſt ſciētia & dei noticia hic acqſita Ca. xxxv. DIS.

Sicut hęc Auguſtini verba ſonant: beatoꝝ corpora in claritate diuerſa erunt. de aīaꝝ gloria idem ſentiendum cenſeo. MA. Probe. Nam apl's Paulus his verbis qbus & Auguſtinus uſus eſt diuerſitatē remunerationis aſtruere voluit: cū autē corpoꝝ gloria ab aīę beatitudine maiore vel minore ꝓueniat/ utrūqꝫ exemplificās/ de corporibus cōplexus eſt. nonnulli tñ in ſola claritate beatoꝝ corpora alia p̄cellere ſentiunt. DIS. Sed hæc dictis aduerſari videnť: ubi beatos omnibus bonis ſaciari concluſum eſt: quō autē omnibus ſaciabiť & quietus erit/ qui in alijs videt; q̄ ſibi deſunt tanta bona? MA. Hoc in filijs ſeculi fieri neqt: ubi iuxta Poetę vocem inuidus alterius rebus marceſſit opimis. Ibi autē ꝓ inuidia charitas; ꝓ odio perfecta erit dilectio: & tanta: ut in eadē urbe (quemadmodum in p̄fato li. Auguſtin⁹ expſſit) p̄mium ſinguloꝝ oīm: & oīm ſinguloꝝ erit ꝑ charitatem. ibi nullus ſuperior ſuperbus erit; nullus inferior inuidus. Et in manuali

de charitate.

c.penultimo. Si quis alius quē omnino ſicut teipm̄ amares eandē bea
titudinē haberet/duplicaret gaudiū tuum : qa nō minus gauderes ꝓ
eo q̄ ꝓ teipo. Si vero duo vel tres vel multo plꝛes idipm̄ haberēt:tan/
tundē pro ſingulis quātundē ꝓ teipo gauderes : ſi ſingulos ſicut teipm̄
amares. Ergo quid erit in illa ꝑfecta charitate innūerabiliū btōꝝ ange
lorū & hoīm/ubi nullus diliget aliū min⁹ q̄ ſeipm̄? Nō em̄ aliter gau
debit unuſquiſq; ꝓ ſingulis alijs q̄ ꝓ ſeipo. Si ergo cor hoīs de tanto
bono ſuo vix gaudiū ſuum capiet/quō capax erit tot & tantorū gau/
diorū? Et utiq; qm̄ quātū quiſq; diligit aliquē/tm̄ de bono eius gau/
det. Sicut in illa beata fęlicitate unuſquiſq; ſine cōparatiōe plus amabit
deum q̄ ſe & omnes alios ſecū:ita plus gaudebit abſq; extamiatōe de
fęlicitate dei q̄ de ſua & omniū alioꝝ ſecum. DIS. nō modo petiti
oni meę his ſatis factū fateor:ſed etiā q̊d de dilectiōe mouere ſtatue
ram dubiū ęnodatū eſt. de fruitiōe v̄o quid? MAG. Talis tantaq;
eritibi fruitio ſuꝑbenedictæ ac excellētiſſimę trinitatis(nam res qbus
ſti. fruendū eſt ſunt pater & filius & ſpiritusſanctus. ait Auguſtinus libro
1. de doctrina xp̄iana) quāta fuerit ipius & cognitio & dilectio. eſt em̄
frui(ut idem ſcribit libro. x. de tri. c. xi.)amore inherere alicui rei pro Frui
pter ſeipſam: & eſt uti cū gaudio nō adhuc ſpei ſed iam rei. Incogni
ta aūt quia amare non poſſumus:ut in eodē li. c. 1. 2. 3. teſtatur. ideo c.
10. ait. Fruimur cognitis in qbus voluntas ipſis ꝓpter ſeipam delecta
ta cōquieſcit. DIS. ad menſurā igitur viſionis ſiue cognitiōis/erit
mēſura dilectiōis/& ad modū utriuſq; erit mēſura fruitiōis. MAG.
probe. unde diuus Auguſtinus in manuali. c. ultimo. ait. tantū gaude
bunt quantū amabunt/tantum amabūt quantū cognoſcēt. & in Soli
loquiorū libro capitulo primo ait. ob hoc em̄ nō te diligit domine:qa
nō te cognoſcit. & paulo poſt. Hinc eſt ergo dn̄ę q; non tantū diligo
quantū debeo:quia nō plene cognoſco te. ſed quia parū cognoſco pa
rum diligo:& quia parū diligo/parū in te gaudeo. DIS. Mihi igit̄
proderit ad fruitionis perfectionē : ſi in cognoſcēdo deum hic me ex
ercuero? MAG. utiq;. nam idem doctor in manuali quo ſupra &
Soliloquio dn̄m depręcat̄ dicens. Oro te deus meus ut cognoſcam te:
amē te:ut gaudeā de te:& ſi nō poſſum in hac vita ad plenū/vel pro/
ficiā de die in diem/uſq; dum veniat illud ad plenū:ꝓficiat in me hic
noticia tua:ut ibi fiat plena. & cętera q̄ ſequunt̄. DIS. nō mediocri
ter ergo errare vident̄:qui accepto dono intellectus / caducis vaniſq;
intenti/diuinis inſudare negligūt:& pigritiā ſuam pallíantes/aiūt. Vt
quid fruſtra in his q̄ perfecte hic ſciri nō poſſunt/ingeniū nō ſine labo
re fatigarē:cū eadem ęque cū alijs in patria viſurus ſum? MAG. il
122 los errare nemo ſane mentis dubitat. Nā & angelus dicebat Danieli. q
autē docti fuerint fulgebūt quaſi ſplendor firmamēti:& qui ad iuſtici
am ęrudiūt multos/quaſi ſtellę in perpetuas ęternitates. Sunt tn̄ alij/
qui ſubtiliori fuco/de non diſcendo torporem operiunt. dicunt enim

cœleſtem hierarchiam nõ in plenitudine ſcientiæ/ ſed charitatis culmi
ne finiri. Vnde Seraphin qui denominatur a plenitudine charitatis ſu/
premus eſt ordo. ſub quo Cherubin: quia plenitudine ſcientię nomen
accepit. DI. Ad hęc quid tu? MA. Cherubin a plenitudine ſcientię
quã prę omnibus inferioribus habet/ denominari certũ eſt: ſimiliter &
Seraphin a plenitudine charitatis/ ſed in ſeraphin eſſe minorẽ ſcientiã
ꝙ in Cherubin catholici negant. ut patet per Magiſtrũ in Sententiarũ magil
libro ſecundo di. nona. & Bonauentura ibidem. queſtione. 4. tantum ſenter
igitur Seraphin in ſcientia cherubin excellit/ quantũ in charitate a cha Bona
ritate autem ille ſupremus ordo tanquã nobiliori dono nominatur: ad
quod profecto ſcientia ordinatur. Cherubin autem non in charitate/
ſed a ſcientia nominari debuit: quia iam ſuperior ordo a charitare no/
men ſibi vendicabat. DIS. Patet igitur: quia ſcientia & cognitio
magna ſe ſola ad beatitudinẽ non proficit. MAG. Probe. ſed ad cha
ritatem ordinata proderit. Scientia em̃ ut Apoſtolus teſtatur ſine cha apl'us
ritate inflat. inflatis autẽ & ſuperbis in illa regione claritatis aditus nul
lus patebit. Alludit nec cõtrariatur dictis q̊d Hugo de ſancto Victore Hugo
in cõmentarijs cœleſtis hierarchię dicit. Intrat dilectio: & appinquat
ubi ſcientia foris ſtat. Sed hæc miſſa facientes/ quoniã alterius ſpecula
tionis ſunt nec hoc loci definienda: q̊d cœpimus proſequamur: & de
gloria corporũ/ quę ipſis erit poſt reſurrectionem/ loquamur.

Tempus ultimę reſurrectionis humanitus ĩ veſtigari non poterit: futura eſt tamẽ in momento/ miniſterio angelorꝫ/ & diuina virtute/ in voce tubę. & ſi aliqui viui remaneant in aduentu domini. Capitulum. xxxvi. DIS.

P Auloante futuram reſurrectionẽ non ſolũ mihi conuenientiſſi
me perſuaſam/ verumetiã ſacrarũ litterarũ teſtimonijs firmiſſi
me comprobatam memini: ſed qñ: aut quõ fiat nunc cupio
ędoceri. MAG. importune omnino illud querit quãdo fiat: ait di/
uus Auguſtinus li. xviij. de ciui. dei. c. 43. Si em̃ hoc nobis noſſẽ pro/ Augu
deſſet/ a quo melius ꝙ ab ipſo deo magiſtro interrogãtibus diſcipulis
diſceretur? Non em̃ ſiluerunt inde apud eum: ſed a pręſente quęſierũt
dicentes. Domine ſi hoc in tempore repręſentabis regnũ Iſrahel? at ille
Nõ eſt inquit veſtrũ noſſẽ tempora quę pater poſuit in ſua poteſtate. actuum
Fruſtra igitur annos qui huic ſæculo remanẽt cõputare ac definire co
nantur: cũ hoc ſcire non eſſe noſtrũ ex ore veritatis audiamus. Vnde
fili quotquot huic calculatiõi operã dedere: religioſiſſime etiam ac bo
nę vitę utriuſꝗ ſexus homines: experientia teſte defecere. nam dudũ
pręterierunt anni in quibus ipſi mundi finem ſtatuerunt. DIS. quia
noſſe hoc noſtrũ non eſt; nunquid aliud quod propoſueram reſpon

ſum inueniet? MAG.inueniet:ſed imperfectum.Quę em̄ lingua
explicare poſſet:qualiter omniū hoīm ab initio ſęculi uſqꝫ in ultimum
diem ubiqꝫ terrarū in terrę viſceribus quieſcentiū/ab ignibus/ab aquis
aut quibuſqꝫ voraginibus cōſumptoꝝ in cineres/ aut uſqꝫ in elemē
ta reſolutorū:a varijs vel beſtijs vel hominibus cōmeſtorum:in mo
mento/in ictu oculi reſurgere habeāt? ut diuus Paulus in prima ep̄la
hes/ ad Theſſalonicenſes teſtatur. DIS.mira dicis. MAG.Si operan
c.4. tis infinitam virtutē conſiderares facile aſſentires/ qui em̄ omnia ex
nihilo ꝓducere potuit verbo(dixit nanqꝫ & facta ſunt)omnia reforma
.24. re poteſt in momento.Attamē ut Doctores catholici ex ſcripturis col
ligunt:collectio puluerū angelorū miniſterio fiet:qui cū finitę ſint po
tentię non in inſtanti ſed in tempore/ꝙuis breuiſſimo operari habent
Inductio autē formarū tam mixti/ ꝙ animę intellectiuę virtute diui
tus na fiet in inſtanti ſʒm Schottum in quarto.Hanc virtutem Apoſtolus
tubam & vocem archangeli appellat/id eſt Chriſti:qui eſt magni cō
s.6 ſilij angelus.qui de ſe ipſo idem teſtat̄ dicens.Veniet hora in qua om
nes qui in monumētis ſunt/audient vocem filij dei:& procedent qui
bona fęcerunt in reſurrectionē vitæ:qui vero mala egerunt in reſur/
7. rectionē iudicij.id eſt ęternę mortis.Dabit em̄ ut ꝓpheta ait voci ſuę
vocem virtutis. DIS.Auſculta quęſo ſi verū ſit q̊d Chriſtū dixiſſe
ri aſtruis? MAG.Euangelio tu nō credis:& ei in cuius ore dolus inuē
tus non eſt? DIS.Credo:ſed ipſum contraria dixiſſe:haud appro
bo.quomodo em̄ audient vocem domini q in monumētis ſunt nec vi
uunt. Si autē tunc demū audiēt cū iam reuixerūt/nō in voce reſurgēt?
MAG.prius natura audiunt ꝙ reſurgant:utrūqꝫ autē ſimul & eodē
momēto temporis fiet.ſic & ordinē quem Ap̄lus inſinuat accipere de
bemus ubi dicit.mortui qui in Chriſto ſunt reſurgēt primi:deinde nos
qui viuimus/ qui relinqmur ſimul rapiemur cū illis in nubibus ob
uiam in aera. DIS.Dum per ſcripturarū teſtimonia a me dubia au
ferre conaris:noua prioribus accumulas . Quomodo em̄ Apoſto/
s lus cū his quibus ſcribit in reſurrectiōe ſe viuentē relicturum ait:qui
dudum omnes mortui ſunt? MAG.Nō ſe & illos quibus loque/
batur ſuperuicturos uſqꝫ ad reſurrectionē voluit:ſed eorū quos viuē
tes inuenturus eſt Chriſtus ꝑſonam in ſe & illos qui tunc ſecum viue
iſti. bant tranſfigurabat.Aſſerit beatus Auguſtinus li.22.de Ciuitate dei.
c.22. Nec hoc alienū tibi videatur : cū non ſolum in ſcripturis ſacris/
ſed gentiliū quoqꝫ ſimiles orationes ornatiſſime poni reperiantur.
DIS.probe.Sed hij viuentes in aduentu domini quomodo reſur
gent:ſi viui obuiam Chriſto in aera rapiētur? MAG.Verū eſt quod
Apoſtolus corinthijs ſcribit.Omnes reſurgemus. & ut alia littera ha
bet.omnes dormiemus.Illi igitur qui viui reperiuntur:raptu obuiam
Chriſto ſimul & morientur & reſurgent. ait diuus Auguſtinus loco
quo ſupra. concordat/q̊d in eccleſiaſticis dogmatibus.c.6.& 7.ſcri/

pſit Sanctus autē Hieronymus ad Marcellam in ſolutione tertię quæ Hier
ſtionis ait talium corpora viuoꝶ in ipſis anima manente transforma
ri: quēadmodū ſurrectura de corruptione & mortalitate in corruptio
nē & immortalitatē. Nec ibidem cuiuſdam gręci opinionē recitat (ut q
dam dicunt) ſed ꝓpriam: quā dictis Apoſtoli firmare nitit̄. Nec huic
ſententiæ Auguſtinus in dictis locis omnino contrariatur: cū utrunq;
ſuſtinere poſſit. Vnde in de ciuitate li. 20. c. 20. poſt ventilatam queſti
onem ait. quomodo autē ſit futurum / quod noſtrę ratiunculę viribus
utcūq; conijcimus: tunc potius erit ut noſſe poſſimus. DIS. Nos
quoq; donec fiat / cum tantis viris opinari potius / q̄ temere aliquid
aſſerere debemus. Reſtant tamen alia quę indiſcuſſa prętereunda non
ſunt. MAG. Audiam.

De quātitate reſurgentium / paruulorum etiam & gigantium. De ętate & ſexu; quoniā in utroq; reſurgent viri & mulieres: pudenda tamen nō erunt dedecori / ſed honori. Capitulum. xxxvij DIS.

Irca reſurgentiū quantitatē nōnulla / alia circa eorundē qualita
c tem futurā occurrūt: quę ſi in ſcripturis reſoluta ſint nec ne edo
ceas. Primum ſi pueri ſtatura puſilli: aut gigantes tota corporis
mole reuiuiſcent? MAG. Ad hęc diuus Auguſtinus ultimo libro Aug
de ciui. dei ca. 15. reſpondens ait. Suam recipiet quiſq; menſuram / q̄
vel habuit in iuuentute / etiā ſi ſenex eſt mortuus: vel fuerat habiturus
ſi ante eſt defunctus. In tali equidē ętate iuuētutis ſcȝ quę circa triceſi
mum annū currit: Chriſtum reſurrexiſſe legimus. Apl'o autē teſte om ad ep
nes in virum perfectum in menſurā ętatis plenitudinis chriſti ei occur
remꝰ. in menſurā inquit nō corpis: ſed ętatis. DIS. Patres igit̄ prio
ris ſæculi quos multos cētenarios annoꝶ ſupergreſſos ſcriptura aſtruit
in reſurrectione nō niſi trigintatrium aut quattuor annorum erunt?
MAG. Nec id Apoſtolus p̄tendit: ſed omnes nos: corpora eius ſta
turę & plenitudinis rehabituros teſtatur cuius fuere iuuētutis tempo
re. Vnde ait: in virum perfectum. DIS. Dum per Apoſtoli teſtimo
nium unum dubietatis vulnus ſanare ſatagis: aliud infers. Si em̄ om/
nes in virum perfectum reſurgemus: aut mulieres nō reſurgent: aut
ſexu permutato omnes in viros transformabuntur. MAG. Neutrū
ſana fides recipit. Nam Chriſtus a Saduceis interrogatus: cuius ſe/ Marc
ptem fratrum erit uxor? reſpondit. non nubent quod ad fęminas per Mat.
tinet: neq; uxores ducent / quod ad viros. Vnde & diuus Auguſti.
loco quo ſupra. c. 17. Vtrumq; ſexum reſurrecturum ait. Et in libro
de eccleſiaſticis dogmatibus. c. xl. dicit. In reſurrectione ex mortuis
ſexus forma non mutabitur: ſed vir mortuus reſurget in forma viri: &
fęmina in forma fęminę. Idem in expoſitione fidei ad Petrum, Erunt

autem tunc membra fœminea(inquit)nõ accomodata uſui veteri:ſed
decori nouo:quo nõ alliciat aſpicietis cõcupiſcẽtia q̃ nulla erit: ſed dei
laudetur ſapiẽtia atq; clemẽtia:qui & q̃d nõ erat fecit/& liberauit a cor Pſalm̃.iij.
ruptione quod fecit. In vbo autẽ Apl'i virũ ꝑ hoĩe accipi poſſe:ſequẽ
ti c.docet. Sicut ibi. Beat⁹ vir q timẽt dominũ. cum ſint & fœminę q̃ ti
ment dñm. Alium tñ intellectũ ponit. quẽ breuitas hic relegauit.

Omnia reſurgẽt in homine/ quę ceciderũt in morte: nec tñ erit exceſſiua quantitas. caro a quocũq; cõmeſta/reſurget in illo in quo primo erat aĩata. Soluitur quod opponit̃ de coſta Adę unde formata eſt Eua: de abortiuis & monſtris. Capi.xxxviij.

DIS.
n Vm ſicut genitalia reſurrectura ad decorẽ aſſeris:ſic & quęlibet
alia membra/inſup capillos/ungues/inteſtina/& humores re
ſurgentes / abituros credis? MAG. Totum quod in morte
cecidit proculdubio reſurget:electis ad decorẽ/ reprobis in confuſio/
nẽ. Nam & de his q̃ hic ad ornatum/& ad neceſſitatẽ corpis ſunt:ſcri/
ptura teſtimoniũ perhibet. Vnde de ornamentis corporeis dominus
ait diſcipulis. Capillus de capite veſtro nõ peribit. Et rurſus capilli ca
pitis veſtri omnes numerati ſunt. De his quę corpus integrant Fides
dicit. Carnis reſurrectionẽ. & ne dubiũ cuipiã de oſſibus remaneret. Lucę.21.
propheta ait. Cuſtodit dominus omnia oſſa eoꝝ:unũ ex his nõ con/ Mat.10.
teretur. Quod utiq; in futurum accipiendum eſt:nam hic oſſa ſancto Pſalmiſta
rum nõ ſolum contrita:ſed ab infidelibus incinerata legimus. Si ad/
huc dubitas exemplar paciẽtię Iob gentilem audi. Scio inquit ꝙ redẽ Iob.19.
ptor meus viuit:& in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum: & rur
ſum circũdabor pelle mea & in carne mea videbo deum:quẽ viſurus
ſum ego ipſe:& oculi mei conſpecturi ſunt:& nõ alius. DIS. Si itaq;
ut hęc approbant teſtimonia/ totum hominis reſurget:mira deformi
tas erit: capilli ſcʒ longiſſimi/ exceſſiui ungues: & corpora vel obeſa
vel impinguata:& in mõſtruoſis in imenſum dilatata. MAG. Nõ
intereſt ad unitatẽ reſurgentis ſi nõ quęlibet portio materię in priſtinũ
locum reſtituatur. ſicut exemplificat diuus Auguſtinus in Enchiridi Auguſti.
on.c.88. de ſtatua aurea cõminuta & iterum refuſa. Similiter & in ulti
mo de ciui.c.19. ubi & de vaſe ex limo facto ſimilitudinem adiecit. in
omnibus em̃ illis ſeruata integritate ſubſtãtię/ſola deformitas peribit
ſic & de omnipotẽte artifice ſentiendum. nam quod minus eſt q̃ de/
cet:creator nouit unde ſupplebitur:quod plus eſt q̃ decet/materię ſer
uata integritate detrahetur. Pulchra nanq; erunt electorum corpora
Pulchritudo autẽ ut ibidem ait eſt partiũ congruentia cum quadam
coloris ſuauitate. Prĩcipalia tñ membra locis ſuis decẽter reſtituẽda

Ezechiel preuidiſſe legitur in figura futurę reſurrectionis. ait em̄. Accesserunt oſſa ad oſſa: unumquodq; ad iuncturam ſuam. DIS. Placent hæc/ſed quęſo patienter feras: ſi alia quæ interim orta ſunt dubia in medium proferam. MAG. Patienter. DIS. Hominū carnes vel a beſtijs deuoratę: aut ab alijs immanioribus hominibus cōmeſtę in quo reſurgent? MAG. Nec illud diuus Auguſtinus indiſcuſſum reliquit: ait nanq; in Enchiridiō. c. 87. non autem perit deo terrena materies: de qua mortalium creatur caro: ſed in quemlibet puluerem cineremue ſoluetur: in quoſlibet halitus auraſq; diffugiet: in quācunq; aliarum corporum ſubſtantiam: vel in ipſa elementa vertetur: in quorumcunq; animalium etiam hominū cibum cedet/ carneq; mutetur: illi animæ humanę puncto temporis reddetur: quæ illam primitus ut homo fieret/ creſceret/ viueret/ animauit. Idem de fide ad Petrum. Et in p̄claro volumine de ciuitate dei libro ultimo. c. xx. aſtruit. DIS. Coſta igitur ſumpta de Adam unde Euam formatā legimus in Adā in quo primo animata eſt: reſurget: & Eua ubi erit? MAG. Totum in eo reſurgere tandem dicimus in quo primo eſſe cępit: non ad aliud ordinatum. Coſta autē de qua cauſaris: & ſi in adam primo cęperit ad Euæ tamen ſubſtantiam ordinata erat: non ad integritatem adæ: in quo vel ſuperflua fuit: aut loco eius deus carnem ſuppleuit. Sic & liberorum corpora/ non in patribus in quibus primo in ſemine cęperunt: reſurgent: & glorioſum Chriſti corpus ſcd̄m Damaſcenum de puriſſimis ſanguinibus virginis Marię/ S. ſancti operatione formatum in Chriſto reſurrexit: non in ipſa intemerata virgine. In abortiuis autem & monſtris integrabitur quod nō dum erat integrum inſtaurabitur quod fuerat viciatū: inquit Aurelius in Enchi. Et in bimembris ſingulę animæ/ ſingula corpora obtinebunt: ac ſi gemini nati fuiſſent nullis coherentibus etiam quæ coherentia nata fuerant. — Ezec / Aug / Gen / Dam / Aug c.84. obus quēc

Corpora poſt reſurrectionem nō erunt in grauamen animabus/ ſed in maiorē gloriā/ quia īmutata dotabuntur dotibus quattuor Ca. xxxix. DIS.

Ita omnium dubiorū nodoſitatē a me p̄fugaſti: ut p̄terunicū tantum/ nō remanſerit quod a reſurrectionis fide deterreat. Nō dum em̄ accepi quomodo ad locū glorię animarū ptineat corporum reſumptio: maxime quia nōnullę de inhabitatione luteę ſubſtantię attediatas/ dixiſſe legimus. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Et cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. nimirum quia ut Sapiens aſſerit: corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & impedit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem: aut alteriuſmodi futura corpora credenda ſunt. MAG. Alteriuſmodi. id eſt aliter qualificata: & in ſubſtantia tamen eadem: de qua re unū hoc teſtimonium ſufficere arbitror: quod diuus Paulus apoſtolus in prima epiſtola ad — Pſal. c19. / Philipē. 1. / Sapi

Corinthios ſcribit. Seminatum inquit in corruptione / ſurget in ĩcorru
ptione. Seminatum in ignobilitate ſurget in gloria. Seminatum in in
firmitate: ſurget in virtute. Seminatum corpus animale: ſurget corpus
ſpirituale. Et infra. Oportet em̄ corruptibile hoc induere incorruptio/
nem: & mortale hoc induere immortalitatē &c. quæ verba catholici ex quattuor
poſitores dilucidantes / ĩmutationem beatoꝝ corporum in quattuor corpis do
pręcipue futuram diſtinxere: quæ dotes corporis dicuntur. quibus in tes poſt re
deſponſatione animarum ſuarum ornabuntur. Sunt autem impaſſi/ ſurrectio/
bilitas / Claritas / Subtilitas & Agilitas unde & eędē dotes in libro Sa nem.
pientię inuuntur. cum dicitur. Fulgebunt iuſti & tanq̄ ſcintillæ in arū
dineto diſcurrunt. Et Aurelius Auguſtinus libro ultimo de ciuitate ait
Aberit a corporibus noſtris omnis deformitas (per claritatem) om/
nis tarditas (per agilitatem) omnis infirmitas (per ſubtilitatem) om/
nis corruptio (per impaſſibilitatem.) quæ autem diuus Anſhelmus
libro de ſimilitudinibus ultra hæc commemorat / ſub prædictis con
tinentur. nunquid tale corpus oneri erit animæ? DIS. Nequaq̄.
Sed de his quęſo latius diſſeramus.

Quid dotes corpori conferant: & ꝙ nō ęqua les in omnibus erunt. Ca. xl. MAG.

a B impaſſibilitatis dote ita ęlectoꝝ corpora ab omni paſſione Impaſſibi
ĩmunia erūt: ut nec ab infernali incēdio ledi: nec ab acie ferri acu litas.
tiſſima penetrari poſſint: ſed poti⁹ quodlibet obiectum ad in/
ſtar radij ſolaris cryſtallum penetrantis tranſirent: eorum nempe har
monia & compago amplius reſolutioni & corruptibilitati nō ſubiace
bit. DIS. Claritas q̄d conferet? MAG. Miram pulchritudinem
Pulchritudo vero ut Auguſtinus loco quo ſupra: & in epiſtola ad Ne
bridium ait / eſt continentia partiū cum quadam coloris ſuauitate. Per Claritas
claritatem igitur corporibus color proprius non auferetur: ſed ꝑficie
tur quoniā fulgebunt iuſti (inquit dominus) ſicut ſol in regno patris
eorum. Erit tamen hic ſplendor non offendens ſed demulcens viſum
& in poteſtate beatoꝝ eſt claritatem ſuam vel occultare in toto: vel in
parte manifeſtare. Chriſtus em̄ inquit Auguſtinus ſua reſurrectione
oſtēdit quale futurum ſit corpus noſtrū. Ipſe autē nunc claritatem ſuā
oſtendebat: nunc pro libitu occultabat: ut euangelica teſtatur hiſtoria. ſubtilitas.
DIS. Subtilitas autem quid? MAG. Vt pęnetrare poſſit q̊dlibet
corpus nō glorioſum / non quidem per poros: aut diuidendo partes
ſed ſimul coexiſtendo. DIS. Fieret itaq̄ penetratio dimenſionum?
MAG. Et hāc eſſe poſſibilē octauus liber ędocuit. nō em̄ dimenſio
nū penetratio duo corpora ſimul eſſe ꝓhibet: ſed repletio loci q̄ dimē
ſiones conſequitur. ut effectus cauſam. Poteſt autē deus auferre vel
ſuſpēdere poſterius priore permanēte. ſicut abſtulit vel ſuſpendit actio
nem ſeu calorē ab igne in fornace pueroꝝ. ſic facit in corpore glorioſo.

DIS. Non igitur a natura fiet glorioſi corporis cum nō glorioſo
in eodē loco coexiſtentia: ſed virtute diuina. MA. Non aliter intelli/
gunt qui ꝑ ſubtilitatis dotem hoc fieri aſtruunt. non em̄ corpus hanc
dotem a natura habet: ſed a deo. Rurſus glorioſum corpus locum re
plere poteſt & non glorioſum expellere. nihil equidem ſibi reſiſtere
poterit: ſed ipſum alteri. Vnde & ſe palpabile exhibere / aut tactum
penetrādo poterit latere: unde & Chriſtꝰ ait. Palpate & videte. Quod Greg
autē diuus Gregoriꝰ ait. Corrumpi neceſſe eſt quod palpatur / de hoc
quod tactui ſubiacet accipiendum eſt. DIS. Sed nunquid duo glo
rioſa ſimul eſſe poterunt? MAG. De talibus nō eſt ſicut de glorioſo
& nō glorioſo: quoniā glorioſum penetrabile nō eſt niſi ad volunta
tem alterius cuius eſt corpus. DIS. Agilitas autē ad quid? MA.
Vt ubi vult ſpiritus mox ibi ſit corpus ſuum / ſine fatigatione in retar/ Aug
datione in tempore imꝑceptibili. poſſunt em̄ beati mouere corpora ſua ciui.l
vel progreſſiue & organice: vel ſimul totū: & hoc ꝑ potentiā motiuā c. ter
non organicā ſcd̄m Schottum. DIS. In octauo libro huius epi/
tomatis / motum grauis ſurſum violentū eſſe / nullumq; talē perpetua
ri poſſe / diſſertum memini: quomodo igitur animaꝝ fœlicitas cū cor
poribus perpetua manebit? an forte quia grauitatē ammittet? MA.
Deperire a corporibus beatoꝝ grauitatē / haud facile ꝑſuaderi poterit
cum nec corporis ſit vicium: nec deformitas: quæ ſola auferentur / ſer
uata ſubſtātię integritate. ut Auguſtinus ī ultimo de ciui. dei li. c. xix. Aug
dicit. Nec ex hoc violentia eſt in motu talium: cū conueniat eis ſcd̄m
naturam ſuperiorem bonitate ſua ſic ordinante. Vnde idem in eodem
c. undecimo ait. Multa grauia terrena ſunt corꝑa ſicut plumbū / & for
mā tn̄ ab artifice accipiunt qua natare valeant ſuper aquam: & ut acci
piat qualitatem corpus humanū qua fieri in cœlum / & eſſe poſſit in cœ
lo omnipotenti artifici contradicitur hæc ibi. Et fortaſſe fili hanc eandē
qualitatem Iſaias pennas dicere voluit: cum ait. Aſſument pennas ut Iſaias
aquilæ & volabunt & nō deficient: current & nō laborabūt. Quod au
tem diuus Auguſtinus loco quo ſupra de ablatione graui pōderis a
corpore ponit. deum hoc poſſe non autē facturū dicit. Poterit inquit:
non autē ut faciet. Aut ſi quis in contrarium contendat: ex ſententia Au
guſtini deum ablaturum pondus grauitatis: intelligi poteſt: quantū
ad impedimentum: non quantum ad eſſentiā. illud em̄ deformitatem
importat / hoc perfectionem. DIS. Equales ne ſunt omniū dotes?
MAG. Nequaq;. nam ut paulo ante dictū eſt ubi de triplici ęlecto
rum viſione tractauimus: ad menſurā meritoꝝ dotabitur anima & ex
conſequenti corpus / ex redundantia nempe gloriæ animę in corpus
quas iam percurrimus dotes / conſumationem & perfectionē accipiūt
ait em̄ diuus Auguſtinus ad Dioſcorum. Tam potentē fecit deus ani
mam: ut ex eius plena fœlicitate redundet in corpus ſanitas perpetua
& vigor incorruptibilis. & Apoſtolus vas ęlectionis Corinthios de re 1. Co

ſurrectionis gloria informans: ait. Alia claritas Solis: alia claritas Lunæ: alia claritas ſtellarum. Stella enim differt a ſtella in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum. DIS. Memini de hoc heſterno veſperi nõ nihil dictum eſſe: ſed nunquid & cęteri corporis ſenſus in actu erunt quemadmodum oculi?

Homo totus perfecte beatificabitur in anima & corpore. de ſenſibus autẽ omnibus ſi habebunt operationes ſuas/non facile eſt definire. Capitulum. xli. MAG.

Totum hominem in anima & corpore perfecte beatificari in ſuperna Hieruſalem unanimi omnium ſententia conceſſum eſt: de eo autem quod quęris/temere definire quis audebit? Sunt enim qui omnes ſenſus corporis in actu eſſe concedunt per ſpecies influxas per quas videbunt/audient/olfacient/guſtabunt/& tangent q̃ præſentia non ſunt: modo multo perfectiore q̃ Adam in ſtatu innocẽtię. & præſentia ſimiliter per receptas ſpecies cognoſcẽt: alij ſenſationẽ abſentium per ſpecies influxas non accipiunt. De viſu & tactu non dubitant quia ibi & obiecta & media conuenientia habere poſſunt. De vocali laude & auditu idem licite opinandum aſtruunt. Olfactum autẽ & guſtum ꝓpter imperfectionẽ quandam: ſimiliter & obiectorꝫ & mediorum diuerſorum abſentiã: non eſſe in actu exiſtimãt: omnes tamẽ pręmiandos ex animę redundantia concedunt. Quia vero ſcripturarꝫ teſtimonia facillime ad ſpiritalem intelligentiã interpretari poſſunt: ea prętermitto: non de obiectis: non de medio ſentiendi: aut modo queſtionem facio: ubi Chriſtus Ieſus dei filius deꝰ erit omnia in omnibus abſtergens omnẽ lachrymã ab oculis ſanctorꝫ & retribuens abundãter facientibus ſuperbiam: ſed nõ in hac terra viuentiũ: ſed in regione umbrę mortis: cuius fumigantes voragines/abruptaq; ardentiũ montium iuga celerrime nũc demum peragrabimus. DIS. Id ꝓmiſſorꝫ ordo expoſtulat: ut tandem luſtratis omnibus/ad campum miſeriæ venãdi cauſa greſſus noſtri tendant: ſi forte aliquid & venatu & ſcitu dignum: de animę natura hæc abyſſus exhibeat.

Sequitur typus loci Infernalis.

CHARON

De locis infernalibus quattuor ĩ Campo miſerię diſcretis in genere. & de limbo Patrum ubi & q̃lis fuerit: teſtimonijs. s. Auguſtini & Gregorij p̃ticulariter diſputat̃. C. xlij. MA

h Orridus eſt hic campus: in quo non elementa/ſed elemẽtorũ magis defecatiões reſident: nebula/caligo/tenebra/ & umbra mortis ſęculo incubãt: fletus & ſtridor dentiũ habitãtes nunq̃ deſtituẽt/ſed hęc in lacu inferiore. abinitio aũt tolerabiliora loca intrã tibus patent. Quadrifarie nanq̃ hic campus partitus eſt. a principio limbus Patrum: poſt hunc Purgatoriũ: ſub quo limbus puerorũ: & in loco infimo locus infernalis damnatorũ DIS. Conſimilẽ audiui partitionẽ fundi/terrenę molis li. ſeptimo cũ de terra agerẽ. MA. Verum. ſed celerius hęc loca ęgreſſi/nondũ quid contineant ſpectaui mus: nunc autẽ ſingillatim de omnibus diſſeremus. DIS. Primũ igitur de limbo Patrũ ſi quid habes ſcitu dignum/in medium profe/ras. MAG. Limbus patrum locus eſt apud inferos tormẽtis impiorum remotiſſimus. quem nõnulli ſinum Abrahę a Domino in euangelio appellatum volunt id eſt requiem credentiũ. De hoc loco diuus Auguſtinus in ægregio volumine de Ciuitate dei libro viceſimo. c. quindecimo ſic ait. Nõ abſurde credi videtur/ antiquos etiam ſanctos qui venturi Chriſti tenuerunt fidem/locis quidem a tormentis impiorum remotiſſimis: ſed apud inferos fuiſſe / donec eos inde ſanguis Chriſti/& ad ea loca deſcẽſus ęrueret. Cui per oĩa alludit ſanctiſſim9 papa Gregorius libro duodecĩo moraliũ. c. decimonono dicens. antę aduentum mediatoris dei & hominis/omnis homo q̃uis mundę probatęq̃ vitæ fuerit: ad inferni clauſtra deſcẽdit/& capitulo ſequenti. nec tamen ita iuſtorum animas ad infernum dicimus deſcendiſſe ut in locis pœnalibus tenerentur: ſed eſſe ſuperiora inferni loca/eſſe alia inferiora credenda ſunt: ut & in ſuperioribus iuſti requieſcerẽt/ & in in/ferioribus iniuſti cruciarentur. Ab his Propheta dei adiutorio ſe pręueniente liberatũ conficetur dicens. Niſi quia Dominus adiuuit me paulo minus habitaſſet anima mea in lacu inferiori. & iterum Eruiſti animam meam ex inferno inferiori. Et exẽplar pacientię beatus Iob hunc abhorrẽs dicit. Quis michi tribuat: ut in inferno protegas me & pater patriarcharum Iacob/ne forte nimia triſticia pręoccupatus domino peccaret: & ad hunc tormentorum locum mortuus deſcende/ret: filijs ſuis ait. Deducetis canos meos cum dolore ad inferos. iuxta diui Auguſtini interpræationem libro duodecimo ſuper Geneſim ad litteram. communis tamen expoſitio id de limbo patrum intelligẽdum aſſerit. DISCIPVLVS. Limbum patrũ eſſe/ſufficienter inducta teſtimonia probant: ſed cũ ab inferno inferiore/& locis pœnarũ

Limbus Patrum

ſit remotiſſimus: unde infernus dici poſſit nõdum accipio. MAG.
Reſpectu laci inferioris/ſuperior infernus nõ dicit: reſpectu aũt cœlorꝝ
infernus nomĩatur. Nã ut inquit diuus Gregorius circa finem libri
xiij. moraliũ: quantum ad ſublimitatẽ cœli/ſpaciũ huius aeris nõ ĩme
rito dici infernus poteſt: in quẽ iuxta Apoſtoli Petri ſententiã ruentes
apoſtatę angeli in iudicio cruciandi reſeruantur. DIS. Plane quod
querebam beatus Gregorius diſſoluit/purgatorium luſtremus.

Purgatorium eſſe poſt hanc vitam contra Græcos ſcripturarum teſtimonijs aſtruitr & ꝙ ſuffragijs iuuari poſſint purgãdi probatur, Capitulum.xliij. MAG.

Error grecorum

PVrgatoriũ eſſe exutis animabus/pleriq; Grecorũ impugnare
veriti nõ ſunt/quos catholici viri multoties/nouiſſime aũt in
Concilio Florentino ſub Eugenio quarto præſentibus grecorꝝ
Patriarcha/epiſcopis/& Imperatore/luculẽtiſſimis ratiõibus/& ſcri/
pturarũ teſtimonijs cõuicerũt. operoſum nimis eſſet omnes ſcriptu
ras de Purgatorio loquentes hic cõmemorare. DIS. Saltẽ aliquas
ędicito. MAG. Nũ ęgregiũ Pſalten legiſti eo loco q̊ ait. Trãſiuim9
per ignem & aquã/& æduxiſti nos in refrigeriũ? DIS. legi Pſal/
mo ſexageſimoquinto. MAG. num & Iudã Machabeum virum
fortiſſimũ cõmendatũ audiſti; quia duodecim millia dragmas argenti
miſit Hieroſolimã: eas ibi offerri pro peccatis mortuorũ: iuſte & reli
gioſe de reſurrectione cogitans? DIS. Audiui ſepius in officio q̊d
eccleſia de mortuis frequentat; inſuper & ibi additur. ſancta ergo & ſa
lubris cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis ſoluerentr. MA.
ſane. Audi & euangeliſtam Matheũ/hic dominũ dixiſſe refert. Eſto
conſentiens aduerſario tuo &c, & ſequitur ne in carcerem mittaris.
Amen dico tibi nõ exies inde donec reddas nouiſſimũ quadrantem.
Et infra Qui dixerit verbũ contra ſpiritumſanctũ; non remittetur ei
neq; in hoc ſeculo neq; in futuro. Sunt igitur ut infert ſanctus Gre/
gorius quædã peccata quę in alio ſeculo remittũtur. Apoſtolica quo
q; tuba Corintheis aperto ſermone de purgatorio inſonuit cũ dicit. uni
uſcuiuſq; opus quale ſit ignis probabit. Si cuius opus arſerit detrimẽ
tum patietur: ipſe autẽ ſaluus erit: ſic tamẽ quaſi per ignem. q̃uis iu/
xta Auguſtini traditionẽ; hæc ſentẽtia etiã de tribulatione p̃ſentis ſæ/
culi verificari poſſit. ut in Enchiridion. c. lxvij. Et libro. xxi. de Ciuita
tei dei. c. penultimo. Cæterũ quę & quanta teſtimonia doctores eccle
ſię de purgatorio/ & ſuffragijs quibus purgandi iuuari poſſunt per
hibeant: teſtãtur ſacri canones diſtin. xxv. para. alias. & eadẽ diſtin.
Qui in aliud ſæculũ &. ca. Qualis de peni. diſt. vij. in fine nullus. &
xiij. q. ij. c. tempus. c. animæ. c. nõ eſtimemus. & de Cele. miſſa. c. Cũ

marthę in fine.& Magiſter li.iiii.diſtin.xlv. Verumtamē glo. magna
c.tempus.xiii.q.ii.nominans mediocriter malos qui in mortali deceſ
ſerunt Auguſtini verba non ſane intelligit quoniam talibus ſuffragia
nulla prodeſſe poſſunt:ut patet per doctores in quarto diſtin.xlv. &
diuum Auguſtinum de verbis Apoſtoli qui ait.fruſtra his pietatis of
ficia impendi a ſuis/qui ſine fide operante per dilectionem/eiuſq; ſa
cramentis de corpore exierunt.tales autem ſunt omnes qui in morta
li/q̄uis unico decedunt:igitur.

Vbi aut in qua mundi parte purgatoriū ſit: pęna qualis/qui tortores in eo/ quātū purgādi adiuuari a viuis deſiderāt/ quāuis pacīēter pęnā hāc ſuſtineāt. Ca.xliiij. DIS.

Bunde de purgatorio ſententiam:ſcripturarum teſtimoniis ſo
a lidaſti:ſed ut ubi ſit nondum oſtēdiſti. MAG. Hugo de ſan
cto victore libro ſecundo de ſacramētis parte.xvi.c.iiii. aſtruit
hunc locum omnino non eſſe determinatum. Et fortaſſis inquit pro
babilius erit:ut in his potiſſimum locis ſinguli pœnam ſuſtinere cre/
dantur/in quibus culpam cōmiſerunt. Hoc doctores theologię in
quarto ſuper magiſtrum diſ. xx. concedunt de quibuſdam ſingulari
diſpenſatione dei/non omnibus:quoniam ſc̄dm communem legem
hunc tormentorum locum conſiſtere circa infernum fuiſſe de men/
te diui Gregorii ex quarto dyalogorum claret. Nec tibi curę ſit de loco
purgatorii:ſed quomodo hic per pœnitentiæ lamenta de peccatis ſatiſ
facias: ut pœnam hanc acerbiſſimam ęuadas. Nam iuxta beati Au/
guſtini traditionem. Qui in aliud ſęculum diſtulit fructum conuerſio
nis:prius purgandus eſt igne purgationis.hic ignis & ſi ęternus non
ſit miro modo tamen grauis eſt.excellit enim omnem pœnam q̄ un
q̄ aliquis paſſus eſt in hac vita. nunq̄ in carne inuenta eſt tanta pœ/
na:licet mirabilia martyres paſſi ſint tormenta: & multi nequiter quan
ta ſępe ſuſtinuerunt ſupplicia.de pę.diſtin.ultima circa finem.& diſtī. 25
ca. Qui in aliud ſęculum.& quarto ſententiarum diſtin. xx. Et rurſus
Auguſtinus in de verbis apoſtoli. ſermone de igne purgatorii dicit.
Ille ignis purgatorius durior erit q̄ quid poteſt in hoc ſæculo pœnarum
videri:aut cogitari: aut ſentiri. DIS. Memini nonnulla Maronem
in ſexto æneido. de grauitate pœnarum purgatorii deſeruiſſe. MA
GISTER. Nec mirum ſi Platonicus/ de hac re Platonicorum ſen/
tentiam deſcripſit. Nam poſtq̄ animas in corporibus quattuor paſ
ſionibus affici commemoraſſet: quæ ſunt metus: cupiditas: gaudi/
um & triſticia: ſubiungit quantum in alio ſęculo paſſuræ ſint: ſi im/
mundæ exierint.& ait.vi.æniedo. Quin & ſupremo cum limine vi/
ta relinquit (id eſt cum nouiſſimo die vita relinquit corpus.) Non

amen omne malum miſeris nec funditus omnes/corporeę excedũt
eſtes: penitusqꝫ neceſſe eſt. Multa diu concreta modis molleſcere mi/
is. Ergo exercentur pęnis. veterumqꝫ malorꝫ Supplicia expendunt:
liæ panduntur inanes Suſpenſe ad ventos: alijs ſub gurgite vaſto/
nfectum æluitur ſcelus: aut exuritur igni. DIS. Plane Vergilius
ic animas in aere/aqua & igne purgari expoſuit. Sed dic queſo q tor
ores in hoc loco exiſtunt. MA. Incertũ definire quis poterit? Opinã
ur autẽ nõ infimę auctoritatis theologi: qꝫ ſola iuſticia diuĩa purgãdos
gne mediante uti inſtrumẽto torquet: qꝫuis illuc ab angelis bonis de
lucantur: & fortaſſe mali ſequantur: ut aſſiſtentes ſaltem pœnis eorũ
acientur/quos a veritatis tramite penitus deijcere non potuerunt. Nõ
utem æquum videtur illos a dæmonibus torqueri: quos dum vi/
erent diuina adiuti gratia vicerunt. DIS. Aſſentio facillime: ſed
unquid patienter ferunt purgãdi tam acerbas pœnas? NAG. Pa/
ienter. Nouerunt enĩ quia iuſte hæc patiuntur: & iuſticiã diligunt: nec
liter ſe ad cœleſtia gaudia peruenire poſſe ſciunt/ donec nouiſſimũ
uadrantem reddant: aut ſuffragijs adiuuẽtur. Vnde in perſona taliũ
nimarum ſanctus Iob dicit. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem
os amici mei: quia manus dñi tetigit me. Sed heu ſurda aure hos cla
nores audimus: parentes filiorꝫ: & filij parentũ: nec attendimus quã
o deſiderio anhelant ad conſortia beatorꝫ aſcendere. ad quos certiſſi/
na ſpe ſperant ſe peruenire. De ipſis enĩ in libro Sapientię dicitur. Spes
lorum immortalitate plena eſt. Sed de his hactenus: ad inferiora de/
cendamus. DIS. I pręː te ſequar.

De limbo puerorum. & ſi paruuli non baptiſati ſenſus pœnã ſuſtineãt/& qualiter poſt reſurrectionem permanebunt. Capitulum. xlv. MAG.

ſVb purgatorio iuxta præmiſſam partitionẽ campi miſerie lim
bus eſt paruulorum. Quãuis nõnulli inferiorem partẽ limbi
Patrum pueris deputatam credant. Pueris inqꝫ non omnibus
ed ſine baptiſmatis lauacro decedẽtibus ante uſum rationis. De illis
& ſi ex canone ſacrę ſcripturę nihil certum haberi poſſit. Auguſtinus
amen non pauca diſſeruit. In libro equidem de fide ad Petrum in de
laratione fidei ait: illos inſolubili nexu in ęterna damnatione retineri.
Et paulo inferiꝰ. Qualitas malę vitę ab infidelitate incipit quæ ab ori
ginalis peccati reatu initium ſumit: in quo quiſquis viuere ita incipit
t ante finiat vitam quã ab eius obligatione ſoluatur ſi unius diei vel
nius horæ ſpacio anima illa vixit in corpore/neceſſe eſt eam cum eo
lem corpore interminabilia gehenne ſuſtinere ſuplicia: ubi dyabolus
um angelis ſuis inęternum arſurus eſt &c. Et in eodem libro capitu
o viceſimoquarto. & eſt de conſecra. diſtin. iiij. c. firmiſſime tene &
ullatenus dubites; paruulns qui ſine ſacramento ſancti baptiſmatis

de hoc ſeculo tranſeunt:ignis ęterni ſupplicio puniendos.Et in libel
lo de origine Animæ ad Sanctum Hieronymū:multis repetitiſqꝫ vi/
cibus animas talium damnandas aſtruit.& ſimiliter in aliȷs ſcriptis ſu
is diuerſis:quę longū eſſet cōmemorare. DIS.Dura nimis & cru/
delis hæc videtur aſſertio:ut piiſſimus deus cuius miſericordię non eſt
numerus:eos tam crudeliter in ęternū puniat ob ſolius originalis cul
pam:quam nec propria voluptate cōtraxerunt:nec in poteſtate ha/
buerunt regenerationis ſacri baptiſmatis ſacramentū accipere/vel reſpue
re. MAG.Plurimi tecum ſentiunt:& in hac parte ſanctū Auguſti/
num negant.Sed fortaſſe hoc quoqꝫ non paruæ pertinacię eſt crimē
tantum Doctorē in ea parte ſimpliciter negare/qua receptus eſt a ſacris
canonibus:dicto canone.Firmiter.& de hereticis c.iiȷ.& a multis ſan
ctis & catholicis expoſitoribus ſuſtinetᷣ:uti videre eſt in Doctoribus
ſuper quarto diſtinctione quarta.Q uoniā ſi quis alia diui Auguſti
Auguſti. ni opuſcula nō pigre legerit/iueniet qbus prędicta mitigare poterit.
In enchyridiō quippe capitulo nonageſimo ſecūdo ſic ait.Mitiſſima
ſane omniū pœna erit eorū/qui pręter peccatū quod originale traxe
runt nullum inſuper addiderunt.Et libro de baptiſmate paruulorū.
Recte poteſt dici(inquit)paruulos ſine baptiſmo decedentes mitiſſi/
mam oīm futuros ſuſtinere pœnā, & eſt de cōſecratione diſtinctione
quarta c.regenerante.Et amplius libro.ſ.contra Iulianū.Ego itaqꝫ
non dico paruulos ſine baptiſmo morientes tanta pœna eſſe plectēdos:
ut eis melius eſſet nō naſci:cum hęc dominus de peccatore ſceleratiſſi
mo dixerit:quę autē/qualis & quanta erit/definire nō poſſumus:nō
tamē audeo dicere ꝙ eis ut nulli eſſent/q̃ ut ibi eſſent potius expedi/
ret.Ecce fili tribus teſtimoniȷs habes dictorū quę tibi crudelia viſa ſūt
mitiorem intelligentiā ab ipſo auctore traditam.Aut verius ꝙ paruuli
ignis ęterni afflictionē non ſentient certam limitationē. DIS.Vnde
hoc ultimum argumentaris? MAG.Ex dictis eiuſdem Doctoris:
ait quippe ſermone viceſimo ſexto ad heremitas.Melius eſt omni eſſe
carere q̃ in inferno iacere.Et ſanctus Hieronymus ſuper Hieremiam
libro quarto.Melius eſt nō eſſe q̃ viuere in ſuppliciȷs.Et ſuper Eccleſi
aſten capitulo quarto.Melius eſt omnīo nec ſenſum habere ſubſtan
tiæ q̃ infœliciter vel eſſe vel viuere.Item rurſum:melius fuerat ei(ſcili
cet Iudę) omnīo nō eſſe q̃ ęternos cruciatus ꝑpeti.Si igitur ut cōtra
Iulianū ſcribit:non fuiſſet melius paruulis iſtis non naſci/q̃ in ſua dā
natione eſſe manifeſte concluditur quia nō veniunt in inferno ęterno
igne cruciandi. DIS.Euidens argumētatio.miror aūt cur ſanctus
Auguſtinus in prioribus auctoritatibus terribilius in verbis ſonue/
rit q̃ ſentire voluit. MAG.Fortaſſe ut peſtiferam hereſim Pelagiȷ &
Cęleſtiȷ in Carthaginenſi cōcilio(cui intererat diuus pater) damnatā
a fidelium auribus longius propelleret.Hi equidē heretici hominē a
ſeipſo ſine gratia poſſe iuſte agere/& paruulis baptiſma neceſſariū nō

eſſe/nec datum prodeſſe dogmatiſauerant: cum ſine illo ſaluari poſſent
Contra quē errorem etiam in libello de origine animę ad ſanctū Hie/
ronymū ita ſcripſit. Quiſquis dixerit ꝙ in Chriſto viuificabunť etiā
paruuli: qui ſine ſacramenti eius participatione de vita exeunt: hic ꝓ/
fecto & contra apoſtolicam prędicationē venit: & totā cōdemnat ec/
cleſiā. Et in libro de baptiſmo paruuloꝝ. Fallit (inquit) & fallitur qui
eos in damnatione prędicat non futuros: dicente Apoſtolo per deli/
ctum unius omnes homines in condemnatione. ad Romanos capi. 5
& de conſecra. diſtin. iiij. canone Regenerante. DIS. In quali igitur
damnatione erunt/ſi ut deductum eſt cū impijs igne ęterno non arde
bunt? MAG. Nunquid audiſti: quia dixit in auctoritate contra Iu/
lianum. Quę autem/qualis/aut quanta erit pœna illorum: definire
non poſſumus. Dicit tamen ibidem: quia in tenebris manēt. & eſt de
conſecratione diſtin. iiij. canone Nulla. Hę tenebrę: ut nonnullis viſum
eſt: interiores: non exteriores intelligendę ſunt: quia ſcꝫ viſione Dei in
ęternum priuati ſunt. de batiſ. capi. tertio: & libro ſecundo Sententiaꝝ
diſtin. xxxiij. Quātum autem illud ſit (haud dubium quia magnū)
diuus Auguſtinus terribiliſſimis verbis & ſententijs explicare voluit
Verumtamen ut ait ſanctus Bonauentura in quarto diſtin. iiij. Vo/
lunt quidam ꝙ paruuli de hac priuatione non dolebunt: ſed diuino iu
dicio & miſericordia faciente. de ſtatu quem habebunt/contenti erunt
nouerunt enim (inquit idem Doctor libro ſecundo diſtin. xxxiij. q.
penultima & ultima) ad quid creati/& ob quam cauſam illo priuati
& ꝙ͂ miſeri ſint in inferno inferiore ſub ipſis conſtituti: diuino tamen
iudicio eorum cognitio & affectio ita ęqua lance librantur: ut nec do/
lorem vel afflictionem exteriorem vel interiorem ſentiant: & ita per/
petuantur: ut nec triſticia deijcit/ nec lætitia reficiat: ut nec proficiant
nec deficiant: ſed ſemper uniformiter manent: nec eſurient nec ſenti
ent: & ꝙ͂uis corpora glorioſa habituri non ſint in reſurrectione ulti/
ma: nihil tamen patiuntur protecti diuina virtute: etiam ſi in igne in/
fernali volutarentur. hæc Bonauentura. DIS. Ex his manifeſtum
diuum Auguſtinum bene dixiſſe: quoniam melius eſt his paruulis
ſic eſſe/ꝙ͂ omnino non eſſe. MAG. Etiam fili. Sed ſine ad ꝓpoſitā
methadum redeamus. neſcio enim quomodo in materiam etiā apud
theologos nō plene digeſtam/ſtilo habenas amplius ꝙ͂ æquum fue
rit laxauerim. DIS. Vis igitur in lacum inferiorem deſcendamus.
MAG. ꝙ͂ celerrime.

Infernum eſſe unuſquiſqꝫ lege ſua edoctus cre-dere habet/& ꝙ ſub terra ſit ſanctus Gregorius af-firmat/quę autē in illo pęna/quis cibus/qs potus ſummarię enumeratur. Ca. xlvi. MAG.

Infernus I Nfernum eſſe reproborum receptaculum/argumẽtis & ſcrip
turis ſtabilire quanq̃ operoſum nõ ſit: conſulto tamen prętere
rire libet: ne ultra q̃ oportet in calce epitomatis longius digre
diamur: aut rem ab uniuerſitate gentium creditam in dubiũ
Iudei. reuocare/ vel ſaltem fruſtra demõſtrare videamur. Iudeus a prophe
Saraceni. tisę doctus/infernum credere neceſſe habet. Saracenus ex Alchora
Chriſtiãi no Maumeti inſtructus/infernũ negare nõ poteſt. Chriſtianus multi
plici euangelorum teſtimonio fulcitus/infernum eſſe nõ in dubium
vertit: ſed quomodo ęuadat ſum̃opere ſtudet. Reliqua autẽ gentilitas
neſcio ſi apertius teſtimoniũ de reſurrectione ultima/& inferno/q̃ be
ati Iob gentilis afferre poſſit. DIS. Saltem ubi infernus ſit ędoce
as. MAG. Nũquid ego illic fui: ut ſitũ eius & locũ ędicere poſſim?
DIS. Nec etiam in limbo aut purgatorio habitaſti: attamẽ quid de
his catholici ſenſerint dare diſſeruiſti: itidẽ de inferno attemptes quęſo.
MAG. Diuus Auguſtinus viceſimo libro de ciuitate dei capitulo Aug
ſedecimo ait. Ignis æternus/cuiuſmodi & in qua mundi/vel rerum
parte futurus ſit: hominẽ ſcire arbitror neminẽ: niſi forte cui diuinus
reuelauerit ſpiritus. Quod ego quidem in beato Gregorio cõpletũ Greg
haud dubitauerim/quoniã infernum ſub terra eſſe/maxime in libro
dialogorũ quarto aſtruit. Vnde & Theodericum regem in Sicilia in
ſula in ollam Vulcani deiectũ/fideli teſtimonio comprobat. Et Hiero ihero
nymus Ionę ſecundo ſuper illo verbo. Proieciſti me in profundum
maris. Sicut cor eſt in medio animalis: ſic infernus in medio terrę eſſe pſal.
perhibet. Inſuper terrã fuiſſe apertam: & deglutiſſe Dathan & Abyron
deſcendẽtes viuos in infernũ ſcriptura cõmemorat. DIS. Plane de
loco reſpondiſti: de pœna autẽ quid dicis? MAG. Non mihi (Ver Ver
gilius inquit) ſi lingue centum ſint: oraq̃ centum: Ferrea vox/omnes 6.E
ſcelerum cõpręhendere formas Omnia pœnarũ percurrere nomina
poſſem Canit em̃ regius Propheta Dominus pluet ſuper peccatores Pſal
laqueos: ignis/ſulfur/ſpiritus procellarũ/pars calicis. id eſt paſſio
nis eorum. DIS. Si hęc pars/in toto quantũ putas erit? MAG. Eccl
Forte quod in capitulo quadrageſimo Eccleſiaſticus ait. Furor/zelus
tumultus/fluctuatio & timor mortis/iracundia perſeuerans/& con/
tentio/ſanguis & romphea/opp̃ſſiones/fames/contritio & flagella/
ſuper iniquos creata ſunt hęc omnia: & ſuper peccatores ſeptuplum.
Et alibi capitulo triceſimo nono addit beſtiarum dentes & ſcorpij & ſer/
pentes & romphea vindicãs in exterminiũ impios. Alludit beatiſſim[9]
Moſes in perſona irati Domini Deut. triceſimoſecundo dicens. In moſ
mittam in eos dentes beſtiarũ: & deuorabũt eos aues morſu amariſſi Deu
mo. quid plura? cũ beatus Iob capitulo viceſimo qurto de impio dix Iob
erit. Omnis dolor irruet ſuper eum. & rurſus. ad nimiũ calorẽ tranſiẽt
ab aquis niuiũ. Si de cibo potuq̃ infernali q̃ris audi legiſlatorẽ Moſen
Deut. triceſimo ſecũdo. De vinea inquit Sodomorũ vinea & eorum: de Deu

urbanis Gomorrę. DIS. Ciuitates has ſulfure & ignę in fauillam re
dactas ſcriptura loquitur: & mare quod mortuum vocant ſub Ior/
dane teſtimoniũ perhibet. MAG. Sane quod ſequit̃ auſculta Vua
eorum uua fellis & botri amariſſimi. Fel draconum vinum eorum &
venenum aſpidum inſanabile. Dominus quoq; per Hieremiam ait.
Ecce ego cibabo populum iſtum abſinthio: & potum dabo eis aquã
fellis. Fruſtra conor ſingula ſermone explicare: cũ iuxta Sapiẽtis vo
cem orbis terrarũ pugnaturus ſit contra inſenſatos: ut per quę pec/
cat quis: per hæc torqueatur. Hinc magnus Baſilius. Feces omnium
elementorum & leſuras virtutes in fine mundi / ab ipſis ſeparandas:
& ad cruciatum malorum in infernum mittendas aſtruit.

Si aut quomodo animę exutę ab igne corporali pa ti poſſunt. & qualiter ſententię Sanctorꝝ de his in telligendę ſint. Capitulum. xlvij.

DIS.

Vnc igitur uſq; ad finem mundi/& corporũ reſumptionẽ/ab
his cruciatibus inmunes ſunt/reproborum animę? MAG.
Nequaquam. quoniam iſta elemẽtorũ defecatio / ad punitiõis
augmentum nõ ad initium futura eſt: ſicut & corporum reſumptio.
DIS. Quomodo exutę animę a corporibus pręmemoratis cru/
ciari interim quibunt: cũ corpora in ſpiritum agere non poſſint: uti ex
his quæ octauo libello diſſeruimus claret? MAG. ubi auctor crea
turarũ operatur ut vult/& iuſtitia exigit: quid natura habeat aut poſſit
non magnificandũ eſt: ſi em̃ ex nihilo cũcta in eſſe prodire iuſſit (dixit
enim & facta ſunt) quid miraris/ſi pręter ſolitum naturæ curſum ſpiri
tus per corpora punit? an forte ita creatis cauſis potentiam ſuam alli/
gauit: ut ſine his agere quicquam nõ poſſit? hoc equidẽ quidam va/
niſſimi philoſophorum ſenſerunt. DIS. Tales libro octauo ubi de
cauſis diſputatum eſt/erraſſe cognoui. MAG. poteſt igitur domi/
nus oĩm/pręter cauſas ſecundas/aut conſuetũ earundẽ ordinẽ opera
ri? DIS. Etiam. MAG. non igitur impoſſibile videatur ſi ſpiritũ
per corpus caſtigat. DIS. non de poſſibilitate: ſed de modo quęro.
MAG. Quis nouit ſenſum domini: aut quis conſiliarius eius fuit?
tu ſic viuas ut modum punitionis experiẽtia non addiſcas: quin illius
contemplatione & metu moderatior effectus/eiuſdem queas & cruci
atus effugere/& futuris bonis potiri: Sunt qui actiõis paſſioniſq; na
turas iuxta humanę philoſophię traditionẽ attendentes: ignem & cete
ra quæ ſcriptura ęnumerat non realia / ſed imaginaria exiſtimãt. Alij
autem hęc quidem omnia realia ſed actionem imaginariam eſſe con
tendunt. Reliqui vero quorum auctoritatẽ catholici non ſpernũt: ignẽ
inferni realem & corporalẽ eſſe ſcripſerunt/& illo eodem igne ſpiritus
incorporeos ut ſunt exutę animę: & demones realiter cruciari fatent̃
Nam diuus Gregorius libro quarto Dialogorum ignem infernalẽ

corporeũ dicare nõ ambigit:& ꝙ animas exutas exurat hoc medio arguit. Si(inquit)dyabolus eiuſq; angeli cũ ſint incorporei/corpeo igne cruciandi ſunt:Quid mirum eſt ſi & animę anteq; recipiant corpora poſſint igne corpeo cruciari?ſi forte de antecedente dubitas audi Dominum in euangelio Matthei.c.25.Ite maledicti in ignem ęternũ qui paratus eſt dyabolo & angelis eius. Sententię illius beatus Gregorius cauſam aſſignãs libro nono moralium.c.l.ait.Quãuis angeloꝝ atq; hominũ natura ſit longe diſſimilis:una tamẽ pęna implicat quos unꝰ in crimine reatus ligat.& venerabilis Hugo libro de ſacramentis.parte.xvi.ca.iij.argumento Gregorij aſſentiens ait. Veriſimile auctoritate ſacri eloquij & catholicę veritatis teſtimonio probatur corporali & materiali igne/animas etiã nunc ante ſuſceptionẽ corporum cruciari Quod autẽ ſanctus Gregorius ſcripſiſſe legitᷣ:ꝙ ſpiritus in eo ardẽt ꝙ ſe ardentes vident:dictis minime contrariatur.Nam cum ſpiritus inſtrumentoꝝ ſiue organorũ diuerſitatẽ non habeant:omnis ſenſus illis ęqualis eſt.ait Hugo ubi ſupra.ut videlicet ſit illis videre quod tangere & tãgere quod dolere. Vnde rurſus Gregorius in dialogo.Anima nõ ſolum videndo:ſed experiendo incendiũ patitur.Auguſtinus autem Aurelius li.de ciuita dei.xxi.c.x.recitata opinione quę ſpiritibus aerea corpora aſſignat: in quibus ignis incendium patiantur: ſubiungit. Si autem quiſq; nulla habere dęmones corpora aſſeuerat:nõ eſt de hac re aut laborandum operoſa inquiſitione/ aut contentioſa diſputatione certandum.Cur enim non dicamus q̃uis miris:tamẽ veris modis etiã ſpiritus incorporeos eſſe:& pęna corporalis ignis affligi:ſi ſpiritus hominum etiam ipſi profecto incorporei/& nunc potuerint includi corporalibus membris:& tunc poterunt corpoꝝ ſuorum vinculis inſolubiliter alligari.Quod autem idem Doctor libro.xij.ſup Geneſim de infernali loco & tormentis diſputat/in retractationũ libro quomodo accipiendum ſit manifeſtat.

Hug

Greg

Aug

Quomodo ignis ſpiritum detinet: & ipſe ſe detentum attente conſiderat. inſuper ignem infernalem & pęnam eſſe æternã probatur. & opiniones ſex ænumerantur. Capitulum.xlviij. MAG.

O Rdinauit autẽ iuſticia diuina elemẽtũ maxime afflictiuũ:ut ſuperbum ſpm̃ quaſi carcere detineat:& ipſeſe detentũ ibidẽ attẽte conſideret:ab eo quidẽ quẽ odio implacabili odit. dicẽte Pſalmiſta. Superbia eoꝝ qui te oderunt aſcendit ſemper. Illud autẽ quantum afflictionis reprobis generet/ex ſeipſo conijcere homo faciliime poſſet/qui ab inimiciſſimo ſibi aliquo ꝑpetuis vinculis/ q̃uis ſine alia moleſtia corporis deputatus eſſet. Vnde nõnulli theologorum hanc eſſe ſpirituum & animarũ ante reſurrectionem gehennã tradiderunt.

Pſalm

DIS. Cum autem idem ſit ignis omnes detinens: eadem omniũ pę na eſt: quod ſummæ iuſticię derogat. MAG. Idem q̃uis ignis omnes inuoluat/ non tñ ęqualiter exurit: nec omnes æquę intenſe ſe detẽtos conſiderant: diuina hoc ipſum operante iuſticia teſte ſcriptura Apocalipſis capite decimooctauo. Quantũ glorificauit ſe/ & in delicijs fuit: tantũ date illi tormentũ & luctum. Nam dicente iuſtiſſimo legiſlatore. pro menſura peccati erit & plagarum modus. DIS. Non erit igitur gehenna ęterna quemadmodũ euangelium cõminatur/ ſed finita queãdmodũ delectatio & numerus peccatorũ. aut aliã cauſam ęternitatis pœnarum aſſignabis. MAG. prompte. beatus Auguſtinus ait libro viceſimoprimo de ciuitate c. duodecimo. Homo factus eſt malo dignus ęterno: qui hoc in ſe peremit bonũ/ quod eſſe poſſet in æternũ. Et ſanctus Gregorius dicit. Voluiſſent iniqui ſi potuiſſent ſine fine viuere/ ut potuiſſent ſine fine peccare. oſtendunt quia in peccato ſemper viuere cupiunt qui nunq̃ deſinunt peccare dum viuunt. Ad magnam igitur iuſticiam iudicantis pertinet: ut nunq̃ careant ſupplicio qui in hac vita nunq̃ voluerunt carere peccato. de pe. diſ. prima para. voluiſſent. Pernicioſiſſime igitur errant/ primo qui tandẽ nõ ſolũ homines omnes/ ſed & demones miſericordia domini liberãdos autumant: q̃uis poſt multa annorum curricula. ut Origeniſtę. Hinc & Poeta ait in ſexto Aeneidoꝝ. facilis deſcenſus auerni Noctes atq; dies patet atra ianua Ditis: Sed reuocare gradum ſuperaſq; ęuadere ad auras/ Hoc opus hic labor eſt. Errant ſecundo: qui ſanctorum pręcibus cunctos ſaluandos exiſtimãt. Errant tertio: qui ſaltẽ omnes baptiſatos & euchariſtię ſacramento cõmunicatos ab ęternis cruciatibus ſequeſtrare cõtendunt. Errant nihilominus quarto. qui hanc ſententiã ad eos retorquent: qui dicta ſacramẽta in vera fide cõſequuntur: licet poſtea in hereſim labantur. Nõ minus deuiant a veritatis tramite: q ſolam Chriſti fidem uſq; in mortis articulum ſeruatam ſufficere arbitrantur. cum iuxta apoſtolicã doctrinam fides ſine operibus mortua ſit. Demũ longa a regno dei abſunt qui facientibus opera miſericordiæ/ q̃uis alias malicioſe egerint/ finalem ſalutem promittunt. Tantorum errorum figmenta & ſcripturarũ paſſus q̄bus innituntur: diuus Auguſtinus nõ tam abunde q̃ doctiſſime libro de ciuitate dei viceſimo/ a capitulo decimoſeptimo uſq; in finem redarguit: & ęternitatẽ gehennalis incendij luculentiſſime probauit.

Corpora damnatoꝝ ſine cõſumptione ęternaliter poſſe in infernalibus tormentis ꝑmanere/ ædocet̃ quibuſdam mirabilibus nunc in mundo repertis. & quõ hic ignis ſine lignis ſemꝑ eſſe poſſit: & ſi reprobis ad aliquid luceat/ auctoritate ſancti Grego

trij determinatur. Capitulũ. ultimum DIS.

Acris ęloquijs/& tãtę auctoritatis doctoribus facillime aſſentio ſed quõ damnatorꝝ corpa ędaces gehẽnę flãmas ſine incineratione & cõſumptione in ſempiternũ ſuſtinere poſſint:intellectu difficile. Inſup & corporalem ignẽ qualis eſt infernalis ſine corporeis fomentis diutius poſſe conſiſtere ex phĩa conuincitur impoſſibile.

MAG. Premonui pauloante hac obtutũ mentis non ad mundanę imperfecteq́ꝫ phĩę traditionẽ:ſed ad ſummę iuſticię hic punietis omnipotentiã couertendum. quæ tanta inſolita & mira fęcit in mũdo ſenſibili. ut horꝝ conſideratione:nec de q̃ hęſitas omnino videatur impoſſibile. Salamandra viuit in igne. nõnullum genus vermiũ in calidarũ aquarꝝ ſcaturigine reperit̃. Notiſſimi Sicilię montes qui tanta diuturnitate temporis/atq́ꝫ vetuſtate uſq́ꝫ nũc & deinceps flammis ęſtuant atq́ꝫ integri perſeuerant/ſatis idonei teſtes ſunt (inquit Auguſtin⁹ li. xxi. de ciui. ca. iiij.) non omne q̃d ardet abſumi. Pretermitto breuitatis cauſa alia mira q̃ tantus doctor cõtra ĩcredulos in eodẽ libro cõmemorat. Beatus itẽ Gregorius li. xv. moraliũ. ca. l. teſtatur. Hac p breui ſententia q̃ libro Iob. c. xx. ſcribitur/quod tu in dubium vertis luculenter diſſolui dicitur nempe. Deuorabit eum ignis qui nõ ſuccẽdet̃. Quia (inquit Gregorius) omnipotẽtis iuſticia futurorꝝ præſcia:ab ipſa mũdi origine gehẽnę ignẽ creauit:qui in pœnã reproborꝝ eſſe ſemel inciperet:ſed ardorẽ ſuum etiã ſine lignis nunq́ꝫ finiret. Cum eñ ſit corporeus & in ſe miſſos reprobos corporaliter exurat:nec ſtudio humano ſuccenditur:nec lignis nutritur:ſed creatus ſemel durat inextinguibilis & ſuccenſione nõ indiget:& ardore nõ caret. Aliud inſuper mirum in hoc igne dictus ſanctus Gregori⁹ papa li. 9. moraliũ. c. 49. eſſe affirmat. DIS. Quod? MAG. Quia gehẽnę flamma reprobis nequaq́ꝫ lucet ad conſolationis gratiam:& tamẽ lucet ad pęnam. nã ſequaces quoſq́ꝫ ſuos ſecum in tormẽto reprobi/flãma illuſtrante viſuri ſunt quorꝝ amore deliquerũt/quatenus qui eorꝝ vitam carnaliter cõtra p̃cepta cõditoris amauerunt:ipſorꝝ quoq́ꝫ eos interitus in augmento ſuę damnationis affligat. DIS. Heu heu q̃ pauci attendunt/quę ſcriptura & ſancti viri de inferorꝝ ppetuo cruciatu teſtantur. MAG. Ideo ut dominus ait:lata porta & ſpacioſa via eſt quæ ducit ad perditionem: & multi ſunt qui intrant per eam. Anguſta autẽ porta & arta via eſt q̃ ducit ad vitã:& pauci ſunt qui inueniunt eam. DIS. Docti fortaſſe tantum/qui beatorum gloriam/pariter & damnatorum immenſam pœnam ex ſcripturis nouerunt? MAG. Nequaq́ꝫ. non eñ (ſcribit Paulus Romanis) auditores legis iuſti ſunt apud deũ: ſed factores legis iuſtificabuntur. Et rurſus ſcientiã inflare teſtatus eſt. Inflati autẽ & tumidi anguſtam portã intrare minime poſſunt.

Sequitur liber. xij. qui eſt Phĩę moralis

Augu[...] Grego[...] Iob.[...] Mat.[...] ad Ro[...]

Liber duodecimus. De principijs Philoſophiæ moralis. ꝙ ſcientia ad acquiſitionem virtutum & bene viuendum neceſſaria ſit & meriti magni Capi. primũ

MAG. Alue fili. DIS. Et tu p̃ceptor colendiſſime. MAG. Vnde hæc mœſticia/ quã & vultus & greſſus tardior in te oſtentant? DIS. Quia me a fœlicitatis culmine longiꝰ deiectũ inuenio. MAG. Quã ob cauſã? DIS. Fauſtũ fœlicẽq; me exiſtimabã/ ſi quãdo phię (cuius ad ęthera uſq; laudes extollebas) principia rerum quoq; cauſas cognoſcerem: verũ longe aliter ęuenire ex his quę heſterno veſperi diſſeruimus intelligo. Artiſſimã nempe qui ducit in campũ gloriæ viam: latiſſimã vero quę ad campũ miſerię aditũ pręſtat ipſo veritatis ore cõprobaſti. Rurſus etiã ſcientiã inflare Apoſtoli voce oſtendiſti: & cum hac q̃plures apud inferos cõcluſos docuiſti. MAG. Paucis admodum q̃ cõmemoras: ſed irrefragabilibꝰ teſtimonijs cõprobata ſunt: nõ t̃n phię aut cuiuſuis ſcientię ſtudium vel aſcenſum vel campum glorię impedire: vel deſcenſum in miſeriam compellere: ſed ad illam virtutibus conſcendere/ ad hanc vitijs delabi poſſe quẽq; diſſertũ eſt. Reſipiſce igitur paululũ: nec te phię inſeruiſſe tantiſper pœnitebit. Hæc em̃ charitate ſuffulta callem virtutũ aperit & viam vitiorum p̃cludit. Sine ſcientia quippe (ut diuus Aurelius li. xij. de trinitate teſtat̃. c. xiiij.) nec virtutes ipſę quibus recte viuitur haberi poſſunt: per quas hæc vita miſera ſic gubernetur: ut ad illã quæ vere beata eſt perueniatur ęternã. Rurſus qui hac pollẽt: deum hic ſaltem per ſpeculum & ænigma: & alibi facie ad faciem limpidius cognoſcent. Nonne noctycorax/ homo & aquila etiam in eadem ꝓpinquitate ad ſolem ipſum diuerſe vident: ſc̃dm acuitionẽ & vigorẽ oculorũ? Hinc ꝓpheta Daniel. Qui docti fuerint fulgebunt q̃ſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſticiã erudiunt multos/ quaſi ſtellę in ꝑpetuas ęternitates. Nec illa phię pars quę humanarum rerum noticiam pollicetur: cuius & tu principia prælibaſti/ propter ſe conquirenda eſt: ſed ut moralitati ſtudioue bene viuendi coniuncta/ in rerũ diuinarum agnitionem aggreſſum parat. utranq; em̃ philoſophiæ deſcriptio (quam operi præmiſſam memini) complectitur. DIS. Ita eſt. MAG. Et Lactantius libro de falſa ſapientia ait. Virtus autem cũ ſcientia iuncta ſapientia eſt. Diſcuſſa igitur Rationali & Naturali/ Moralam (ſi libet) percurramus. DIS. Libet & quidem maxime.

De diuiſione philoſophiæ Moralis in Ethicam/ politicã/ ęconomicam/ & monaſticã & ꝙ duplici via mala cohibentur pęna ſcꝫ

& virtutum laude.& de ordine dicendorum. Capitulum ſecundum MAG.

Phīa moralis
Ethica
Politica
Econoīca
Mōaſtica

P Hiloſophię pars quā Moralē dicunt/humanoꝝ actuū regimē
pandit virtutū & vitioꝝ oppoſitoꝝ ratiões explicat: & in q̊ de
mū hoīs fœlicitas conſiſtere poſſit/perquirit. Hanc in Ethicā
politicā Economicā/& Monaſticā diuidūt. Ethica de virtutibus: vi/
tijs & fœlicitate hoīs diſſerit/politica regimē multitudinis regni vel ci
uitatis Economica unius familię aut domus: Monaſtica priuati hoīs
gubernationē edocet. primā ſi haud ſegnes luſtrauerimus: aliaꝝ par
tē nō minimā expeditā cognoſcemus: omnes em̄ qui vel multitudi/
nis vel domus vel ſuiipſius/curā gerūt/callē virtutū ambulandū pol
licitationibus & exhortationibus ꝓcurāt. Quis em̄ (inquit Iuuenalis Iuue
ſatyra quarta) virtutē amplectit̄ ipſam pręmia ſi tollas? Viam autem
vitioꝝ legibus multiplicibus cohibent: & neceſſario quidē. Nam oīs
ętas ab adoleſcentia prona eſt ad malū. Geñ. viij. & .xij. q.i. omnis ętas Geñ
Multi autē nō amore virtutis: ſed timore pœnę declinant: pauciores ve
ro animi ſui paſſiones ne in vitia conſurgant virtutibus cohercere ſtu
dent. Nam ut in epiſtolis teſtatur Horatius. Oderunt peccare boni Hora
virtutis amore. Oderunt peccare mali/formidine pœnę. Dicente autē
ſcriptura. Stultoꝝ infinitus eſt numerus. Et Lactantius firmianus Lact
in exordio inſtitutionū ſuarum aduerſus gentes ſcribit. Quia virtuti
bus amaritudo permixta eſt: vitia vero voluptate cōdita ſunt: illa offē
ſi hac deliniti feruntur in preceps: ac bonoꝝ ſpecie falſi/mala pro bo
nis amplectuntur. DIS. Primū igitur quid virtus: deinde quę ani
mi paſſiones virtutibus cohercēdæ: demū virtutum & oppoſitoꝝ vitio
rum rationes ſpecialius indagandi ſunt. Eo nanq̧ ſeruato ordine ſin
gula memorię cōmendare erit facilius.

Quid virtus: quō ſit mediū: qualia extrema: medium qualiter ſumendum & attingendum: & virtutes quō acquirendę. Capitulum.iij. MAG.

A Riſtoteles in ſecundo libro Ethicoꝝ. virtutē & quo ad principiū Aris
directiuū: & quo ad actū deſcribit. DIS. In ordine ad prin
cipium directiuū qualiter? MA. Virtus eſt habitus electiuus
Virtus ut principiū
in medio exiſtens quo ad nos/determinata ratione ut ſapiens determi
nabit. Habitū dicit virtutę: ut genus eius oſtendat ꝓpinquū. Eſt enim
virtus q̄litas animi nō omnis: ſed q̄ habitus dici ſolet. habitus quidē
a voluntate elicitus & recta ratione determinatus. Potentię autē & paſ
paſſiones non ſunt virtutes
ſiones/q̄ etiā in aīa inueniunt̄/virtutes nō ſunt: quia naturaliter & ſine
electione inſunt: ideo ab his nec laudamur nec vituperamur: ſicut a vir
tutibus. In medio autē virt⁹ exiſtit duoꝝ ſc; extremoꝝ: uni⁹ quidem
ſcd̄m ſupfluitatē: alteri⁹ autē ſcd̄m indigentiā. & hoc quidē ſcd̄m ſub

ſtantiā virtutis:nam ſcd̄m ratione̅ boni/ eſt optimū in illo genere: &
ita extremū. Ambo aute̅ vitia(q̄a a recta ratione ſcd̄m plus & minus
deuiant)alterā extremitate̅ obtinent. Additur aute̅ q̄ ad nos: nō ſcd̄m
rem:q̄d em̄ uni multū eſt/alteri cōueniens reperit̄. At quia rectitudo
circa mediū in indiuiſibili eſt: ideo bene agere contingit uno mō tm̄:
peccare aute̅ modis infinitis. Difficile eſt em̄ tangere mediū & id tene
re. Facile aute̅ circūquaq; ab eode̅ diſcedere. queadmodū videre eſt in
ſagittarijs:quoꝝ is tm̄ centrū deſignatū cōtingit: qui ꝑ linea̅ rectā ſa/
gittā dirigit:ceteri aute̅ plus & minus declinant. Determinatio igit̄ in
virtute nō cuiuſlibet:ſed ſapiētis eſt ſcd̄m dictame̅ ratiōis recte. Con
forme̅ virtutis definitione̅ diuus Aurelius libro de quātitate aīe ponit
dicēs. Virtus eſt eq̄litas q̄dā vite:undiq; cōſonās rationi. DIS. In Virtus
ordine aute̅ ad actū qualiter virtus definitur? MA. Virt⁹ eſt q̄ bo/
nū facit habente̅:& opus eius bonū reddit. Vtrāuis aute̅ & q̄ princi/ Virtus
piū:& q̄ actū explicat. Auguſtin⁹ in li.ij.de libero arbitrio in una com actiua
plectit̄:cū ait. Virtus eſt bona qualitas mētis q̄ recte viuit̄: qua male
nemo utit̄:quā deus in nobis: ſine nobis oꝑatur. Virtus eſt qualitas
nō oīs:ſed bona:& habit⁹. nō corꝑis:ſed mentis. Vitia aute̅ & ſi habit⁹
ſunt mentis ad malū inclinātes/a talibus tm̄ virtus diſcreta eſt:cū dicit̄
qua recte viuit̄. Tunc aūt recte viuitur cū hō ſcd̄m rectā ratione̅:ut uti
q; ſapiens determinabit operatur:ab his aute̅ q̄ ad bonū & ad malum
eſſe poſſunt/virtus diuiſa eſt:cū addit̄:qua male nemo utit̄. Licet em̄
virtutibus ut obiectis male & in ſuꝑbiā quis utat̄: actu tm̄ virtutis &
ut virtus eſt habitus directiuus:male nemo utitur. Hec definitio cōis
eſt omnibus virtutibus. Quod aute̅ adiectū eſt. quā deus in nobis ſi
ne nobis operat̄:infuſas ab acquiſitis ſecernit. Quedā em̄ virtutes
ſunt q̄ nullo humano conamine haberi poſſunt: ſed ſola dei largitate
aīe infundunt̄. ut ſunt fides:ſpes:& charitas:quas deus in nobis ſine
nobis operatur. ſine nobis quide̅ agētibus:nobis tm̄ vel nō reſiſtentibꝫ
vel conſentientibus:in ceteris aute̅ etiā nobis agentibus cooperatur.
Et has partim doctrina/partim aſuefectione cōquirimus. Doctrina
quide̅. ſi quid bonū vel malū/ licitū vel illicitū/bene maleue fiat aliq̊
docēte cognoſcimus. Hinc Seneca ait. Virtus ſine ſtudio ſui eſſe non
pōt. Aſuefactione vero ſi id q̊d bonū cognouimus operamur & dili
gimus. non em̄(inquit Auguſtinus li.xi.de ciuitate dei.c.xxviij.)qui
ſcit quod bonū eſt:vir bonus dicitur:ſed qui diligit bonum quod ſcit.
Quemadmodū aute̅ una hyrundo nō facit ver: nec dies una calida
eſtatem:ſic nec operatio una bona virtutem/& mala vitium. Ex acti/
bus aute̅ frequenter iteratis generantur habitus:& quide̅ tales quales
ſunt actus. Vnde nō modicū differt iuuenes bene vl̄ male aſueſci. Alte
terat em̄ conſuetudo naturā. maxime aute̅ in his ī quibꝫ preuiā diſpoſi
tione̅ reperit maiore̅:& animi paſſione̅ magis aut minus radicatā. Naꝫ
Tullio teſte. ingeniis noſtris īnata ſunt ſemina virtutum:q̄ ſi adoleſce

re liceret/ipſa nos ad beatam vitam natura perduceret. DIS. De ta
libus ut nunc diſſeramus promiſſorum ordo expoſtulat.

De paſſionibus concupiſcibilis quę ſunt/Concupiſcē tia/Deſiderium/Gaudium/Leticia/Amor/Odium/ Faſtidiū/Abhominatio/Acedia/Inuidia/Dolor/Triſticia & Miſericordia. Capi.quartum. MAG.

P Aſſiones ſiue affectiones animi ſunt quas a concupiſcibili & ira
Paſſio cō cupiſcibil' ſcibili potentijs & obiectis harum exoriri diximus. Concupiſci/
bilis nanq́ in obiectū ſuum/ quod eſt bonū delectabile fertur
vel ſcd̃m placentiā vel diſplicentiā. Placentia autē eſſe poteſt reſpectu
boni vel mali. Boni quidē proprij vel alterius. rurſus autē proprij di/
cōcupiā. ſtantis vel coniuncti. ſi diſtantis & per appetitū ſimplicē: eſt Concupi
deſideriū. ſcentia. per appetitū intenſum: & eſt Deſideriū. Placentia autē de boni
Gaudiū pprij & coniuncti adeptiōe: eſt Gaudiū. de uſu & fruitiōe: eſt leticia/
Lęticia animi quidē; cū fit circa diſciplinas contēplatiuas. corporis/ſi fiat cir/
ca guſtū & tactū. Quarum quędā ſunt neceſſarię & naturales. ut nutri
re & indigētię ſuccurrere. quędā naturales/ſed neceſſariæ nō ſunt. ut
generare. Cōmendat̃ em̄ etiā virginitas. Aliæ cōtra naturā ſunt & ſp
fugiēdę. ut gula/ebrietas/luxuria/ornatus ſuperfluus & his ſimilia. Pla
Amor centia vero reſpectu boni alterius/in nobis amorē ſiue dilectionē efficit
Dilectio. cū alteri bonū appetimus. Sed placētia mali reſpectu proprij eſſe nō
poteſt (nemo em̄ unq́ carnē ſuam propriā odio habuit. inquit Apo
Odium ſtolus ad Ephe.v.) ſed reſpectu alieni. & Odiū cauſat. Malū em̄ appe
Rancor timus his quos odio habemus. quod ſi inueteraſcet/in Rancorē vertet̃

DIS. Concupiſcibilis vero quę in delectabile fertur ſcd̃m diſplicen/
tiam/quas efficit paſſiones? MAG. Diſplicētia vel eſt reſpectu bo
Diſplicentia boni ni vel mali. Si boni/aut proprij aut alieni. Rurſus ſi proprij/aut con
iuncti vel abſentis. Si coniuncti/fit Faſtidiū. quę eſt ſimplex reſpuitio
illius boni. & Abhominatio. quę eſt ardens & intēſa reſpuitio illius bo
Acedia. ni. Si abſentis: fit Acedia. quę bonū tale adipiſci negligit. Diſplicentia
autē boni alieni eſt Inuidia. Vn̄ in epiſtolis Horatius. Inuidus alteri
Diſplicentia mali us marceſſit rebus opimis. At vero diſplicentia reſpectu mali/eſt vel p/
prij vel alieni. ſi proprij/erit Dolor. q eſt afflictio ex abſentia coueni/
entis. & Triſticia ex pſentia diſconueniētis. Si autē diſplicentia fit reſpe
ctu mali alieni/Miſericordia dici poteſt. DIS. Ex his ſextuplicē in
paſſionibus concupiſcibilis colligo contrarietatē. Prima concupiſce
re & faſtidire. Secunda deſiderare & abhominare. Tertia gaudere &
dolere. Quarta letari & triſtari. Quinta amare ſiue diligere & odire.
Sexta miſereri & inuidere. MAG. Scite membra principalia in unū
colligis: nec omnimodā illorum conuenientiam aut diſtinctionē ex
quirere epitomatis breuitas admittit. DIS. Scio. Iraſcibilem igitur

ſimili compendio percurramus.

De Paſſionibus iraſcibilis quę ſunt Ambitio. Paupertas Spiritus. Spes. Deſperatio. Supbia. Humilitas. Dominatio. Subiectio. Contemptus. Reuerentia. Audatia. Pœnitentia. Ira. Impatientia. Timor & Magnanimitas. Capitulum. v. MAG.

Raſcibilis in obiectum ſuum quod eſt arduũ & difficile fertur p̃ — Paſſio Iraſcibilis.
robur & debilitatẽ. ſecundũ robur quidẽ per modũ proſecutio
nis. ſecundũ debilitatẽ vero per modũ fugę. Proſequendo tẽ/
dit vel in bonum vel inſurgit contra malum. Ruſus in bonũ hono/
ris vel excellentiæ. Quod ſi diſtans fuerit: tendit p̃ Ambitionẽ. quæ — Ambitio
eſt appetitus talis boni ſimpliciter. aut per ſpem. quę eſt appetitus ta/ — Spes
lis boni cũ confidentia obtinendi. In obtentũ vero bonũ honoris/tẽ — Superbia
dit per ſuperbiam dominationẽ & contemptũ. Superbia equidẽ alios — domĩatio
cupit excellere. Dominatio pręeſſe. Contemptus ſubiectos paruipẽ — cõtempt⁹
dere. Contra malũ autẽ inſurgit vel memoratũ vel præſens vel expe — Audacia.
ctatũ per audaciã iram & magnanimitatẽ. DIS. Secundũ debili/ — Ira
tatem vero & per modũ fugę quo tendit? MAG. A bono vel ma/ — Magnanimitas
lo. a bono dico/honoris vel excellentiæ / p̃ſenti vel abſenti. Si a bono
honorabili pręſenti proprio: erit humilitas. Si ab alieno: erit reuerentia — Hũilitas.
& ſubiectio. A bono autẽ abſenti proprio ſi reſilit: paupertas ſpiritus — Reuerẽtia
eſt. & ſimplex illius fuga. vel deſperatio. & eſt fuga intenſa propter di — ſubiectio
ffidentiã obtinendi. A malo autẽ p̃terito fugit per pœnitentiã. a præſẽ — paup̃tas
ti/per impacientiã. a futuro per timorem. Qui ſi fiat in appræhen/ — ſpiritus
dendo ſecundũ diſpoſitionẽ proximam/agonia dicitur. ſecundũ di/ — Deſpatio
ſpoſitionẽ vero remotã ex imaginatione magna/fit Admiratio. ex in — Pœnitẽtia
ſolita/ſtupor. In operando autem reſpectu mali futuri / eſt aut ſegni — impacientia
cies/reſpectu mali ĩ opere: aut erubeſcẽtia/reſpectu mali in verbo: aut
verecundia reſpectu mali in opinione. DIS. His etiam facile oppo/ — Timor
ſitiones paſſionũ in iraſcibili colligo. Contraria eſt em̃ ambitioni pau — Segnicies
pertas ſpiritus: Spei deſperatio: Superbię humilitas: Dominatiõi ſub — Erubeſcẽtia
iectio: Contemptui reuerentia: Audacię pœnitentia: Iræ impacientia:
& timor Magnanimitati. MAG. probe. Poſſunt tamen paſſiones — verecũdia.
Iraſcibilis & Concupiſcibilis latius dilatari: & ad duas vel quattuor po
tius reſtringi. Dilatationem in proceſſu de virtutibus & vicijs videbi/
mus: reſtrictionẽ vero paucis ędicemus. Cõcupiſcibilis nempe de bo
no pręſenti gaudet: de futuro ſperat. Iraſcibilis de malo præſenti tri/
ſtatur: de futuro timet.

Quattuor paſſiones/quę ſunt Lęticia Triſticia Timor ſiue metus. Cupiditas

in brutis & etiam in humana voluntate inueniunt. ut Auguſtinus aſtruit. Capitulum.vi. DIS.

Sed dic quæſo coniuncti tantum ſunt an ne etiam animi ſeparati? MAG. Concupiſcibilem & iraſcibilē ſenſualitatis & voluntatis eſſe libro decimo ſupra audiuimus: nec paſſiões a ſenſualitate quę in brutis eſt ſine ratione ſecludimus. gaudet enim leo de prēda apprēhenſa: ſperat de ea quā trino proſequitur ſaltu: triſtatur de quartana febre quā actu patitur. timet de eadem quę proximo reuertitur. In voluntate autē a ſenſualitate & carnis infirmitate liberata/paſſiones dictas Auguſtinus libro.xiiij.de ciuitate c.v. ex platonicorum dictis contra eoſdem concludit: & cōſequenter eas voluntates nominat dicens. Intereſt aūt qualis ſit voluntas hominis: quia ſi peruerſa eſt peruerſos habebit hos motus: ſi autem recta eſt/non ſolum inculpabiles/verumetiam laudabiles erūt. voluntas eſt quippe ī omnibus ĩmo omnes nihil aliud ꝙ̃ voluntates ſunt. Nam quid eſt cupiditas & leticia niſi voluntas in eorū conſenſionē ab his quę volumus? Et qd eſt metus atq; triſticia niſi volūtas in diſſenſionē ab his quę nolumꝰ? Sed cū conſentimus appetendo ea quæ volumus/cupiditas: cū conſentimus fruendo his quę volumus/leticia vocatur. Itemq; cū diſſentimus ab eo quod accidere nolumus talis voluntas metus eſt. Cum autē diſſentimus ab eo quod nolētibus accidit: talis voluntas triſticia eſt. Et omnino pro varietate rerum quæ appetuntur/vel fugiuntur ſicut allicitur vel offenditur voluntas hominis/ita in hos vel illos affectus mutatur & vertitur. Eas quoq; nos dum hic ſumus ex humanæ conditionis infirmitate habere/paulo infra proſequitur. Cauſas igit aut potius incitamenta & confortamenta harum prēter voluntatē nō inutiliter perquiremus. DIS. utiliſſime.

cupiditas leticia metus triſticia

Qualiter paſſiones ratione corporalis diſpoſitiōis variantur/& pro diuerſitate apprēhenſiue diuerſe originantur. Capitulum.vij. MAG.

Paſſiones dictę a varietate rerū & potentia apprēhendente(uti ex dictis liquet)originant: ex diſpoſitione aūt apprehenſionis virtutis motiuę/& membrorū corporis corroborant & debilitantur. DIS. Ex diſpoſitiōe apprēhēſionis qualiter? MAG. Nōne ex forti imaginatiōe caſus/quidam ex alto proſpicentes: multū timent: & frequenter cadunt: alij ex imaginatiōe forti & cōfidentia quā habent in medicū/ſanitatem ſperant & cōſequuntur? DIS. Certiſſima hęc ſunt: de diſpoſitiōe motiuę quid dicis? MAG. Aſuefactio abilitat: qui ergo ſepius letantur/ſperant/timent/vel triſtant: ad hos actus promptiores expeditiores ſue euadunt. DIS. hoc quoq; manifeſtum. De diſpoſitione membrorū autem quid affers? MAG.

Corroboratio & debilitatio paſſionū triplex

Motiua membris ut inſtrumentis utitur:in quibus triplex ſpiritus in
ſanguine per corpus inuehit̃ naturalis: ſcꝫ vitalis:& aĩalis.de q̃bus li/
bro.x.ſupra tractatũ eſt.Sanguis autẽ nõ modo mẽbrorũ quę nutrit
ſed & ſpirituum diuerſitatẽ cauſat:illi rurſus paſſionibus conferunt.un
de ſanguis temperatus in tenuitate & groſſicie/ꝓpter ſpiritus lucidi ab
undantiam/diſponit ad gaudium:contrarius ad triſticiam.Naturaliter
eñ anima in luce gratulatur:in tenebris vero triſtatur.In nocte igit̃ om
nes ſumus timidiores.Sanguis vero clarus:ſed plus calidus/aptat ad
iram quæ tanto diutius feruet quãto ſanguis ſubſtantia cõpactior fue
rit.Tenuis vero & frigidus ad timorem.pariformiter in cęteris eſt vi
dere.Cor autem/cum fons & origo ſit ſanguinis/in omnibus his paſ
ſionibus mouetur.Vnde in gaudio & leticia cor paulatim dilatatur:&
membris virtutem occurrendi obiecto conueniẽti influit:ideo interio
ra paulatim frigeſcunt:& exteriora in tali affectione calefiunt.In triſti
cia oppoſitũ accidit:nam obiectum diſconueniẽs quod coniunctum
eſt/reſpuente anima/paulatim cor cõſtringitur:nec ſpiritus in mem/
bra ſufficienter diffunduntur:hinc exteriora infrigidantur:ſimiliter &
quędam interiora.In timore autẽ ſi obiectum cum ſpe fugiendi ap/
prehenditur/cor conſtringitur fortiter:& ſpiritus & calor ad inteſti/
na mouentur.unde timentium cor tremit:& vox & anhelitus minu/
untur:& inteſtina circa quæ ſpiritus & calor coartantur ſoluta:ſuper/
fluitates ęmittunt nec continere poſſunt:& facies palleſcunt.In vere
cundia autẽ & erubeſcentia natura ad confidentiam reſiſtẽdi excitat:&
exterioribus ſuccurrẽs genas colorat.In ira autem & audacia ſanguis
accenſus/cor inflãmat & dilatat:& exteriora quoqꝫ in vindictam cale
facit & aptat.Ex his cętera patent:nec ſpeciali deductione indigent:ni
ſi forte tu aliter ſentias. DIS.Non.Sed nunc qualiter mens eas re/
frenet virtutibus/exponendum eſt.Ita quippe cum nudiſtertius diui
Boetii philoſophicas conſolationes percurrerẽ:ſcriptũ reperi Gaudia
pelle:pelle timorem:ſpemqꝫ fugato:Nec dolor adſit/Nubila mẽs eſt
vinctaqꝫ frenis hæc ubi regnant.

Sanguis iudicium iuxta paſſiones

Cordis iudicium iuxta paſſiones

De diuiſione virtutũ in intellectuales Morales & theologicales. Capitulum.viij. MAG.

n On omnibus virtutibus mens utitur in frenandis paſſionibus
ſed moralibus tantum:nec tamen his omnibus. DIS.Quã
innuis virtutũ diuiſionem lucidius explana. MAG.Virtu/
tum quædam intellectuales/quædã morales/& alię theologicales vo
cãtur. DIS.Intellectuales quæ ſunt? MAG.Quæ intellectũ in
quo ſubiectant̃ perficiunt.ſpeculatiuum nempe intellectum ſapien/
tia/ſcientia & intellectus in operatione ſua dirigunt:ars & prudentia in
tellectum practicum regulant. DIS.Quæſo ne pigeat te latius
iſtec deducere.

Virtutes intellectuales.

De virtutibus intellectualibus intellectu ſcien- tia & ſapientia. Capitulum.ix. MAG.

i Ntellectus ſpeculatiui opus theoriā ſiue ſpeculationē: finē autē
ſcire liber undecimus ſupra edocuit. Scibiliū autē quędam eſſe
principia & q̄dā cōcluſiones logica patefecit. pricipia ꝟo mox
cognitis terminis ab intellectu app̄hendunt̄ lumine naturali: termino
rum autē cognitio a ſenſu orit̄. ut omne totū eſt maius ſua parte: q̊d ſi
frequētius iteratū fuerit: in intellectu fit habitus quidā ad huiuſcemo
di app̄henſionē/intellectum abilitans & inclinans: & eodē noīe (ſcʒ in
tellectus) nominatur. Rurſus autē cōcluſiones ꝑ pręmiſſas & reſolu/
Scientia tionē earundē uſq; ad principia/via demōſtrationis inueſtigant̄: & in
de habitus generatus ſciētia dicit̄. Huius ſpecies in principio operis p̄
miſimus. Opinio autē & ſuſpitio: cū circa falſum eſſe poſſint/Virtutes
nō ſunt. Ad noticiam vero altiſſimarū cauſaꝝ/ q̄ via naturæ/ certiſſi/
mę ſunt & maxime intelligibiles: intellectū noſtrum (qui ad hęc ſe ha
bet ſicut oculus nycticoracis ad radium ſolis) inclinat habitus: quē ſa
Sapiētia pientiam vocamus. Hic habitus tanto cęteris p̄eminet quāto circa no
bilius obiectum verſat̄. hinc Ariſtoteles de cœlo & mūdo li. 2. ait. Ma
gnum eſt de rebus cœleſtibus poſſe aliquid cognoſcere: vel de rebus
☞ nobilioribus: etiā debili ratiōe. Et in libro de animalibus. Amabile eſt
inquit magis parum aliquid cognoſcere de rebus nobilioribus q̄ mul
ta de rebus ignobilioribus. Ex dictis facile eſt ſingulorꝫ definitiones ęli
cere. DIS. Elicias igitur. MAG. Intellectus eſt habitus pricipio
rum. Scientia eſt habitus concluſionis ꝑ demonſtrationē acquiſitus.
Sapientia autē cognitio eſt rerum diuinarum. Vnde & Apoſtolus in
ter hos duos habitus/ſcientiam videlicet & ſapientiā diſcernit ſcribens
Corinthiis. Alij inquit datur ſermo ſapientię: alij ſermo ſcientię &c.
Et diuus Auguſtinus de trinitate libro. xij. & xiiij. differentiam horū
late proſequitur. Reliquum eſt ut habitus intellectus practici diſcutia
mus. DIS. Id ipſum volui.

De arte & prudentia habitibus intellectuali- bus: & q̄ prudēs eſſe nemo poſſit niſi etiā bonus ſit. Capitulum.x. MAG.

i Ntellectus practicus circa cōſiderationē veritatis quā ad opus
ordinat duplici via incedit. Prima ut opus tm̄ ſit ꝑfectū ex recta
ratione. ex huius frequentatione habitus generat̄: intellectum
Ars ad operationē abilē promptūq; reddens: hūc philoſophi artē nomināt
Secunda via eſt qua intellectus veritatē ad opus ordinat: ut ipſe ope
rans perficiatur: & in ſuis actibus ordinet̄. hinc generatus habitus in
prudentia tellectum ad huiuſmodi abilitās. Prudentia dicitur. Horꝫ autē habituū
differentia ex definitionibus ſuis darius habetur. DIS. Has igitur

in medium ferre haud recuſes. MAG. Ars (ut ait Ariſtoteles li. 6. Ethicorum) eſt recta ratio rerũ factibiliũ. Facere autẽ ut idẽ teſtatur li. nono methaphiſicę. eſt actus tranſiens in exteriorẽ materiã ſicut ędificare: ſecare: ſcribere: & huiuſmodi. Ars itaq; habitus eſt factiuus cũ recta ratione: id eſt ratio directiua factionum in rebus exteriobus. Non igitur artis eſt artificem bonum facere: ſed opus: ideo nõ habet perfecte rationem virtutis. Prudentia autẽ eſt recta ratio agibilium. Agere autẽ per philoſophum ubi ſupra eſt actus permanens in ipſo agente. ut intelligere velle conſiliari & huiuſmodi. Prudentia ergo eſt ratio directiua: actionum in ipſis operantibus: & habet rationem virtutis perfectę quia impoſſibile eſt (inquit philoſophus libro. vi. Ethicorum) eſſe prudentem & non exiſtentem bonum.

Facere

Agere

Quomodo differt Ars & Scientia. & quæ artes liberales: & quæ mechanicę. Ca. xi.

DIS. Dic obſecro in quo artẽ a ſcientia diſtinctum habitũ dicis: cũ ſciẽtiarum nõnullę etiã artes nominari ſoleant: patet de Grãmatica Logica Rhetorica &c. MAG. Quas opponis ſcientias/ etiã noĩari artes manifeſtũ eſt: nõ tamẽ ꝑprie: ſed extento artis noĩe nam in ipſis reperiť aliquid ꝑ modum operis. utpura ſyllogiſmorum fabricatio: opus numerandi aut menſurandi &c. Dicunť autẽ hę ſciẽtiæ artes liberales: ad differentiã mechanicarũ: nam illę animũ liberũ permittunt circa opus propriũ q̊d eſt cõſideratio veritatis. Hę a tali opere ad exteriora recedere/ adulterari & mechari faciũt. Vnde & mechanicę dicuntur. Snnt autẽ homini neceſſarię. cecidit em̃ homo per peccatũ in ignorantiã/ & iuuať ꝑ ſapientiã: in concupiſcentiã/ & iuuatur ꝑ virtutem in infirmitatẽ & defectus multos/ & iuuatur ꝑ artem mechanicam. nemo em̃ carnem ſuã odio habuit. Inuenit igitur humana ratio ad ſingulas corporis neceſſitates ſingulas artes: quæ tñ ad ſeptenarium a doctis reducũtur (ut patet in politicis) videlicet lanificiũ. Armatura ſiue fabrilis: Nauigatio: Agricultura: Venatio: Medicina & theatrica. DIS. Harum rationes veloci ſaltem ac breui ſermone percurras.

Artes liberales

machanicę.

De artibus machanicis in ſpeciali: & quę a nobis poſſint exerceri. Capitulum. xij.

MAG. Lanificium quę prima eſt cõtinet operationes nendi/ cõſuendi retorquẽdi: & q̃ fint manu/ acu/ fuſo/ pectine/ ſubula/ calamiſtro/ girgilo/ alabro: in materia lini/ lanæ/ canapi/ pelle/ pilo/ & ſuberis. Inſuꝑ uſum: floccorum: filtrorum: ſagorum: ſagmatũ: funiũ: matularũ: & ſportarũ ex ſtraminibus vel viminibus. Armaturę ſpecies duę ſũt Architectoria & Fabrilis. Architectoria in Cementariã & carmentariã partiť. Fabrilis in malleatoriã/ fuſoriã & ſculptoriã diuidiť. Continetur igiť ſub armatura qdquid armorum eſt. Ibi artifices metellarij/ alchi

Lanificiũ

Armaturæ architectoria

Fabrilis

miſtæ:& q̃ operanť dolabris/ſecuribus/lima/ſerra terebro/trulla:in oſſe
Nauigatõ arena/lapide/luto/latere/& ligno &c. Nauigatio cõtinet omnẽ induſtri
am emẽdi:vendẽdi:mutuãdi: in domeſticis & pegrinis nauigatiõibꝰ
Verũ tñ mercatura etiã aliĳs modis ꝙ̃ nauigatiõe fieri habet. Eam aũt
agricultu Tullius ſordidam nominat. Sordidi etiam ſunt q mercantur a merca
ra. toribus q̃d ſtatim vendant.nihil.em̃ proficiũt niſi admodũ mentianť
ager Agricultura oẽm agri cultũ complectiť. Quadruplicẽ aũt agrum di
aruum ſtinguũt ſcꝫ Aruũ. qui ſationibus & ſegetibus deputatur. Conſitũ qui
conſitum nemorius conſtat:vinetis:oliuetis & pomerĳs. Paſcuũ: q paſcua ger,
paſcuum minat.ut prata. Floridũ.ut eſt ortus & Roſarĳ Hanc Tullius li. primo
floridus Officiorũ laudat dicens omniũ rerum ex qbus aliquid acquiriť nihil
eſt agricultura melius:nihil uberius:nihil dulcius:nihil libero homĩe
Venatio. dignius. Venationũ alia Ferina:alia aucupium:alia piſcatura. Omne
igiť venandi genus ſiue in terra:mari:aquis & aere continet. Inſuper &
omnia officia piſcatorũ:carnificũ:coquoꝝ:cauponũ:& tabernarioꝝ
Verumtñ ante diluuium eſus carniũ in uſu nõ erat:teſtatur ſanctus
Hieronymus & canon.xxxv.diſ.ab exordio. Medicina:corpus vel tu
Medicina etur vel reſtaurat ſalutẽ:ſub qua chyrurgia: apotecarioꝝ: pigmẽtari
orũ:balneatoꝝ:raſorum turba militat. Theatrica cõtinet omnes artes
theatrica. ad ludos ptinentes. Eſt autẽ ludus aut gymnicus:Agon:Circẽſis:Sce
nicus aut Gladiatorius. Gymnicus q in gymnaſio exerceť per ſaltum
ludꝰ gim curſum:iactũ:virtutem:atqꝫ luctationẽ. Agon quoqꝫ in curſu:celerita
nicus te:ſagittãdi peritia:ad cytharam quoqꝫ & tibias/incedẽdi geſtibus cõ
ãgon ſiſtebat. Circenſes ludi a circũeundo dicti ſunt. Scenicus ĩ theatris ex
Circenſis ercebať:in qbus in parata domũcula ꝙ̃ ſcenam dicunt:Comici Tra
Scenicus gici Hiſtriones & mimi fabulas recitabãt. In Amphitheatro gladiato
gladiato/ rius cũ actibus militaribus exercebať. In phanis aũt deoꝝ laudes:etiã
rius. nõ ſine obſcœnitate decantabanť & demõſtrabanť/in arenis pugiles
inter ſe:& cũ beſtĳs exercebanť. In cõuiuĳs alearum ludus:rithmi,&
muſica frequẽtabať. DIS. Qui omniũ dictaꝝ artium primi exti
tere inuentores? MAG. Capitulũ quartũ libri Geneſeos nõnullos
enumerat. Sed gentiliũ vanitas alios aſſignat:nos ad reliqua propere
mus:nam & ſi ſine his nõ edificeť ciuitas (ut ait Sapiens) non tñ ſede
bunt ſup ſellam iudicis:& teſtamentũ iudicĳ nõ intelligẽt:nec palã fa
cient diſciplinã & iudiciũ:ſed ſolum opationi artis vacabunt Non igi
tur ingenuis & ſingulari ingenio p̃ditis adoleſcẽtulis (de quoꝝ nume
ro unũ te habeo) hę artes exercẽde ſunt. A chriſtifidelibus inſup non
nullę quaſi illicitę & ſaluti cõtrarię habenť: maxime aũt theatrica:ꝙ̃
tũ ad multas eius ſpecies. Demũ ex animo tuo nunqꝫ diſcedat/quã
tum p̃cioſiſſimi temporis Reges principes Comites Nobiles Diuitia
rum affluentia ſplendentes & (q̃d execrabilius eſt) Clerici diuino cul
tui mancipari in venationũ inutili:laborioſa & piculoſa arte ãmittunt
propter anſerem quidẽ viliſſimũ:pauperrimis viduis pupilliſqꝫ panẽ

ſegetibus pullulantē: quadrupedū tritura perimētes cōculcātesq;, reſti/ tuent procul dubio eo loco q̄ ipſi paupertimi erūt. DIS. Nihilomagis in procerū caterua obteſtor. MAG. Iuſte. Sed nunc ſi libet pruden tię cōditiones enodabimus. DIS. Libet utiq; perplacetq;.

De prudentia & partibus integralibus: & quō fu/ tura ſcire poſſumus. Capitulū. xiij. MAG.

PRudentię naturā tunc facilius intelligemus: ſi datę definitioni ipſius/etiā diuiſionē p oēs partes explicitā adiunxerim⁹. DI. Definitio prudentię (ni fallar) hęc eſt. Prudētia eſt recta ratio a nobis agibiliū. MAG. Auguſtin⁹ quoq; li. 83. q̄ſtionū ait. Prudentia eſt cognitio rerū appetendarū & fugiendarū. alludit p oīa li. 1. de libero arbitrio. Tullius vero .ij. Rhetoricę ait. Prudentia eſt rerū bonarū & malarū verarūq; ſcientia. Sed iuriſconſultus in. l. iuſticia. pa. iuris prudētia. ff. de iuſt. & iur. ita definit. Prudētia eſt diuinarū humarūq; rerū noticia iuſti atq; iniuſti ſcia. DI. Idē ſi bene memī dicit inſti. eodē pa. 1. Sed de his ſatis: ad prudētię diuiſionē pergamus. MA. Prudētiā in partes integrales: potētiales & ſubiectiuas inuenio partitam. DIS. Integrales q̄ & q̄t ſūt? MA. Memoria Intellectus Ratio Solertia Docilitas Prouidentia Circūſpectio & cautio. Tria ultima prudētiā integrāt ut eſt p̄ceptiua, reliq̄ ut eſt cognoſcitiua. DIS. Hęc latius explana. MAG. Prudentiā eſſe circa cōtingentiā agibiliū: definitio data in ſupiorib⁹ indicat. Hoꝝ autē cognitio ſi p̄terita ſint: memoria dicit̄. ſi p̄ntia vel inſtātia intellectus noīat̄. & freq̄nt̄ ex memoria naſcit̄. Nam in cōtingentibus agibilibus ut pl'im futura ſil'ia ſunt p̄teritis. ait phūs. ij. Rhetoricę. Vnde prudēs arguit. Si talia talibus cōcurrētib⁹ hactenus accidere potuerūt: ſic & nūc & in futurū accidere p̄nt. Sic em̄ Sapiens docet dum inq̄t. Memēto q̄ ante te fuerūt. Et Seneca. Qui de p̄terito nihil cogitat vitā pdidit. Vnde de prudenti Iuda machabeo ſcriptura teſtat̄: an̄ viderat valida caſtra inimicoꝝ/victorias patrū p̄teritas ad memoriā reuocans militū ait, memētote quō ſalui facti ſunt patres noſtri. Rurſus autē habita recta exiſtimatiōe de fine: via memorię & ītellectus/media in promptu inueniēda ſunt p q̄ finis attingi poſſit: & id fit p ſolertiā: q̄ (ut ait Ariſto. 1. poſterioꝝ) eſt ſubtilitas inueniēdi mediū in nō pſpecto tp̄e. inuētis autē medijs/opus eſt ea debite poſſe applicare ad finē: regulas uniuerſales ad pticularia ꝯiūgere & ex notis procedere ad noticiā nondū cognitoꝝ: hoc ptinet ad rationē: q̄a vero nec oīa bn̄ cōſiderare poſſum⁹ occurrētia circa agibilia (q̄m pticularia ſūt) ab alijs edoceri: p̄cipue autē a ſenib⁹ & expertis indigemus. Vnde & Sapiens ait. In multitudine p̄ſbyteroꝝ: id eſt ſenioꝝ prudentū ſta: & prudētię illoꝝ ex corde cōiungere. Id autē fit p docilitatē q̄ quis diſciplinabilis efficitur: & alioꝝ conſilijs acquieſcit. Amplius futura q̄ circa agibilia occurrere poſſunt pſpicere; & ad finē cum p̄ſentibus cōue/

prudētia

partes integrales prudētię

futurorū pſcientia

Solertia

nienter ordinare neceſſe eſt: quod fit ꝑ ꝓuidentiã quæ eſt futuroꝝ. nã p̃terita aut actu p̃ſentia aliter ordinari nõ poſſunt. Circũſtãtias etiã negocii prius inuentis & ordinatis in finẽ cõparari oportet: q̊d fit ꝑ circũſpectionẽ. Oportet demũ etiã vitare impedimenta & cauere: ne vitia ꝓ virtutibus ſe ingerant. quod fit ꝑ cautionẽ. Hęc octo ſub cõpẽdio ſcriptura cõmemorat dum ait. Gens abſq; conſilio eſt & ſine prudẽtia utinã ſaperẽt & intelligerẽt: & nouiſſima ꝓuiderẽt / ſapierẽt ſc; p̃terita ꝑ memoriã intelligerẽt / p̃ſentia ꝑ intellectũ / rationẽ / ſolertiã / & docilitatem ac nouiſſima ꝓuiderent: ꝑ ꝓuidentiã circũſpectionẽ & cautionem Poſſumus eñ nos cognoſcere futura / ſaltẽ in ſuis cauſis. Deus autẽ ut in ſeipſis: & quibus voluerit ꝑ ꝓphetię donum cõmunicare.

De prudentię partibus potentialibus quę ſunt ευβουλια γνωμη συνεσισ. & de dono conſilij. Capitulum decimumquartum.

DIS. Partes potentiales prudẽtię Onſequenter prudẽtię partes potẽtiales ediſſere. MAG. Prudentię partes potentiales tres ſunt: ſc; Eubulia Syneſis & Gnomi, prudẽtię equidẽ principalis actus eſt recte p̃cipere: de p̃cipiendis autẽ primũ conſiliari: dehinc iudicare oportet. Primũ ad Eubulia Eubuliam, ſecundũ ad Syneſim & Gnomin ꝑtinet. Eſt eñ Eubulia rectitudo conſilii ad finẽ bonũ / ꝑ vias cõgruas & tp̄e cõuenienti. unde εὔβουλοσ. id eſt prudens ſiue bene conſiliatiuus: & talis nec velox nec nimis tardus & firmus eſſe debet. DIS. Cur autẽ addis ad finem bonũ? MAG. Quia cõſilium bonũ nullum eſſe põt ſi finis malus in conſiliando ꝓſtituatur: aut ad finẽ vię malę inueniãtur. Hoc ipſum vocabulum inſinuat: dicitur enim Eubulia ab eu quod eſt bonum & Bonum conſilii απο του βυλη: id eſt conſiliũ quaſi bonũ conſilium. Non igiť recte cõſiliatur latro ad latrocinium. quia finis malus. nec fur ut furto pauperi ſuccurrat: nã & ſi finis bonus ſit (ſc; pauperi ſubuenire) via tñ illicita eſt per furtũ. ut teſtať beat⁹ Auguſti. & c. xiiii. q. v. Forte. ita videre eſt ĩ Syneſis aliis circũſtantiis actus moralis. DIS. Syneſis q̃ eſt? MA. Quę recte iudicat de conſiliatis ſcd̃m leges cõmunes: huius iudiciũ iuſticia Gnomi legalis exequitur. Gnomi autẽ recte iudicat de conſiliatis ſi leges deficiunt. & huius iudicium epikeia exequitur. ut ꝙ furioſo depoſitus gladius reddendus nõ eſt. Interdum etiã ex cauſis oportet a cõmuni lege diſcedere. Quoniã vero (ut ait Sapiens) cogitationes mortalium ☞ timidę / & incerte ꝓuidentię noſtrę / indiget homo neceſſario in his q̃ ad ſalutem ſunt / & rempublicam / ab altiori principio dirigi: a quo datur his qui ſyncere petunt donũ conſilii: per quod ſpirituſſanctus mo- donum conſilii uet hominẽ per modum ſalubrioris & certioris conſilii.

Prudentię partes ſubiectiuę enumerantur & prudentia monaſtica homini utilis & neceſſaria comprobatur. Ca. xv

DIS.

partes ſubiectiuæ prudẽtię

Eſtat ut prudentię partes ſubiectiuas ędoceas: MAG. Prudentię ſpecies quinq; ſolent aſſignari. ſc; prudentia monaſtica Economica Politica Regnatiua & Militaris. Prima neceſſaria eſt homini quantũ ad ſe. Secũda homini ut familiã ſuam gubernet. Tertia homini ut ſe policię rectori debite ſubijciat. Quarta ut quis rẽpublicam ſtrenue regat. Quinta ut Ciuis bonũ cõmune ſtrenue defẽdat. DIS. Has igitur ſpecies ſub breuitate explanes. MA. Prudentia ſingularis homini neceſſaria eſt ad ſalutẽ: nam cognitionẽ ſui docet ſine qua (ut ait Bernhardus ſup Cantica) nemo ſaluatur. Vnde homo cum in honore eſſet nõ intellexit (ſc; ſeipm) cõparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Vnde & Helimãdus ſcribit in templo Apollinis tale oraculũ fuiſſe datũ γνωτι σεαυτον, hoc eſt noſce teipſum. Ex hoc nempe homo ſe humiliat: & unicuiq; quod ſuum eſt reddit: iuxta pcepta legis naturę & decalogi / de quibus differendi locus hic nõ eſt. Hanc Richardus deſcribit dicẽs. Monaſtica ſcientia eſt q̃ ſui curam gerens / cunctis ſeſe erigit & exornat virtutibus: nihil in vita admittens quo non gaudeat / nihilq; faciens pœnitendum.

prudentia mõaſtica

De prudentia Economica. & qualiter uxor ſit regenda. inſuper quibus virtutibus mulier pollere debeat. Capitulum. xvi.

Prudẽtia Economica

DIS: PRudentiam Economicã declares. MAG. Hac prudẽtia indiget qui familiam regerẽ habet: prudentiã tñ monaſticã nõ negligat: nã qui ſibi nequã eſt: cui bonus erit? In familia autẽ ut dicitur libro primo politicorum tres cõmunitates neceſſarię ſunt. viri ſc; & uxoris pter opus generationis, Domini & ſerui propter opus adminiſtrationis. Patris & filij pter ppetuitatẽ: quod fieri neqt ſi patri filius nõ ſuccedit. Ad has cõmunitates ſingula prudẽtię regimina accomodanda ſunt. In primo eqdẽ / vir uxori ſuę affabiliter cõuiuat: ne vita ei⁹ ſit cũ triſticia: aut cogatur extraneis ſolatijs ſe imiſcere: unde infamiã facile poſſet incurrere. In correctione vero / aliter cũ honeſta / alit̃ cũ contumace & ſupba oportet pcedere. Secundo vir uxorẽ decẽter tractet in ornamẽtia & aliis neceſſariis. Non em̃ ſicut ancilla: ſed ut ſocia tractanda eſt: qa nõ de pedibus: ſed latere viri eſt formata. Aliter autẽ eſt uxor ciuis / aliter militis / aliter regis ornãda ſcđm diuerſitatẽ tẽporũ & locorum. Ideo infœlices Macedones phũs in rhetorica noiat: eo q̧ ſuis uxorib⁹ illicita pmittebãt. Rurſus Valeri⁹ maximus Romanos cõmẽdat: quia uxoribus de neceſſariis puidebant. Tertio vir uxorẽ ſine zelotipia diligat. ne ſibi cõtinuã cordis anxietatẽ / & uxori uõ ſeruandi fidej incitamentũ pręſtet. qui ſecus ad uxores ſe habẽt / damna multa nõ ſcripto: ſed experimẽto addiſcẽt. Rurſus autẽ uxor debet eſſe caſta & pudica. / verecũda & taciturna / pia & diſcreta. Caſta qdẽ eſſe debet: ne vinculũ matrimonij indiuiſibile ſoluat: & ne illegitimi cũ legitimis viro

viri & uxoris

Vxor ſit caſta

in hereditate ſuccedant. Vnde fornicatio mulieris periculoſior eſt q̄ vi
ri. Caſtitatis vero cuſtos eſt ſobrietas. unde ut ait Valerius Maximus Vale
Pudica Romanis mulieribus uſus vini olim ignotus erat. Sit & pudica q̄tū ad maxi
exteriores corporis geſtus. Mulieris em̄ eſt (ut inqt Chriſoſtom⁹) do chriſ
mi philoſophari & a diſcenſibus ſe cohibere: nec nimiū abuſionis gn̄s
verecūda eſt mulier ſine pudicitia. gratia aūt ſuper gratiā mulier ſancta & pudo
rata. Sit etiā verecūda. ne dicatur ei illud Hieremię. 3. frons mulieris Hiere
meretricis facta eſt tibi/noluiſti erubeſcere. Inuerecunda qppe mulier
attētare audet quod vir nō ppetraret. Verecūdię aūt ſignū eſt tacitur
nitas: q̄ eſt (ut ait phūs) ornamentū mulieris. q̊d laudatū inuenitur a Phūs
Sapiente. Mulier ſenſata & tacita nō eſt īmutatio animę erudite. Sit in Ecc.
pia diſcre ſuper pia & diſcreta: ut familiā cum qua ſemper cōuerſatur cōſoletur
ta. & pauperibus cū moderamine elemoſynam ęrogando cōpatiatur.

De Regimine ſeruorum/& unde Seruitus orta ſit. Capitulum. xvij. MAG.

Seruorū ortus ſEcūda cōmunitas familię eſt Domini & ſerui. Natura omnes
liberos genuit: fortuna aūt ſeruos conſtituit. Serui em̄ cœpe/
runt ppter appetitus corruptionē/intellectus tarditatē & tem
poralium penuriam. Primū manifeſtū in Cham filio Noe: qui ppter geñ.
maliciā ſuam qua patris pudenda reuelauit: ideo ipſe & poſteritas ſua
ſeruituti eſt deditus. ſic rebelles & in bello victi mancipia/ quaſi ma/
nu capta dicebantur: & ad ſeruiendū ſeruabanť. Secundū cōueniēs ęſt
nam intellectu tardi/ magis ſunt robuſti & ad onera ſuſtinenda apti.
ęcontrario corpore debiliores/ſunt magis ſapientes: & ad regendum
alios abiliores. Tertiū cōmuniſſimū eſt. penuria nanq̧ rerū tempora
lium plurimos etiā honeſtos & ingenio pollentes ſeruire cogit: etiam
his qui ſerui ſunt ſeruorū eorū/id eſt peccatorū. Hos aūt cōſolatur di
uus Auguſtinus li. 4. de ciui. dei. c. 3. dicens. Bonus ſi ſeruiat liber eſt: Aug
malus aūt ſi regnet/ſeruus eſt/nec unius hominis/ſed q̊d grauius eſt
Dn̄orū er tot dominorū quot viciorū. Debent itaq̧ Domini ad ſeruos tali pru/
ga ſeruos dentia uti/ut ſint in loquendo placidi: ne verbis durioribus exaſperē
prudentia tur. unde Seneca. Qui in ſeruos ſuos iraſciť & crudelis eſt/ſatis oſtē Sene
dit ptātem ad alienos ſibi defuiſſe. Seruis igitur hilarē te preſtes (in/
quit) ſuperiorē te colant potius q̄ timeant. Nimiā tamē erga eos fami
liaritatē caueant: quia cōtemptū parit. Sint in remunerādo benefici/
ne neceſſitate cōpulſi furentur. Sint & in mandando diſcreti: ne nimis
oneribus laborū grauenť. unde & Dominus in lege eos die ſeptimo Deu.
Seruorū quieſcere: & anno ſeptimo liberos a ſeruitute iuſſit exire. ecōtrario ſer
item erga ui debent eſſe fideles in cōmiſſis ſibi a Dominis: ut bona eorū cōſer/
dominos uent. Sint intelligētes in pcœptis: ut q̄ Domini moneant: recte intelli
gant: & q̄ intellexerunt cū obediētia exequanť. ſic em̄ erunt decentes
in obſequijs. nō em̄ decet ſeruū quod iuſſus eſt/ſi poſſit: cauillationi

bus ſuis protelare. Vnde dicitur. Non ſit mihi ſeruus medicus: ꝓphe
ta ſacerdos. Medicus eſt ſi iuſſus afferre aquam frigidam: eam ſanitati
cõtrariam perſuadet. Propheta eſt: ſi miſſus ad debitorẽ: eum iam nõ
poſſe domi reperiri ſyllogiſat. Sacerdos deniq; cenſetur: ſi quod inui
tus facit: ſaluti animę cõtrariũ arguit. Decentia autẽ in obſequio tunc
ſeruatur: ſi nõ modo corpis munditia/ ſed & moꝝ integritas cuſto/
ditur: ne uxor: ne filij: & filię corrumpanẽ. Nã ut ait Menander. Cor
rumpũt bonos mores colloquia praua. q̊d & Apoſtolus approbat.

De regimine filiorum a patribus & pe/ dagogis. Capitulum. xviij. MAG.

Ertia familię cõmunitas eſt patris & filij. Iure equidẽ naturali
Ciuili & diuino pater circa filios ſollicitus eſſe debet: ipſis mi/ Parentũ erga filioſ prudentia
niſtrando nutrimentũ: q̃tũ ad corporis neceſſitatẽ: & diſciplinã
quantũ ad morũ honeſtatẽ. Nam ut ait Apl'us. 1. ad Timoteũ. v. Si
quis ſuoꝝ & maxime domeſticoꝝ curã nõ habet: fidem negauit. Pri
mũ nec bruta quidẽ negligunt quantũcunq; ferocia: ſed ſingula fili/
os ſuos ſumo ſtudio alunt: donec ad debitã perducta fuerint quãtita
tem & robur. l. 1. pa ius naturale. ff. de iuſt. & iure. Crudeliores itaq;
beſtijs erunt qui liberis ſuis alimenta nõ preſtant: nec alimenta tan/
tum preſtare ſufficit: ſed & ſubſtantiã in hereditatẽ relinquere debent
xvi. q. 1. p̃dicator. & Apl'us ait. Non debẽt filij theſauriſare parẽtibus
ſed parentes filiis. Filius tñ Patrem egentẽ cogitur alere. xxij. q. 4. c.
Inter. Secundũ rurſus beſtias ꝓ modulo ſuo imitari videmus: quo/
niam ęducatos pullos ad mores & actus naturę & ſpeciei ſuę cõueni
entes ꝓuocant. Hinc leo catulos ſuos ad predã ducit: Aquila pullos
ſup eos volitans: ad volandũ ꝓuocat & ſic videre eſt in ſingulis. Sto
lidior eſt igitur hic beſtia: q filios ſuos ſi ad meliora ſtudia inducere no
lit: ſaltem eos manuũ ſuarũ labores manducare: & artem qua ipſos
ęnutriuit nõ ędocet: ſed ociari/ taxilloꝝ ludo queſtũ quęrere/ hic ſcor
tari: furari: latrocinari: tandemq; morte turpiſſima interire permittit.
DIS. Heu q̃tũ hęc ſtultitia noſtra ętate nõ modo plebeos: veꝝ alti
oris ordinis homines obcecauit. Sed dic quęſo ſumatim quãdo & in
quibus maximope filij a parẽtibus ſint ędocendiſ. MA. Ab ineun
te ętate. Nã ut ait Horatius in epiſtolis. Quo ſemel imbuta recens ſer
uabit odorẽ Teſta diu. & Seneca libro de moribus. Educatio quidẽ
& diſciplina mores facit: & id ſapit quiſq; q̊d didicit. Eſt eñ ut ait Ari
ſtoteles Conſuetudo altera natura: ſeu alterat naturam: in hoc differẽs
tantũ: q natura ſemp eſt: Conſuetudo ſępe. Hinc & Seneca libro ſecũ
do de ira Educatio filiorũ maximã diligẽtiam plurimũ ꝓfuturam de
ſiderat: facile eſt eñ animos teneros cõponere: ſed difficile ſcinduntur
vitia q̃ nobiſcũ creuerunt. Et Ouidius in epiſtolis. Ars fit ubi a teneris
crimẽ cõdiſcitur annis. Quod & Salomon teſtatur. dicens: Adoleſcẽs

iuxta viam ſuam graditur cum ſenuerit non recedit ab ea: nam & ab adoleſcentia omnis ętas ad malũ prona eſt. Verũtamen in diſciplina tenendus eſt modus ętati cõgruens. Tractari equidẽ mollius ętas imbecilla ſolet ait Horatius cui & Quintilianus alludit dicens. Ingenia puerorũ nimia ęmendatiõis ſeueritate deficiũt: nam & deſperant/ & dolent ac nouiſſime oderũt q̃dq; maxime nocet/ dum oĩa timent nihil conantur. DIS. Manifeſta ſunt hęc. Nũc in q̈bus inſtituendi ſunt aperias. MAG. In arte/ moribus/ ludis & ſocietate. Ad primũ monet cẽſor morũ Cato. Si tibi (inq̈t) ſint filij/ nec opes: tunc artibus illos Inſtrue quo poſſint inopẽ defendere vitã. Et rurſus. Diſce aliq̈d: nam cũ ſubito fortuna recedit/ Ars remanet: vitãq; hoĩs non deſerit unq̃. Vñ & Octauianus Auguſtus liberos ſuos in omni arte fecit erudiri: ut ſi qñ ad ęgeſtatem venirent/ haberent unde honeſte viuerẽt. In moribus vero: ut cibum & potũ parce ſumant/ paſſioneſq; refrenẽt. Ex cibo nempe & potu ſupfluo naturam in principijs vitalibus ęneruant: ingenia perdũt fiũt laſciui/ rixoſi/ in verbis procaces/ & in ſenſu ꝓprio pertinaces. Singulis tu cauſas naturales reddes/ ſi tantillę ętatis & vini paſtuſq; ſupflui naturas attenderis. DIS. Verum: nec in his te latius ĩmorari volo. Sed dico ro per ludos q̈d intelligis? MAG. Nõ illũ qui fortunę innititur. ut ludus chartarũ/ taxillorũ &c. nam hi ludi non modo lege diuina ſunt inhibiti/ ſed etiam impialibus cohercendi Sed eum ipſum exerceant quẽ Philoſophus in politicis neceſſarium aſſerit in vita humana. Et eſt quędã deductio p quã vitantur tedia vitę/ inertia corporis & pronitas ad laſciuiã. Ocioſi nãq; eſſe nõ poſſunt Non autẽ ſemp in diſciplinę ſumo rigore tenendi ſunt: ne deficiant: nam quod caret alterna requie durabile nõ eſt. Ludis igitur honeſtis animi & corporis exerceant: ludis quidẽ animi/ audiendo hiſtorias/ fabulas honeſtas &c. ludis quoq; corporis/ currendo/ ſaltando/ ſagittando & alijs quę mẽbra abilitant: & animũ mala cõtagione nõ illaqueant. DIS. De ſocietate q̈d affers? MAG. Societas praua ut peſtis fugiẽda: bona vero amplectẽda eſt. Nã ut teſtatur Propheta regius. Cũ bonis bonus eris: cum puerſis puerteris. Et ſi una ouis morbida totũ gregẽ inficit: multo magis praua ſocietas teneros animos molles & impręſſioni diſpoſitos facillime ledit. Heu ſine ſcriptura hoc cõfirmat crebra experiẽtia. Socient igitur filij honeſtis: & ſumo ſtudio ęducant in diſciplina & correctione dñi: ut ea quę fidei ſunt & ad cultũ Dei ptinent teneris inbibant annis: cũ cito ſunt creduli/ nec rõe; querẽtes Nõ autẽ Deo tantũ: ſed & parẽtibus & ſenioribus reuerentiam noſcant exhibere. nam filius cõtumax & inobediẽs a Moſe iuſſus eſt lapidari & alibi. coram cano capitę cõſurge: & honora pſonã ſenis. In cura itaq; & correctiõe filiorũ Parentes ſint ſolliciti ne cũ Heli ſacerdote iuſto dei iudicio ſubita morte occumbant. Pedagogis quoq; ea ipſa & longe amplior cura/ ſtudiũ/ & induſtria habẽda eſt. Alia tamẽ

geñ q.1. qui Cato phũ tico pſal. ad E quin Deut 21. L 1. Reg de Si c. lic

circa ingenia/ingeniorumq; ad militiam ſpiritualem aut ciuilem aſſu
mendorum ratio eſt. De quibus in alium tractatum prolixior ſermo
ſeruandus eſt: nunc ad prudentiam politicam tranſeamus.

De Prudentia politica regnatiua. & ea quę eſt in ſubditis. Capitulum. xix. MAG.

Riſtoteles politicę prudentię duas ſpcies eſſe voluit: Architecto
riam in principe/& politicā in ſubditis. DIS. Architectoria Prudentia
quę eſt? MAG. Ea quę dicit regnatiua ſiue legis poſitiua. Prin Politica
cipi nanq; incumbit deo placere: populo ꝓ poſſe ſatiſfacere: reipubli architecto
cę ꝓuidere: & rectas leges condere. Per primū ppl'i timorē & reue/ ria.
rētiā acquiret. ut patet de Salomone libro Regū. iij. c. 8. & 9. Vnde &
Claudianus. Cū ponit orbis regis ad exemplū; nec ſic inflectere ſen/
ſus Humanos edicta valēt q̄ vita regētis. Mobile mutat ſemp cū prin
cipe vulgus. Per ſecundū amorē & dilectionē populi ſibi conciliabit:
non em̄ quiſpiā contra regem murmurabit: ſi ipſum oēs non nimis ſe
uerū/prudentium cultorē beneficientium retributorem/& delinquen
tibus punitorē ęquum videbunt. Per tertium & quartum rempubli/
cam integrā conſeruabit: ne deficiente annona populi inedia deficiāt:
aut a quopiā calūniā ſuſtineāt. DIS. Nunc de politica pauca addas.
MAG. Prudentia qua ſubditi nouere principi obedire: & ciuibus cō Politica
uiuere cōmune nomē retinuit: & politica dicta eſt. Suut autem ut de
ſcribit Tullius libro primo de officiis in republica perſonę triplices: Iu
dices ſc; ſiue Magiſtratus Ciues/& peregrini. ut etiam clarius expreſſit
ſcriptura in lege Moſi. vnde & magiſtratib9 ait. Iudices & magiſtrat9
cōſtitues in omnib9 portis tuis (antiqui em̄ ſolebant iudices cauſas in
portis ciuitatis audire) ambiguę autē cauſę & arduę ad unū tantū ſum
mūſc; ſacerdotē referebant. De ciuib9 ſtatuit ne ſe in puis rebus mole
ſtarent dicēs. Ingreſſus vineā proximi tui/comedas uuas quantū tibi
placuerit: foras autē ne efferas tecū. In mutuo nec uſuras nec pignus
reciperent p̄cepit: nec etiā importune exigerent. De peregrinis vero ait
aduenā non cōtriſtabis neq; affliges eum. Mandauitq; tertio anno de
cimā fieri ꝓ peregrinis pupillis & viduis. DIS. Mira conditoris ſa
pientia/ſingulis prouidens neceſſaria. MAG. Mira utiq; attingens
a fine uſq; ad finem fortiter & omnia diſponēs ſuauiter. DIS. Reli
quum eſt ut prudentiam militarem percurramus.

De Prudentia militari: & his quę militem ornant. Capitulum. xx. MAG.

Ilitaris prudētia eſt operis bellici/ordinata ad defenſionē bo
ni cōmunis ut pax habeatur. Ob hanc equidē cauſam tantum
bellū gerēdū eſt De hac Prudētia multi diſſertiſſime ſcripſerūt prudentia
attamē nō tam lectione q̄ exercitio addiſcāt. Verūtamē videat bonus militaris

miles ut in primis deū/a quo fortitudinis donū accepit bñdicat:pura
intētione pugnet hoſtibꝫ fidem ſeruet:victis quoqꝫ miſericordiā pſtet
ſic eñ Auguſtin⁹ Bonifaciū inſtruit. Et ſanctus Ioan.baptiſta militi/
bus regulam ſtatuens dicit:neminē cōcutiatis/neqꝫ calumniā faciatis:
& contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Lucæ .iii. Bernhardus inſup ſcri
bens ad milites templi: nō mediocriter corripit eos qui ſe & equos ſe
rico operiunt:haſtas/clipeos/ſellas/frena/ & calcaria depingunt: au
ro argentoqꝫ ornant. Militaria inquit ſunt hęc inſignia: an muliebria
potius ornamenta? Nunqd forte hoſtilis mucro reuerebitur aurū gē
mis parcet:ſerica penetrare non poterit? & alibi. Vtilior eſt in cōflictu
Pericles lorica ferrea ꝙ ſtola linea. Hinc & Pericles phūs ait. Non pictura:nō
aurū:nō lapides:ſed ſcutum diuulſum:fracta galea:gladius hebes:fa
cies vulnerata cedunt militibus ad ornatū. DIS. Sed qui tāta ſuffer
re poſſunt? MAG. Non effœminati & in delicijs aſſueti:ſed hi tm̄ de
quibus Vegetius loquitur:qui ſub diuo & labore nutriuntur:ſolem
pacientes:umbrā negligētes balneorꝝ neſcii:deliciarꝝ ignari:& parco
cibo contenti. DIS. Heu ꝙ rarum phenice in terra noſtra ſimillimū
eſt hoc militię genus. MAG. Eos itaqꝫ reliquentes perſequi/ad vir
tutum diuiſionem redeamus. DIS. Hactenus de intellectualibus
diſſertum eſt:nunc ordo exigit ut morales adeamus.

De virtutibus moralibus in generali:& quare inter has quattuor cardinales dicunť. Ca.xxi. MAG.

M Orales virtutes ſunt quæ appetitū inclinant ad actus licitos &
honeſtos. Mos eñ inclinationē vel etiā conſuetudinē ad aliqd
agendum importat. DIS. Num etiā iſtę certo numero com
Virtutes morales pleſtuntur? MAG. Etiā fili. Duodecim eñ a phō ęnumerantur ſcꝫ
Prudentia Iuſticia Fortitudo Temperantia Manſuetudo Liberalitas
Magnificentia Magnanimitas Philotimia Veritas Amicitia ſiue affa
bilitas:& Eutropelia. Alię ꝗcunqꝫ ſunt ad has reduci habent. ut pate
bit in ꝓceſſu. DIS. Cur inter intellectuales habitus prudentiā ęnu
meratā etiā moralibus ꝓponis? MAG. Prudentia ſcd̄m eſſentiā in
tellectualis habitus eſt:ſcd̄m materiā vero moralis. Preponiť autē cę
teris:quaſi mater. iuxta c.pſentium.i.q.v. ubi diciť. Diſcretio id eſt pru
dentia mater eſt virtutū. Ad hanc etiā & tres in ordine ſequentes (q̄ ſūt
cardinales virtutes Iuſticia Fortitudo & Temperātia) omnes alię reduci habēt. Hinc iſtę
quattuor principales & cardinales dicuntur:quia ſicut in cardine ianua
vertitur/claudiť & aperiť:ſic in his virtutibus cor humanū vertiť ſcd̄m
rationē ut vitiis claudať:& bonis actibus aperiať. DIS. Moralium
igitur tractatū ꝙtocius aggrediamur:& cor noſtrū his cardinibus īmit
tamus. MAG. Omnis virtus moralis eſt vel circa actum interiorē
dirigendum ut prudētia:vel circa actum exteriorē ad alterꝝ ut iuſticia
vel circa paſſiones ſupra ęnumeratas, ut certe omnes ; ſic patet illud

Ouidij. Tendit in ardua virtus. DIS. Num & moralium rationes ſingillatim proſequi intendis? MAG. Etiam. DIS. Primū igitur de prudentia diſſeras.

De Prudentię contrarijs: quæ ſunt imprudētia/Aſtutia/Dolus/Fraus/Pręcipitatio & ſimilia. Capitulum. xxij. MAG.

p Rudentię definitionē/diuiſionē & partium declarationē paulo antehac digeſſimus: nec ſupeſt niſi ut de vitijs oppoſitis pauca addamus. Nam ut Auguſtinus ait mens regnū virtutū adipiſci nō poteſt niſi prius excuſſerit iugum vitioꝝ. DIS. Probe. MA. Prudentię in cōmuni oppoſita eſt imprudentia: qua hō diuertit ſe a regulis quibus ratio prudentię rectificat. Prudentia inſup carnis. Aſtutia dolus & fraus: nimia ſollicitudo inconſtantia/& negligentia/ p̄cipitatio/& inconſideratio: prudentię aduerſa ſunt. Prudentia em̄ finē bonū preponunt: prudentia carnis malum. ut prudēs latro/latrocinium & crapuloſus carnis curā tm̄ intendit. Prudentia ad finem bonum vias bonas inuenit: aſtutia malas & apparentes excogitat. Prudentia vias bonas inuentas fini p̄concepto verbo & facto applicat: dolus vias malas excogitatas verbo quidē/Fraus autē facto fini malo eaſdem vias adiungit. ſic quod aſtutia excogitat: dolus & fraus exequunntur. Maxime autē in acquiſitione temporaliū circa q̄ etiā fieri habet nimia ſollicitudo. Prudentia conſtanter & diligēter conſiliata & iudicata in p̄cipiendo exequitur. per inconſtantiā vero & negligentiā hæc eadē obmittuntur. Prudentia ꝑ Eubuliam recte & ordinate conſiliatur: ecōtrario per p̄cipitationē ex impetu volnntatis & paſſionis ordinatum cōſiliū negligitur. Prudentia per Syneſim & Gnomin de conſiliatis vera iudicat/econtrario ꝑ inconſiderationē non intelligēdo ea ex quibus rectitudo iudicij pendet male iudicat. Quæ autē aliis partibus prudētię contrariantur: uno noīe imprudētia noīantur. Hæc ſunt q̄ de vitis prudentię oppoſitis ſcire opep̄cium eſt. nunc iuſticiam percurramus.

Imprudētia
Prudētia carnis
Aſtutia
Dolus
Fraus
Sollicitudo nimia
incōſtātia
p̄cipitatio
Inconſideratio.

De iuſticię definitionibus & contrarijs vitijs. Capitulum. xxiij. DIS.

i Vſticia qd eſt? MAG. Iuſticię acceptiones duę ſunt. Prima ut ꝑ legis imperiū ordinat act⁹ oīm virtutū ad bonū cōe: & iuſticia legalis dici ſolet: ꝑ eā nāq; hō concordat legi ordināti act⁹ oīm virtutū in bonū cōe. ſicut charitas ordinat oīa in bonū diuinū. De hac dicit ꝙ ſit oīs virtus. Secunda acceptio iuſticię eſt prout equalitatē conſtituit in his q̄ ſunt ad alteꝝ. Hæc a iuriſconſulto ſic definitur. Iuſticia eſt conſtans & ꝑpetua voluntas/ius ſuū unicuiq; tribuens. Iuſticia voluntas eſt id eſt voluntatis habitus ſiue qualitas: conſtans & ꝑpetua: nam operans ꝑ virtutē operatur īmobiliter quantū ad ꝓpoſitū.

Iuſticia

Vnde ut quis iuſtus ſit/oportet ꝙ habeat ꝓpoſitū ꝑpetuo ſeruandi iu
ſticiā:& in illo firmiter ꝑmaneat:ideo additur conſtās.& ſequit̄ tribuēs
ff. de iuſt. unicuiqꝫ. Deo ſcꝫ & homini. Ius ſuum id eſt rē iuſtā ipſi debitā. Acci/
& iure. l. pitur eṁ hic ius nō ꝓ habitu qui eſt ars boni & ęqui:ſed ꝓ re iuſta. Et
Iuſticia phūs iuſticia eſt habitus a quo habentes operatiui ſunt iuſtoꝝ ſcđm
electionē iuſti. Ambroſius quoqꝫ vir ſanctus in libro officioꝝ ſic eā
definit. Iuſticia eſt q̄ unicuiqꝫ q̊d ſuum eſt tribuit:alienū nō vendicat:
utilitatem ꝓpriā negligit ut cōem ęquitatē cuſtodiat. DIS. Ex his
accipio materiā circa quā iuſticię eſſe operationes & res alteri ab alte
ro debitas:de vitijs autē oppoſitis quid ais? MAG. Iuſticia ꝓprie
nō habet extrema malicioſa:ſed habitū cōtrariū qui dicit̄ iniuſticia. Ex
Iniuſtum facere trema aſſignant̄ quantū ad actū ut iniuſtū facere: & iniuſtū pati. Hoc
ꝓprie malum nō eſt:niſi in agente:aliud autē fieri poteſt nō ex habitu
Iniuſtum pati iniuſticię ſcꝫ ſi nō fiat ex intentione:ſed ex negligentia vel paſſione. Ex
intentione iniuſtū qs facit. ſi ius ſuum unicuiqꝫ nō tribuit: aut iniuſte
iudicat:vel quia rectitudinē iuſticię ꝑtermittit, ut in iudicio ꝑuerſo & in
iuſto:vel quia nō ſubiectos iudicat ut in iudicio uſurpato, Vel qa in iu
dicādo certitudinē rationis nō habet. ut in iudicio ſuſpicioſo & temera
rio ex indiciis leuibus/inuidia aut ꝓpria malicia p̄cedente:quę latius
deduci poſſent. DIS. Intelligo veruntamē nunc magis partiū iuſti
cię (ſi quæ ſint) explanationem audire affecto.

De partibus iuſticię ſubiectiuis:quę ſunt iuſticia cō mutatiua & iuſticia diſtributiua: in qua vituperat̄ perſonarum acceptio, Capitulum. xxiiij. MAG.

Iuſticia cōmutatiua IVſticiæ partes trifarię ſunt;ſubiectiuę ſcꝫ integrales & poten/
tionales. DIS. Subiectiuę quæ ſunt? MA. Iuſticia cōmu
tatiua & iuſticia diſtributiua. Cōmutatiua equalitatē in cōmu
tationibus inter duas ſingulares ꝑſonas ſeruat in ꝓportione arithme/
tica utputa tm̄ ſit p̄cium quantū valet res empta &c. Sunt autē cōmu/
tationes multiplices:q̄dam eṁ ſunt voluntarie:quędam inuoluntarię.
Voluntarię ubi amboꝝ interuenit conſenſus:ut emptio/vēditio/con
ductio/locatio/cōmodatio/mutuidatio &c. In quibus neglecta iuſti/
cia cōmittuntur fraudulentię multiplices & uſurę:q̄ rectificari debēt
per iuſticiā reſtitutionis via. Inuoluntarię cōmutationes ſunt in quibꝫ
alter non conſentit:ſed leditur verbo vel facto. Verbo quidē in iudicio
cōtumelia vel extra iudiciū. In iudicio ꝑ iudicē/ accuſatorē & teſtē. Extra iudiciū
detractio autē ꝑ contumeliam;ſi quis ea q̄ ſunt contra honorē alicuius in noticiā
ſuſurratio ipſius & alioꝝ deducit ꝑ detractionē quidē ſi iſta fecerit occulte:ut de
maledictō roget alterius phamę ꝑ ſuſurrationē/ſi ꝑ hęc intēdit occulte amicitiā
deriſio ſeparare:ꝑ maledictionē/ſi alteri malum intendens imp̄catur ꝓ deriſio
ſubſannatio nē:ſemꝑ verba & cachinnos alium erubeſcere facit:per ſubſānationē
ſi idem facit naſo rugato. In facto autem alter ab alio leditur in re vel

perſona. In re quidem: per furtū in occulto/& per rapinā in publico In perſona vero ꝓpria vel coniuncta: utputa uxore/aut liberis: p homicidium/mutilationē/verberationē/aut incarcerationē. Has omnes cōmutationes ęquare habet iuſticia cōmutatiua ſaltē reſtitutionis via

DIS. Iuſticia diſtributiua q̄ eſt? MAG. Per quā bona cōmunia iuſte diſtribuuntur non tm̄ ęqualitatem quantitatis q̄ eſt arithmetica: ſed equalitatē ꝓportionis: quę eſt geometrica cuſtodit. Non enim bona cōmunia equalia ſunt: nec ciues ęquales. oportet ergo diſtribuentē merita & conditiones uniuſcuiuſcꝫ accipiētis attēdere: & reſpectu illorum bona illis diuidere: aliter ſtrenue bellantibus: aliter formidoloſis aliter magiſtratibus/aliter plebeis. Verūtamē p maxime cauēda eſt in talibus perſonarū acceptio: quæ fit cum aliquid alteri datur propter aliquid quod nō eſt cauſa nec facit ad cauſam/propter quā accipiens tali dono dignus ſit. ut in collatione beneficioꝝ: ſi conſanguineo mi/nus idoneo conferantur. In exhibitione reuerentię: ſi diuites ꝓpter diuitias ſolum honorentur. In executione iudicioꝝ: ſi pauper ſupprimatur/& potentior eidem contra equitatem preponatur. Iuſticia diſtributiua / perſonarꝫ acceptio

De partibus integralibus iuſticię: quę ſunt facere bonum/& declinare a malo. Et inſup de partibus potentialibus eiuſdem. Capitulum. xxv. DIS.

Remiſſoꝝ ordo nunc expoſtulat ut partes integrales iuſticię videamus. MAG. Partes integrales iuſticię ſunt facere bonū & declinare a malo: & alio noīe dicitur Innocētia. Iuſticia nempe ęqualitatē cōſtituit in his q̄ ſunt ad alterū. & hoc faciendo/bonum ſcꝫ alteri debitū. Et conſtitutam ęqualitatem ſeruat: declinando a malo alteri nociuo. Primū vitiatur p omiſſionē boni debiti. Secūdū per tranſgreſſionē mandati prohibentis malum alteri inferre. DIS. Manifeſta ſunt hæc: tranſeamus ad alia. MAG. Quę reſtant virtutes ſunt annexę iuſticię: quę ipſius dicuntur partes potentiales. ut ſunt religio/pietas/obſeruantia/obedientia/vindicatio/pœnitentia/ gratitudo/veritas/fidelitas/liberalitas/amicitia/ſiue affabilitas/epikeia: & ſi quę alię ſunt q̄ ad dictas reduci poſſunt. DIS. Num & de his pauca ſaltē in medium ferre dignaberis? MAG. Iāꝫ dicta explanare altioris diſciplinę eſt. Theologię ſcꝫ: at vero quia pauca petis: tibi morē geram: & harū deſcriptiones cum ęnumeratione partiū pandam p̄miſſo ordine retento. DIS. Primū itacꝫ de Religione tractandum venit. partes integrales iuſticię / partes potentiales iuſticię

De Religione & vitijs oppoſitis quæ: ſunt Superſticio tentare Deum/Periurium/Sacrilegiū & Simonia. Capitulum. xxvi. MAG.

Religionē ptinere ad iuſticiā definitio īdicat. nā eā definiēdo ait Tullius. Religio virtus eſt q̄ ſupiori cuidā naturę quā diuinā Religio

vocant curam cerimoniã𝗊ꝫ vel cultum affert. Per curam actum inte
riorem religionis innuit: qui eſt deuotio/ & oratio. Per cerimoniã inſi
nuat actũ ipſius exteriorẽ: qui eſt adoratio. Religio em̃ cultus dei eſt q
grecę latria/euſebia vel theuſebia dicit. ut ait Auguſtin⁹ li. x. de ciui.
dei. c. 1. & cõſiſtit in cognitione/dilectiõe & debita ſubiectiõe dei: hoc
eſt q̃d in Enchiridion dicit/ Fide/ Spe/ & Charitate colimus & hoc (ut
teſtat. Guilhelmus) fit corde p deuotionẽ & orõem mentalẽ. ore/ per
orõem vocalẽ. corpore p adorationẽ id eſt genuflectionẽ/ ꝓſtrationẽ
vel inclinationẽ. ope p oblatiõeꝫ/primicias/ decimas/ ſacrificia/ & ſacra
mẽta &c. DI. Oppoſita religiõis q̃ ſunt? MA. Supſtitio & irreli
gioſitas: illa qdem per exceſſuꝫ/ hæc vero p defectũ. Supſtitio nempe
cultũ dei vel creaturę exhibet/ vel deo: mõ tñ indebito & ꝓhibito: ut
puta p cerimonias legis moſaicæ. de ſpẽbus ſupſtitiõis circa finẽ li. 7.
nõnulla deducta ſũt. DI. Memi. Sed irreligioſitatẽ qd dicis? MA
Irreligioſitas. Q uidqd ad cõtemptũ vel irreuerentiã dei & rerũ ſacrarũ fieri poteſt
Dei qdẽ per tẽtatiõeꝫ/ & piuriũ: nã qui deũ p verba aut facta tentat/
de ipſius ſciẽtia volũtate & ptãte dubitat: itaqꝫ deficit: qa deũ vera fide
nõ colit. Sil'r q in periurio deũ teſtem falſitatis aduocat/ de ipſius ſa/
piẽtia & iuſticia hęſitat. Rerũ aũt ſacrarꝫ irreuerẽtia fit per ſacrilegiũ: &
ſacrilegiũ Simoniã. Sacrilegiũ quidẽ eſt: ſi violẽtia in pſonam ſacram/ locũ ſacrũ
vaſa ſacra/ aut res ad ſuſtentationẽ ſacrarũ pſonarũ ordinatas cõmitti
Simonia. tur. Simonia autẽ eſt ſtudioſa voluntas emendi & vendẽdi aliqd ſpi
rituale/ aut ſpirituali annexũ/ & fit a manu: ut dando pecuniã pro ob
tinẽdo beneficio. ab obſequio: ut dando bñficiũ ſpirituale ꝓſeruitio
corporali. a lingua: ut conferendo eccleſiã indigno ad preces alicuius

De Pietate/ obſeruãtia/ q̃ & dulia/ de obedientia & gratitudine virtutibus religioni cõiunctis: in eo q̄ cultum debitum Parentibus/ ſupioribus & benefactoribus exhiberi volũt. Capitulũ. xxvij. DIS

Pietas P ietas autẽ qd eſt? MA. eſt (ut inqt Tullius) per quã ſaguine
iunctis/ patrięqꝫ beniuolis officiũ & diligẽs tribuit cultus. &
hoc quidẽ ꝓpter eſſe & gubernari; q̃d a parẽtibus & a patria p
ticipamus. Q uia vero deus ſumus parens eſt & gubernator/ nõnun
q̄ pietas ꝓ dei cultu accipi ſolet. ut patet p Auguſtinũ li. x. de ciui. dei
c. 1. Et quia cõſanguinei ab eodẽ parente ꝓceſſere teſte Phõ li. 8. ethico
rũ ideo noĩe cõſanguineorꝫ parẽtes/ & noĩe pentũ: etiã conſanguinei
intelligunt/ noĩe qꝫ patrię cõciues cõtinẽtur. DIS. Parentes eſſe co
lendos q̃rtum pręceptum decalogi indicat: ubi ideo fortaſſe longeui
tas vitæ ꝓmittitur; quia illis cultus exhibetur a qnibus nobis vita cõ
municatur. MAG. Probe. Conſiſtit autem parentũ cultus in reue
rentia/ obedientia/ & neceſſitatis cura. DIS. Extrema pietatis q̃

ſunt? MAG. q̃ a medio recedunt: per exceſſum quidem/ ſi parentes deo in dilectione p̃ponimus. per defectũ vero ſi intuitu dei parentes etiam in neceſſitate conſtitutos relinquimus: intrando ſcʒ religionem nam hoc non expedit ſecundũ ſanctum Thomã. Si autem parentes in neceſſitate nõ ſunt/ licitũ eſt et pietas. teſte diuo Hieronymo in epiſtola ad Eliodorũ. per calcatũ inquit perge patrẽ: per calcatã perge matrem ad vexilla crucis euola ſummũ pietatis genus eſt in hac re fuiſſe crudelẽ. Amplius aũt cum pſone in dignitate cõſtitute gubernatiõis & diſcipline noſtre curã gerant/ Patres nõ inepte dicunt. Ideoq; & ipſis cultus q̃dam exhibẽdus eſt: quẽ virtutes obſeruãtia/ & obediẽtia cõtinent. Eſt em̃ ſecundũ Guilhelmũ Pariſieñ. Obedientia obtemperantia ſʒm regulã ſacre ſcripture maioribus q̃buſcũq; debita. Obſeruãtia aũt ut Tullius ait. eſt p quã homines aliq̃ dignitate p̃cellẽtes cultu & honore deſignant: Hic cultus Dulia dici poteſt. dulis em̃ dicit ſeruit⁹ p̃ quã exhibet honor ſupioribus. Honor aũt ut ait Ariſto. 2. Eth. eſt exhibitio reuerẽtie in ſignũ virtutis. virtutis q̃dẽ in honorato: vel in eo cuius vices gerit exñtis. Hinc & p̃lati vicioſi honorari poſſunt: immo ad hoc princeps Apl'orũ Petrus admonet dicẽs. Subditi eſtote & ſequit. non tm̃ bonis & modeſtis/ ſed etiã diſcolis. Ex p̃cedẽtibus facile eſt & illis v̾tutibus cõtraria aſſignare. DIS. Facillimũ. MAG Sicut aũt pentibus per pietatẽ/ ſupioribus per obſeruantiã & obedientiam quẽ debemus honorẽ reddimus; ſic bñfactoribus per gratitudinem vices repẽdimus. Eſt em̃ gratitudo ſʒm Tulliũ qua amicitiarũ & officiorũ alterius memoria & remunerãdi voluntas cõtinet. Notãter aũt de memoria mẽtionẽ facit nam ut ait Seneca li. 3. de bñficiis. ingratus eſt q beneficiũ ſe accepiſſe negat quod accepit Ingratus eſt q diſſimilat. Ingratus eſt qui nõ reddit. Ingratiſſimus omniũ qui eſt oblitus. Volũtas aũt in definitiõe data ponit. nam idem ait. Gratitudo eſt minus grata ſi ſit coacta. Eſt aũt in reddẽdo bñficiũ ſumope cauendum/ ne citius reddat: aut plus debito differat. nã in his extremũ eſt gratitudinis p exceſſũ. Sicut in nõ reddẽdo alterũ extremũ eſt (ingratitudo ſcʒ) per defectũ. Plura de gratitudine & eius ꝯtrariis induci pñt: q̃ epitomatis breuitas excludit. Verũtñ id adiiciendũ utiliſſimũ eſt: ut deo i oĩbꝫ & ſp grati ſimus: ab eo em̃ q̃dquid habẽus accepim⁹. teſte Apl'o. 1. ad Corin. 4. q̃d habes q̊d non accepiſti? q̃ſi diceret: nihil. In omnibus igit gratias agite alio loco docuit. DIS. Nũc vindicationem exponas.

obediẽtia
obſ̾uãtia
Dulia.
Honor
gratitudo

De vindicta/ Crudelitate/ & negligentia vitiis oppoſitis De pœnitẽtia & epikeia. Ca. xxviii. MA.

Vindicta

Vindicatio (auctore tullio) eſt p quã vis ſeu iniuria & omne q̊d obſcurũ eſt id eſt iniurioſum defendendo & ulciſcendo p pulſatur. Neceſſaria eſt hec virtus in poteſtate cõſtitutis; verumtñ

operepręciũ eſt ut intentio vindicantis feratur principaliter ad bonũ per vindictã ꝓcurandũ: videlicet vel ad emẽdationẽ peccãtis vel ſalutem/ad cohibitionẽ eius/ & quietẽ alioꝝ: iuſticię cõſeruationẽ & dei honorẽ nam ut ait Aplus Miniſter dei eſt quicũq; vindex eſt in iram ei q malũ facit/& hoc accepta a deo ptãte: & iam dicta intentiõe. qm̃ qui alia intentiõe vindicat/nõ vindictã q̃ virtus eſt/ſed alteꝝ eius ex/

crudelitas tremũ/quod ſeuitia ſiue crudelitas dicit̃ exercet. Sic qui neglgens eſt

negligẽtia corrigendo ſubditos: alteꝝ eius extremũ amplectit̃/quod negligẽtia dici põt. Qui aũt ꝓpria auctoritate vindicare p̃ſumit/ſibi uſurpat q̃d dei eſt. Ait enim dñs. Mihi vindictã/ſiue mea eſt ultio/& ego retribuã eis in tempore. Huic virtuti altera cohęret: quaꝫ penitẽtiã dicim⁹: nõ eã q̃ ſacramentũ eſt: ſed q̃ virtus moralis eſt. Sicut em̃ vindicatio ma/la ĩ aliȷs punit: ſic pęnitẽtia in ſeipſo malefacta corrigit. Eſt em̃ ut ait

pœnitẽtia Auguſtinus quędã iraſcẽtis vindicta puniẽs in ſe q̃d dolet cõmiſiſſe. Euenire ſolet aũt ſępius ut in ulciſcẽdis & vindicãdis iniuriȷs/de qbus prudẽs cõſiliari habet/ leges expreſſe nõ ſint: propter caſus ſpeciales de nouo emergẽtes. Neceſſaria eſt igit̃ virtus prudentẽ circa hmõi dirigens. DIS. Et hanc gnomin/cũ de prudẽtia ageretur nominaſti.

MAG Tenacis es memorię ſi etiã meminiſti virtutẽ quandã iudi/ciũ gnomin exequentẽ ibidẽ exp̃ſſaꝫ. DIS. Memini. nam epikeia eſt nomẽ eius. MA. probe. DIS. hic ne latius de hac differere cõtendis? MAG. Nõ eſt neceſſariũ: niſi forraſſe eius deſcriptio pręter

Epikeia miſſa ſit. Eſt eñ Epikeia habitus directiuus legis/ubi lex deficit ꝓpter aliquẽ caſuꝫ pticularẽ. Nõnunq; etiã verba legis p̃termittit. ſi incõuenięs ſeq̃retur: & attẽdit ad intentionẽ legiſlatoris q̃ ſemp eſt ad utilitatem reip. Ideoq; argui non põt per regulã iuris q̃ dicit. Certũ eſt q; is cõmittit in legem q verba legis amplectẽs cõtra legis nitit̃ voluntatẽ

DIS. Sed dic quęſo unde hoc nomẽ habet? MA. Ab epi q̃d eſt ſupra & δικαιοσύνη iuſticia. DIS. ad alia ſtilum verte.

De Veritate: Mendacio: Iactantia: Ironia: Simulatione & Hypocriſi viciȷs veritati oppo/ſitis. Capitulum. xxix. MAG.

q Vę ſequit̃ inter virtutes iuſticię cõiunctas veritas dicit̃: una de ỽtutibus moralib⁹. DIS. Huius definitõeꝫ afferas. MA

Veritas Veritas ut Tullius ait. Eſt p quã ĩmutata q̃ ſunt/aut ante fue/runt/aut futura ſunt dicunt̃. In actibus qppe humanis qbus homi/nes verbo factoq; cõmunicãt mediũ tenere laudabile eſt. Qui ergo nec verbo nec facto maiora vel mĩora de ſeipſo dicit aut recognoſcit q̃ ſint/verax dicit̃ a veritate virtute iã definita. Sub hac ſimplicitas ut

Simplicitas. excludit Duplicitatẽ cordis & dolum ſil̃r & Fidelitas: q̃ cõſiſtit in red/dendo ꝓmiſſa cõtinẽtur Verũtñ ut ait Iſidorus in malis promiſſis fidẽ

fidelitas. reſcindere licet. nec tm̃ veritas eſt in dictis de ſeipſo ſed etiã de aliȷs ut

data inuit definitio.q̃ cõmunis est... DIS. Extrema autem q̃ ſunt?
MAG. Iactantia & Ironia ſiue irriſio. Hic iactator & irriſor vel iron Iactator.
dicunt̃ q dictis laborãt vicijs. Iactator maiora de ſe verbis & factis fin
git q̃ ſint in eo/aut ꝑpter gloriã aut lucrũ aut quia talis eſt. Iron vilia Iron
& minora de ſe dicit q̃ in eo exiſtant: vilia nempe/quę in ſe nõ cogno
ſcit de ſe dicit: & maiora quę in pſona ſua ſcit de ſeipſo negat. Non eſt
igit̃ Iron qui vilia de ſe dicit q̃ in ſe cognoſcit: aut maiora obticens nõ
tñ negans minora: q̃ etiã in ſe ſcit dicit. Quia vero dictũ eſt veritatẽ
etiã ad extranea ptinere: ſ͛m hoc aliud oppoſitũ cõmunius iã dicta in
cludens eidem aſſignat̃. DIS. Quod? MAG. Mendaciũ quod
quidem triplex eſſe diſtinguit̃: videlicet iocoſum q̊d fit gratia ludi & ri mendaciũ
ſus. officioſum: q̊d fit utilitatis cauſa Et pnicioſum: q̊d fit animo fallẽ triplex
di alterũ. ut ei noceat. ſub his cõtinent̃ octo ſpẽs ab Augſtino li. cõtra
menda ⁊iũ enumeratę. Similatio q̊ꝫ mendaciũ eſt in exteriorũ ſignis Similatio
factorũ cõſiſtens ſ͛m Thomã, ſub hac etiã hypocriſis cõtinet̃: qa ſimi Hypocri,
latio quędã eſt q̃ quis fingit ſe pſonã alterius: ut peccator fingit ſe p/ ſis.
ſonam iuſti. Eſt tñ quędã ſimilatio q̃ interdũ eſt utilis. ut ait. s Hiero/ 32.p.2.ca.
nymus. ut q̃ Chriſtus ſe lõgius ire finxit diſcipulis eũtibus in Emaus. utilem.

De amicitia ſiue affabilitate: Diſcolia & Adulatione. De Amicitia & generibus ac proprietatibus eiuſdẽ Ca. xxx. MAG

Abitus autem quo ſe aliquis delectabilẽ alijs verbis factisve Amicitia.
exhibet/in his quę ſerioſe ſunt: Amicitia vel magis proprię af
fabilitas dicitur. Hinc amicus ſiue affabilis: qui cunctos grate
alloquitur ut eos delectet & neminẽ contriſtet: ſcit em̃ conformare
ſe moribus diuerſorũ. DIS. Extrema huius q̃ ſunt? MAG. Pla
ciditas & diſcolia. Nã qui affando abundat tm̃ ut delectet/placidus Placidus.
eſt. Si autem hoc cauſa lucri faciat/ blanditor ſiue adulator dici ſolet. Adulator
Qui aũt affando deficit/neminẽ verbis aut facto delectat/quinimo Diſcolus
eos cũ qbus cõuerſatur cõtriſtari non veretur: litigioſus ſiue diſcolus
recte noĩatur: nec homo dici meret̃. Eſt em̃ homo naturaliter aĩal ſo
ciale. ſocietas aũt ſine affabilitate conſeruari neqt. DIS Qua rõne
illos virtuoſos aſſeris q affando hoĩbus placent: cum ſcriptura huiuſ
cemodi reprehendat: ait em̃ regius ꝑpheta in pſalmo. lij. Deus diſſi/
pauit oſſa eorũ qui hoĩbus placent: & Sapiens. ante ſermonẽ nõ lau
des virũ. Et rurſus. ante mortẽ non laudes hominẽ. MAG. ſcriptu
tura ĩmoderatam affabilitatẽ reſpuit ex q̃ aliquid mali ſeq põt. mode
ratam vero commendat alio loco dicens. Cõgregationi pauperũ affa
bilem te facito. DIS. Qua de re hanc virtutẽ magis ꝑprie affabili
tatẽ q̃ amicitiã noĩatam aſſeruiſti? MAG. quia ꝑprie factis aut ver
bis exterioribus oſtenditur; ſi etiã affectu veri amoris mens non affi
ciatur: & ad omnes notos & ignotos exercetur. Amor autem qui in

affectu eſt ꝓprie amicitia dicitur:& hęc a Phõ li.viij.&.ix.ethicoꝝ de/
Amicicia ſcribitur. DI.Q uõ? MAG. Amicitia eſt beniuolẽtia mutua nõ
latẽs ratione boni.In hac definitione bñuolentia gñs eſt. Mutua ꝑ di
fferẽtia addit: qa debet eſſe readamatio amati: q etiã ſe ab alio amari
ſcire debet.Ideo adiungit nõ latẽs:ſed patẽs & manifeſta.non verbo
aut lingua tm̃:ſed ope & veritate. ut Ioannes admonet dicẽs.Non di
ligamus verbo aut lingua:ſed ope & veritate.nã q aliter amat/ amicus
ſolo noĩe eſt:inquit Sapiẽs. Per ultimã clauſulã definitionis q̃ dicitur
ratione boni/ finis & cauſa amicitię ponunt: q̃ ſunt bonũ vel utile vel
delectabile vel honeſtũ:& ſcd̃m hæc tria bona tria amicitiæ genera diſ
tinguuntur.Prima duo genera/ſicut cito oriuntur:ſic cito facileq; diſ
ſoluuntur:ceſſante ſcʒ bono delectabili vel utili.unde Sapiẽs ait. Si lar/
gior ei fueris/aſſumet te:& ſi nõ habueris/relinquet te.Amicitia vero
quę eſt ꝓpter bonũ honeſtũ(q̊d eſt virtus) ut oriatur longiore indi/
get experientia & difficilius ſoluitur.Tullio nãq; atteſtante li.de natu
ra deoꝝ.Nihil eſt virtute amabilius.nihil q̊d magis alliciat ad diligen
dum:cũ ꝓpter veritatẽ & ꝓbitatẽ etiã q̊s nunq̃ vidimus diligamus
Vnde & idẽ ait libro officioꝝ.Omniũ ſocietatũ nulla p̃ſtantior:nulla
firmior q̃ cũ viri boni/ moribus ſimiles ſunt familiaritate coiuncti.

DIS.Q ualiter autẽ ſoluit amicitia? MA. Si alter in viciũ incor
rigibile ceciderit/ aut ultra aliũ in virtute multũ ꝓfecerit:aut ĩ ſublimio
ri officio in ſtatu cõſtitutus fuerit:aut longius diutiuſq; ſe ſine ſpe re/
uertendi abſentauerit. Proprius em̃ amicitię actus eſt cõuiuere delecta
biliter & unanimiter:qa amicoꝝ idẽ velle idẽ nolle eſt: inquit Cicero
Amicicia Et rurſus amicitiã definiẽs ait.Amicitia eſt rerũ humanaꝝ & diuinarũ
cũ beniuolentia & charitate cõſenſio.Amicoꝝ inſuꝑ oĩa debẽt eſſe cõia
xij.q.1.dilectiſſimis.Amor etiã verus amantẽ in amatũ trãſfert.Ideo
verus amicus eſt alter ipſe.unde Seneca.Si aliquẽ amicũ exiſtimas cui
nõ tm̃ vis q̃tũ tibi/vehemẽter erras.Et Ariſtophanes dicebat hãc eſſe
amicoꝝ cõditionẽ ut unus eſſe vellet alter:vel in altero.Alludens huic
Ioannes apl's ait. Q ui manet in charitate in deo manet & deus in eo.
Et quod Paulus dicit.Q ui adheret deo unus ſpiritus eſt:In omnibus
quoq;(ut ait plato)ſimilitudo eſt amica.In caſibus autẽ aſſignatis ſi/
militudo deficit:& cętera q̃ iam dicta ſunt eſſe deſinunt. DIS.Res p̃
cioſa eſt vera amicitia. MA.Etiã fili,nã ut ait Sapiens.Amico fideli
nulla eſt cõparatio.Non ſolũ autẽ amicitia res p̃cioſa eſt:ſed vitę huma
nę neceſſaria.ut habet Ariſtoteles.viij.ethicoꝝ & Sapiẽs teſtat dicẽs.
Ve ſoli:qm̃ ſi ceciderit nõ habet ſubleuantẽ.Subleuat autẽ amicus di/
ues pauperẽ/in neceſſarijs ſubueniẽdo:& pauꝑ diuitẽ ꝓtegẽdo:iuue
nis/ſenẽ fouendo & conſolando.ſenex autẽ iuuenẽ a via mala reuo/
cãdo.Q uod nimirũ cõſiderãs Q uintilianus declamationũ li.v.di/
xit.Non reperio qd in rebus humanis excogitauerit natura p̃ſtantius
amicitia.Et Tullius.li.de amicitia.Omnib9 inqt rebus hũanis amicitia

p̄ponenda eſt/nihil em̄ eſt tam naturę aptū tamq̄ cōueniens ad res ſecundas vel aduerſas q̄ amicitia. Illas ac pleraſq̄ alias amicitię ꝓprietates antiquius apud Romanos pictura amicitię demōſtrabat. DI. Cuiuſmodi? MAG. Depingebat̄ iuuenis forma/diſcoop̄ta capite q̄ erat tunica rudi induta: in cui⁹ fimbria ſcriptū erat Mors & Vita: in fronte ęſtas & hyems: habebatq̄ latus aptū uſq̄ ad cor: & brachiū inclinatū/digito cor oñdens. ibi ſcriptū erat lōge & ꝓpe. DI. Ediſſere queſo ſingulorū ſignificationē. MAG. Forma iuuenilis indicat amicitiam ſemp̄ recentē: nullaq̄ tp̄is diuturnitate tepeſcentē. Nudū caput ut oībus pateat/& amicus nullo unq̄ tp̄e amicū ſuū publice cōfiteri ęrubeat. Rude aūt indumentū/oſtendit ut amicus nulla ardua/extremaq̄ inopiam pro amico ſubire nō recuſet. Vita & mors in veſtimēto ſcribunt̄/nam qui vere diligit uſq̄ ad mortē amat. Eſtas & hyems quia & in proſperis & in aduerſis ęque Amicitiā ſeruat. Latus apertū habet uſq̄ ad cor q̄a nihil amico celat. Brachiū inclinat & digito cor oſtendit: ut opus cordi/& cor v̄bis correſpōdeat longe & prope ſcriptū eſt q̄a vera amicitia nullo tp̄e abolet̄/nulla ue locoꝝ intercapedine amicū ſep̄at. DI. Btūs q̄ per om̄e viuendi ſpaciū taliuſmodi amicus aderit. MAG. E regione vero miſer ſolus ab omni fideli ſocietate alien⁹ nam ut ait Valeri⁹ maximus. li. 4. Deſerta eſt v̄ta hoīs: nullius amicitię cincta p̄ſidio. & Seneca ad Lucillū. Nulli⁹ boni ſine ſocio iocūda eſt poſſeſſio. DI. manifeſta ſunt hæc: ad reliqua ꝓperemus. MA. Affabilitati vicina eſt. Eutropelia: medium in iocoſis verbis vel factis cōſtitues. magis tamē ꝓprie tēperātię coheret ideo tractatū illius in cū

typ⁹ amicitiæ

locum ubi de temperantia agetur reſeruamus. DIS Optime. Nũc
igitur liberalitatẽ inter virtutes iuſtitię vicinas cõnumeratã edifferas.

De Liberalitate/Auaritia/ & prodigalitate vitijs oppoſitis. inſuper de miſericordia/ & eius extremis. Capitulum. xxxi.

MAG.

